vix a deo cognoſcitur. Math. xxv. Amen di-
co vobis: neſcio vos. Hāc nobilitatē habuit
btūs Nico. p mundiciā cordis: quā ſemp cō
ſeruauit. Prouerbio. xxij. Qui diligit cordis
mundiciam: habebit amicū regem ꝛc.

**Quarto non eſt inuētus**
ſimilis be. Nico. in educatione. Fuit enī gra-
tioſe educatꝰ quantū adꝰ quattuor. Primo
vt iuuenū laſciuias euitaret. Unde in legen-
da dicitꝛ. Factꝰ autē iuuenis: alioꝝ iuuenū de-
uitans laſciuias. Eccleſia. xiij. Qui tetigerit
picē inquinabitꝛ ab ea. Secūdo vt eccleſias
frequētaret. Un̄ dicitꝛ. Eccleſie ſancte frequē
tans limina. ꝛ glo ſup Math. dicit. Ingreſ-
ſus vrbem Jeſus templū adijt dans formā
religionis: vt quocūqꝫ imus pmo domū ora
tionis adeamꝰ. Sic bea. Nico. faciebat tāꝙ
verus diſcipulꝰ Jeſu xpi ꝛc. Tertio vt ver
ba dei libenter audiret: ꝛ ſeruaret. Unde dici
tur. Quicquid de ſcripturis ſāctis audire po
terat: armariolo cōdebat pectoris. Prouer.
ir. Beatus qui audit me: ꝛ qui vigilat ad fo-
res meas quotidie. Sic beatus Nicolaus fa
ciebat vt haberet ſcientiam ſanctoꝝ. Quar
to vt corpus ieiunio maceraret. Unde dicitꝛ
de eo. Beatus Nico. adhuc puerulus multo
ieiunio macerabat corpus. Trenoꝝ. iij. Bo
num eſt viro cum portauerit iugum dn̄i ab
adoleſcentia ſua. Iſte aūt portauit ab infan
tia ſua ꝛ nunꝙ illud dereliquit.

**Quinto non eſt inuētus**
ſimilis bea. Nico. in perfectione. Unde Hie
ronymꝰ in epl'a ad Theodorū monachū di-
cit ſic. Si vis pfectus eſſe tu qui perfectuꝫ te
eſſe pollicitus es. Quid aliud ꝙ ſectarꝰ es vi
tam. perfectus aūt ſeruus xpi. nihil aliud ꝙ
xpm habet. Aut ſi preter xpm aliud habet.
perfectus nō eſt. hec ille. Hanc aūt perfectio
nem habuit bea. Nico. qui xpm imitari cupi-
ebat. Juxta illud Luce. vi. Perfectus autem
omīs erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Iſtā per-
fectionem habuit beatus Nico. in quattuor.
Primo in mulierū vitatiōe quas velut pe-
ſtem fugiebat. Unde dicitur Eccleſ. xlij. De
veſtimentis pcedit tinea ꝛ a muliere iniqui-
tas viri. Secūdo in mundi deſpectione. vn
de dicitꝛ de eo. Gloriā mūdi ſpreuit cū oble-
ctaminibus ſuis. Jaco. iiij. Qui voluerit eſ-
ſe amicus ſeculi huiꝰ: inimicus dei cōſtituitꝛ.
Ex quo ſequitur ꝙ btūs Nico. ſpernēdo mū
dum: factus eſt amicus dei. Tertio in deuo
ta orōne. vnde nō ſolū in die. ſ etiaꝫ in nocte
ſemp orabat. ꝛ ad matutinas etiā dum eſſet
laicus ibat. ps. Querite dn̄ꝫ. ſ. in orōne: ꝛ cō-
firmamini: querite faciē eius ſemp. Quar-
to in modeſta conuerſatione. Dicit enī Am-
bro. lib. de officijs ſic. In ſenibus grauitas.
in iuuenibus alacritas. in adoleſcentibus ve
recūdia cōmendatur. Nō eſt ergo mirū ſi be-
atus Nicolaus omnibus ſe amabilē exhibuit
quia habuit verecūdiā cū adoleſcentibꝰ. Un
de dicitꝛ. Pudore bono repletꝰ ꝛc. Alacrita-
tem cū iuuenibus. vnde dicitꝛ ꝙ erat alacer ī
exhortando. Grauitatem cū ſenibus. vnde
dicitꝛ. Or grauitatē in omnibus ſectabatur. ꝛ
ſic patet ꝛc.

**Sexto nō eſt inuentus ſi-**
milis bea. Nico. in iuſtificatione. i. in. ſancti-
tate vite. Un̄ Auguſti. li. de vita xpiana di-
cit ſic. Ille vere xpianus eſt qui oībus miſeri
cordiā facit: qui nulla oīno mouetꝛ iniuria: q̄
alienū tanꝙ ppriū ſentit dolorē. cuius men-
ſam nullus paup ignorat: qui corā hominibus
inglorius habetꝛ: vt corā deo ꝛ angelis eius
glorietꝛ: qui contēnit terrena vt poſſit habere
celeſtia: q̄ opprimi pauperē ſe pñte nō patitꝛ.

quí miſeris ſubuenit: qui ad fletum fletib⁹ ꝓ
uocatur alienis. Q̄ bene faciebat apl's pau
lus: dicens. Quis infirmatur ⁊ ego nō infir-
mor ⁊c. hec Aug. Hec aūt ſanctitas vite fuit
in btō Nico. in quattuor. Primo in virgini-
tate: q: fuit virgo. Math. xiij. ca. Simile eſt
regnū celoꝝ theſauro abſcondito in agro. id
eſt virginitate in corpore terreno. ij. Coꝛ. iiij.
Habemus theſaurū iſtū in vaſis fictilibus.
et dicit̄ virginitas theſaurus ꝓpter ſuā ꝑcio
ſitatem. Eccle. xxvij. Non eſt cōdigna pon-
deratio aīe cōtinentis. Secūdo in liberali-
tate: quia fuit maxime liberalis ad ꝓximum
egenteꝫ. vnde dicit̄. Erat eīm valde cōpatiēs
⁊ ſup afflictos pia geſtans viſcera. Nā oīs
ſuas diuitias liberaliter diſtribuit. dedit eīm
pauperi ⁊ nō diuiti. i. illi hoī qui ꝓpter paup
tatem filias ſuas ꝓſtituere voluit ps. Diſp
ſit dedit pauperibus: iuſticia ei⁹ manet in ſe-
culum ſeculi. dedit de meliori nō de deteriori.
quia aurū dedit de ꝓprio patrimonio nō de a
lieno. dedit ꝓpter honorē dei nō ꝓpter fauo
rem mūdi. dedit in vita nō poſt mortē. Job
xxxi. Ab infancia creuit mecum miſeratio.
Sciebat eīm ꝙ mīa eſt ſacrificiū deo placitū
⁊ acceptum. Tertio in charitate: q: fuit ma
xime charitatis. Vn̄ dicit̄. Copioſe charitatꝭ
Nicolae pontifex ⁊c. i. Coꝛ. xiij. Si linguis
hoīm loquar ⁊ angeloꝝ: charitatē autē non
habeā ⁊c. Quarto in ſapiētie ꝓfunditate.
quia magnā ſapientiā habuit. vnde dicit̄. ꝙ
beatus Nico. interfuit ꝯſilio Niceno. vbi plu
rimuꝫ de fide cōtra hereticos diſputauit ⁊ vi-
cit. Sapien. vij. Infinitus enim theſaurus
eſt hominibus quo qui vſi ſunt. participes fa-
cti ſunt amicicie dei ⁊c.

## Septimo nō eſt inuētus

ſimilis bea. Nico. in electiōe. Fuit eīm gratio
ſe electus. Eccleſi. xliiij. Elegit eum ex omni
carne: Cuius electio fuit ꝯmendabilis ꝙtuꝫ
ad quattuor. Primo q: fuit electus ꝑmiſſa
orōne. Nam electores tota nocte orōni vaca
uerunt. Exēplo xp̄i: q̄ electur⁹ apoſtolos iuit
in montē orare. Luc. vi. Et apoſtoli in electi-
one Mathie orātes dixerunt. Tu dn̄e q̄ cor
da ⁊c. Act. i. Secūdo quia fuit electus diui
na reuelatione: q: vox de celo lapſa fuit vt eli
gerent Nicolauꝫ. Hebreos. v. Nec quiſꝙ̄ ſibi
ſumit honoreꝫ. Tertio q: fuit electus oīm
cōſenſu ⁊ approbatione. vn̄ dicit̄. ꝙ eo viſo
oēs laudauerūt dei magnalia. Prouer. xxviij.
In exaltatione iuſtoꝝ: multa gloria eſt.

Quarto quia fuit electus inuitus: ⁊ cū qua
dam coartatione. vnde poterat dicere illud
ps. Exaltatus aūt humiliatus ſum ⁊ contur-
batus: ideo. iiij. Reg. x. Elegi te meliorem de
filijs dn̄i noſtri. Talis autē fuit btūs Nico-
laus. vt patet in legenda.

## Octauo nō eſt inuentus

ſimilis bea. Nico. in cōuerſatione. q: in ep̄a-
tu ſuo fuit gratioſe conuerſatus cū ppl'o ſibi
credito quantū ad quattuor. Primo q: pa-
uit poplū ſuū vbo. vnde dicit̄ ꝙ erat efficax
in loquēdo. Hiere. iij. Dabo vobis paſtores
iuxta cor meū: qui paſcent vos ſciētia ⁊ do-
ctrina. Secūdo pauit ppl'm ſuū orōnis ſuf
fragio: q: in orōnibus ꝓ ppl'o ſuo vigilabat.
De hoc dicit̄ Act. vi. Nos aūt orōni ⁊ mini-
ſterio verbi inſtantes erimus. Tertio pauit
ppl'm ſuū exemplo. vn̄ dicit̄. ꝙ eandem quā
prius grauitatē ſeruabat. i. Thi. v. Exemplū
eſto fidelib⁹ in verbo in ꝯuerſatione. Quar
to quia pauit populū ſuuꝫ tēporali ſubſidio.
Nam populo fame laboranti impetrauit fru
mentū. vt habet̄ in legenda ſua ⁊c.

## Nono nō eſt inuentus ſi-

milis bea. Nico. in emigratiōe. Fuit eīm gra-
tioſe mortuus ꝙtum ad quattuor. Primo
cū gratia dei. vn̄ dicit̄. ꝙ oīm virtutū charis-
mate replebat̄. Apoc. xiiij. Beati qui in dn̄o
moriūtur. Secūdo cū ꝯſcientia bona. quia
nullius peccati cōſcientiam habuit ꝓpter pu
ritatem vite. Col'. iij. Mortui eīm eſtis: ⁊ vita
veſtra abſcōdita eſt cū xp̄o in deo. Tertio
cum ſenectute bona: quā voluit eſſe mūdam
puram. Heb. viij. Q̄ antiquat̄ ⁊ ſeneſcit ꝓ
pe interitum eſt. Quarto cū bona fama po-
puli. q: omēs illū cōmendabāt. dolebant eīm
mortē tanti viri: nō ſperantes ſe habiturū cō
ſimilem.

## Decimo non eſt inuētus

ſimilis illi. ſ. bea. Ni. in tumulatiōne. Fuit eīm
grōſe ſepultus ꝙtum ad quattuor. Primo
quia in ſepulcro ſuo fuit poſitum corpus ei⁹
ſanctiſſimū. Secūdo q: in tumba marmo-
rea ſicut corpus xp̄i. Tertio q: ex eius mē-
bris ſacrū reſudat oleum: valens in ſalutem
multoꝝ. Job. xxxi. Petra fūdebat mihi riuos
olei. Quarto q: a pedib⁹ fōs aq̄ ꝓfluxit. ps.
Scitote qm̄ dn̄s ſctm̄ ſuū. ſ. Nic. mirificauit.

## Undecimo nō eſt inuen-

tus ſimilis bea. Nico. in aſſumptōe. Fuit eīm

gratioſe aſſumpꝰ ꝙtum ad quattuoꝛ. Pri
mo cū cuſtodia āgelica. vñ cū moꝛeret̃ roga
uit deū vt angelos ſuos ſibi mitteret: ⁊ incli
nato capite vidit angelos ad ſe venientes: q̄
reuelauerūt ſibi gl̃iam eiꝰ. ps. Angelis ſuis
deus mādauit de te: vt cuſtodiant te in oībus
vijs tuis. Secūdo cū ꝓtectiōe diuina. quia
deuote ſe cōmēdauit deo dicēſ In manꝰ tuaſ
dñe cōmendo ſpm̄ meū. Et iſtud fuit vltimū
verbū xp̄i in cruce. Sapiē. x. Iuſtoꝝ aīe. i m.
d. ſunt. Tertio cū ſuſcepta eucbariſtia. qꝛ ſa
cramentū coꝛpis ⁊ ſanguinis xp̄i ſuſcepit: vt
eſſet ꝯfoꝛmis xp̄o: q̄ anteꝙ pateret̃ cōicauit
cū aplis. Quarto cū celeſti melodia. qꝛ an
geli eius aīam in celū cū laudibꝰ deduxerūt.
vbi celeſtiū melodia audita eſt Eſa. xxiiij. A
finibus terre laudes audiuimꝰ: gl̃iaꝫ iuſti ⁊c̃.

¶ Duodecimo nō eſt inuē
tus ſimilis bea. Nico. in miraculoꝝ operatōe
Siquidē opatus eſt miracula in maioꝛi mū
do: ꝙtum ad quattuoꝛ elemēta. Primo in
elemento ignis: qñ ignem Dyane extinxit.
Secūdo in elemento aeris: qñ ab aere tem
peſtatē fugauit. Tertio in elemēto aque: qñ
nautis mare trāquillauit. Quarto in elemē
to terre: qñ terrā ſterilem fecundauit. Etiā
in minoꝛi mūdo multa miracula operatꝰ eſt
quātum ad quattuoꝛ. Primo quo ad deuꝫ:
ſubueniendo in tribulatione quā iuſte patie
bantur a deo: ſicut qñ reſuſcitauit patri filiuꝫ
cū cypho in mari ſubmerſum. Secūdo quo
ad diabolū ſubueniēdo in tribulatione quaꝫ
patiebantur a dyabolo. ſicut qñ reſuſcitauit
patri filiū a dyabolo ſtrangulatū. Tertio q̊
ad tyrannos ſubueniēdo in tribulatōe quaꝫ
patiebant̃ a tyrānis ſicut tribꝰ iuuenibꝰ fal
ſe ꝑncipi ab inuidis accuſatis. ⁊ quando pa
tri reddidit filiū a Soldano detentū. Quar
to quo ad tempoꝛalia: ſubueniendo in tribu
latōne quā patiebant̃ in rebꝰ. ſicut qñ ſubue
nit iudeo q̄ imaginē ſancti Nico. in domo fe
cerat ⁊c̃. Ideo Eſa. xl dicit̃. In letitia egredie
mini: ⁊ in pace deducemini montes ⁊ colles
cantabūt coꝛā vobis laudē ⁊ oīa ligna regio
nis plaudēt Et ſic pꝫ quomodo beatus Ni
co. eſt in amicicia dei ſublimioꝛ. Vñ dꝛ. In q̄
viuit Nicolaus honoꝛ ſacerdotū. hic p gr̃am
tandem per gloꝛiam. Amen.

¶ In feſto ſctē Lucie v̄gīs ⁊ mar. ſmo. iij.

Profert de theſauro
ſuo noua. Math. xiij ⁊ in euan
gelio p̄ſentis ſolēnitatis. Ben.
ij. dixit deus. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ re
plete terrā. Super quo Bern. in epiſtola di
cit ſic. Utinam qui continere non valēt celi
batui ſe dare nuptui nō vererentur. Eſſet ꝓ
culdubio melius nubere ꝙ vri: in humili gra
du ſaluari: ꝙ in ſublimi deleri: peius viuere
vel qȯ abſit dānari. hec ille. Super quo mo
ueo talem q̄ſtionēꝫ. vtrum beata Lucia ma
gis meruerit virginitatem obſeruando ꝙ cū
ſponſo ſuo matrimonialiter habitādo. Ad
iſtam queſtionem reſpondēt duo doctoꝛes
noui teſtamenti: dicētes. ꝙ magis meruit ex
virginitate ꝙ meruiſſꝫ ex matrimonio. quia
excellentioꝛ eſt virginitas: ꝙ matrimoniuꝫ.
Primus eſt beatus Auguſtinꝰ lib. de bono
cōiugali q̄ dicit ſic. Sicut bonū erat qȯ Mar
tha faciebat. occupata circa miniſteriū ſctōꝝ
ſed melius qȯ maria audiens verbū dei: ita
etiam bonū Suſanne in caſtitate coniugali
laudamus. Sed bonū vidue Anne magis ⁊
Marie virginis anteponimus. Et li. de ſan
cta viduitate dicit ſic. Bona eſt continentia
coniugalis. ſed melioꝛ cōtinentia vidualis. op
tima mundicia virginalis. Et li. de virginita
te dicit ſic. Certa ratiōe ⁊ ſanctarū ſcriptura
rum auctoꝛitate nec peccatum eſſe nuptias
inuenimus nec eas bono vel virginalis con
tinentie. vel etiā vidualis equamus. h̄ Aug.
Secūdus eſt ſanctus Tho. xxij. q. clij. articu
lo. iiij. in Rub. dicit ſic. Qꝛ autē virginitas ſit
excellentioꝛ matrimonio manifeſte ꝓbatur.
Primo exemplo xp̄i: qui matrem virgineꝫ
elegit ſicut Ambroſ. lib. de officijs dicit ſic.
Quāta eſt virginitat̃ gratia: q̄ meruit a xp̄o
eligi: vt eſſet coꝛpoꝛale tēplum dei: in qua coꝛ
poꝛaliter habitauit plenitudo diuinitat̃. Vir
go mundi ſalutē genuit. Virgo vniuerſoꝛuꝫ
vitā peperit. hec ille. Secūdo qꝛ xp̄us virgi
nitatem ſeruauit. Tertio ex doctrina apl̄i: q̄
i. Coꝝ. vij. virginitatē cōſuluit: tanꝙ melius
bonum. Quarto quia caſtitati attribuit̃ de
coꝛ: ideo virginitati attribuitur excellentiſſi
ma pulchritudo. Unde Cypꝛianus libꝛo de
virginitate dicit ſic. Ad virgines ſermo eſt:
quarum quo ſublimioꝛ eſt gloꝛia: maioꝛ eſt
cura. Flos eñ eſt ille eccleſiaſtici germinis de
cus atqꝫ oꝛnamentum gratie ſpiritalis: ⁊ il
luſtrioꝛ poꝛtio gregis chꝛiſti. Hec ille.
Quinto quia centeſimus fructus attri
buitur virginitati ſm̄ Hieronymuꝫ propter
excellentiam quam habet ad viduitateꝫ cui
attribuitur ſexageſimus. ⁊ ad matrimoniuꝫ
cui attribuitur triceſimus.

Sexto qꝛ virgines vt dicit Apocalip.xiiij Sequūtur agnū quocūqꝫ ierit. quia imitant xp̄m: nō ſolū integritate mentis. ſed etiā carnis. vt Aug⁹. dicit li. de virginitate: et ideo in pluribus ſequūtur agnū. Septimo quia virgines cantāt canticū nouū: qd̄ eſt gaudiū de integritate ſeruata. Hec Tho. vbi ſupra. Sꝫ quia mediū virtutis accipit ſm ꝓportionē circūſtantiarū ad rōnem rectā. Tempus aūt eſt vna de circūſtantijs: ideo nō eſt cōueniēs aliquid eſſe illicitū vno tēpoꝛe qd̄ eſt licitū et virtuoſuꝫ ſi alio tempoꝛe fiat. ꝓpterea ſi in tēpoꝛe quo deus ad multiplicationē generis humani vel cultus diuini: volebat hoīes inſiſtere operi cōiugali: aliquis ꝓpꝛio motu incoꝛruptionem ſeruaſſet: fuiſſet in extremo diminutionis. quia abſtinuiſſet ab omni delectabili q̄ſi nō debuiſſet. Sed poſtea facta multiplicatione humani generis vel colentiū deuꝫ ſufficienti nō peccaſſet virginitatē ſeruās: etiā in lege moyſi. vel in ſtatu nature integre ſi homo nō peccaſſet: nec feciſſet cōtra illud pꝛeceptum in pꝛincipio adductū. quia multiplicatio poterat p̱ alios fieri. ſed ſupꝛa pꝛeceptuꝫ. Ad ꝓpoſituꝫ beata Lucia vt generaret xp̄o filios ſpirituales potius q̄ carnales: ⁊ celum magis q̄ terrā repleret: videns ſponſum ſuū nolle acquieſcere veritati fidei ieſu xp̄i. ipſuꝫ reliquit ⁊ rōnabiliter fecit. vt habet extra de diuoꝛ. c. quāto: ⁊ ca. gaudem⁹. ⁊ adheſit xp̄o tanq̄ celeſti ⁊ ſpūali eius ſponſo. Hec auteꝫ deſponſatio q̄ fit cū xp̄o per virginitatem: eſt quid nouū. quia in noua lege inductum. ideo Grego. lib. moral. dicit ſic. Gaudeat magis puella nobilis genere: ſed nobilioꝛ ſanctitate: q̄ ſit per diuinū conſoꝛtiū pꝛecipuā in celis conſecutura ſublimitatē q̄ ſi eſſet per humanuꝫ cōnubium ꝓlem in terra ꝓpagatura ſublimē. hec ille. ⁊ ꝓpter hoc beata Lucia ꝓfert de theſauro ſuo noua ⁊c̄.

Pꝛofert de theſauro ſuo noua.

- Fidelitatis
- Virginitatis.
- Pietatis
- Liberalitatis.
- Humilitatis.
- Firmitatis.
- Inuincibilitatis.

## Primo beata Lucia pꝛofert de theſauro coꝛdis ſui: noua fidelitatis.

Unde Auguſtin⁹. ſuper Johānem dicit ſic. Sicut in radice arboꝛis nulla apparet ſpecies pulcritudinis: ⁊ tamē quicquid eſt ī arboꝛe pulcritudinis ex illa ꝓcedit ⁊ quicquid decoꝛis. Sic ex fidei humilitate: quicquid meriti: quicquid beatitudinis anima ſuſceptura ē ex fidei fundamēto ꝓcedit. hec ille. Fides eſt ſicut lux aīme illuminans mentē. de qua dicitur Geneſ. i. Dixit deus fiat lux: factaqꝫ eſt lux. Sicut eñ lux eſt facta ꝓpter quattuoꝛ ſic etiam fides. Pꝛimo vt tenebras effugaret. Ideo dicitur Geñ. p̄mo Deus diuiſit lucem a tenebris. Sic mens hominis in pꝛincipio eſt obſcura per ignoꝛantiā. ⁊ illuminatur per fidem. Johānis. p̄mo. Erat lux vera que illuminat omnē hominē venientem in hunc mūdum. Secundo vt totum vniuerſum decoꝛaret: tanq̄ pꝛecioſum oꝛnamentum. quia dat omnibus decoꝛem ⁊ foꝛmalem pulcritudinem coloꝝ ſm Ambꝛo. Sic mens hominis in pꝛincipio eſt turpis ꝓpter carentiam iuſticie oꝛiginalis: ⁊ decoꝛatur per fidem. Actuū. xv. Fide purificans coꝛda eoꝛum. Tertio vt diuina opera ⁊ occulta myſteria demonſtraret. Si eñ lux non fuiſſet creata: nullā de ſuperceleſtibus noticiam haberem⁹. vt dicit philoſophus p̄mo methaphi. Sic mens hominis in p̄cipio eſt ſicut tabula raſa in qua nihil ſcriptum eſt. vt patet. iij. de anima. Sed perficitur per fidem. Eſa. vij. Niſi credideritis non intelligetis. ꝓpterea dicit pſal. Emitte lucem tuā ⁊ veritatē tuam ⁊c̄. Quarto vt influentias ſolis ad terrā deferret. Quia ſm philoſophos mediante luce deferunt influētie ſolis ad terras vt generent. Sic anima in pꝛincipio eſt infirma ⁊ impotens: ⁊ p̱ fidem recipit virtutē ⁊ foꝛtitudinē. Unde Berñ. ſuper cantica dicit. Quid non inueniet fides? Attingit inacceſſa: depꝛehēdit ignota: compꝛehendit īmenſa: appꝛehēdit nouiſſima: ipſam deniqꝫ eternitateꝫ ſuo illo ſinu viuaciſſimo quodāmodo circūcludit. Hec ille. Beata Lucia ratiōe hui⁹ magnitudinis fidei: dicta eſt Lucia a luce. ſ. fidei: que maxime in ea viguit. Sicut dixit ei ſancta agatha. Fides tua matri tue ſubuenit: ⁊ ecce ſana eſt. Juxta illud. Mathei. xv. cap̄. O mulier magna eſt fides tua ⁊ cetera.

## Secūdo beata Lucia pꝛofert de theſauro ſuo noua virginitatis.

Unde Auguſt. in quodam ſermone dicit ſic. Inter omnia certamina chꝛiſtianoꝛum ſunt pꝛelia durioꝛa caſtitatis. Nam ibi eſt continua pugna: ⁊ rarioꝛ victoꝛia. Rara eſt enim cōcoꝛ-

dia forme atqꝫ pudicicie. Rara auis in terris nigroqꝫ ſimillima cigno. Hec ille. Uirginitas eñi cõparatᷣ luci propter quattuor.

Primo q2 lux eſt omniũ creaturaruꝫ prima: quoniã primo fuit creata. vt habetᷣ Geneſ.i. Sic virginitas eſt prima oĩum creaturarum quoniã omẽs creature in ſui maxima perfectiõe ⁊ integritate create ſunt. Geneſ.ij. Uiditqꝫ deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Secũdo q2 lux eſt oĩm creaturarũ pulcherrima. Eph.v. Omne qḋ arguitᷣ a lumine manifeſtatᷣ. Sic virginitas eſt pulcherrima oĩm creaturarũ. Cant.iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Tertio q2 lux eſt oĩm creaturarũ nobiliſſima: cum ſit obiectũ nobiliſſime potentie ſenſitiue. vt dicitᷣ ſecũdo de aĩa. Etiã intellectus qui eſt nobiliſſima potentia: eſt quedam lux. vt patet de aĩa. Sic virginitas eſt nobiliſſima. Unde Cyprianus in ſermone de virginitate dicit ſic. Uirginitas eſt ſoror angeloꝝ: victoria libidinũ: regina virtutum: poſſeſſio oĩm bonoꝝ. Quarto q2 lux eſt oĩm creaturarum maxima. quoniã celo empyreo eſt coextenſa. vt dicitᷣ.ij. ſniarum. Sic virginitas eſt maxima: cui debetᷣ maximũ premium. ſcꝫ fructus centeſimus ⁊ aureola. Intelligendũ ꝙ virginitas eſt quadruplex. vt declarat ſanctus Tho.iiij. ſniaꝝ diſt.xxxiij. q.iij. arti.ij. Ad quartuꝫ dicendũ ⁊c̃. Prima eſt virginitas naturalis ſicut in pueris ante baptiſmũ: in quibus nullus eſt habitus virtutis. Secũda eſt ſacramẽtalis. ſicut in illis qui ad tẽpus incorruptionẽ carnis ſeruant poſt baptiſmũ: tamen cũ ꝓpoſito nubendi ſuo tempore. Tertia eſt ſpũalis. ſicut in illis qui habent electionem ꝯſeruãdi integritatẽ carnis hactenus cuſtoditam. tamẽ ſine voto. Quarta eſt diuinalis: ſicut in illis qui ex voto virginitatẽ conſeruant. ſicut fuit in Beata virgine. vt habetur.xxvij.q.ij.§ beata nẽpe Maria. Beata lucia ratione virginitatis dicta eſt lucia a luce. ſcꝫ virginitatꝭ que maxime in ea viguit. ſicut dixit ei agatha. Iocundũ deo in tua virginitate habitaculuꝫ preparaſti. iuxta illud pſal. Domũ tuã dñe decet ſanctitudo.

Tertio beata lucia ꝓfert de theſauro ſuo noua pietatis. Unde Amb. ſuper Beati imaculati dicit ſic. Pietas parentibus amica: deo grata: dñm conſeruat neceſſitudines ſociat: dei agit cultum: mercesparentuꝫ: ſuoꝝ ſtipendiũ. Pietas inopũ iuſtoꝝ tribunal: egenoꝝ portus. miſerorum ſuffragium. indulgentia peccatorũ. hec ille.

Beata Lucia habuit ad parẽtes magnã pietatẽ. quia matri ſanitatem obtinuit. Uoluit eñi habere curam de matre ꝓpter q̃ttuor

Primo propter dei preceptum. Exo.xxxi. Honora patrem tuũ ⁊ matrem tuaꝫ. Secundo ꝓpter chriſti exemplũ: qui de matre in cruce pendens curam habuit. Tertio ꝓpter dei ꝓmiſſum cuꝫ dicitᷣ. vt ſis longeuus ſuper terram. Quarto propter dei iudiciũ cum dicitᷣ. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatᷣ. Et intelligitur de vtraqꝫ vita ⁊ morte. ſcꝫ corporali ⁊ ſpũali. Qui enim honorat parentes a quibus habet vitã corporalem. deus etiam ſibi conſeruat vitã corporalem: ⁊ q̇ eos inhonorat moritᷣ.

Quarto beata lucia profert de theſauro ſuo noua liberalitatis. Unde Amb. libro ꝑmo de officijs dicit ſic. Perfecta eſt liberalitas: vbi ſilentio quis tegit opus ſuũ: ⁊ occulto ſubuenit neceſſitatibus ſinguloꝝ: quem laudat os pauperis ⁊ non ſuum vel adulatoris. Deniqꝫ perfecta liberalitas: fide. cauſa: loco tempore: cõmendatur vt premiũ operis circa domeſticos fidei maxime operetᷣ. hec ille. Beata Lucia habuit ad pauperes magnam liberalitatẽ. vnde poteſt ſibi cõuenire illud Prouerb. vlti. Manũ ſuam aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extẽdit ad paupes. Fruſtra aũt mulier fortꝭ manũ aperiret ſi ĩ manu nihil haberet. Hec aũt virgo habuit manũ apertã. q2 ſꝑ dabat ⁊ extẽſaꝫ q2 oĩbꝰ dabat ⁊ plenã q2 abũdãter dabat. ⁊ hylarem: q̇a letanter dabat. Circa ſuũ patrimoniũ ſe habuit quadrupliciter.

Primo q2 dedit pauperibus. pſal. Diſperſit dedit pauperibus ⁊c̃. Ideo meruit celeſtem theſauruꝫ. Math.xix. Uade ⁊ vende omĩa que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis theſaurum in celo. Secundo quia dedit in vita. Eſa.lviij. Anteibit faciem tuam iuſticia tua. Ideo meruit locũ ſecurũ. Ma.vi. Theſaurizate vobis theſauros ĩ celo ⁊c̃.

Tertio quia dedit omnia nihil ſibi reſeruãdo. Ideo meruit fructum centupluꝫ. Mat.xix. Omnis qui reliquerit domum: patrem: matrem: agrum ⁊ poſſeſſionem centuplum accipiet: ⁊ vitam eternam poſſidebit.

Quarto quia dedit ſeipſaꝫ. id eſt corpus ꝓpriũ: morti ⁊ paſſioni ſe exponẽdo. Ideo

meruit habere corpus glorificatum. Phil. iij. Saluatorem expectam⁹ dn̄m ieſum chriſtum qui. r. c. h. noſtre ⁊c.

**Quinto beata lucia profert** de theſauro ſuo noua humilitatis. Unde Aug⁹. in epiſtola ad Dyoſcoruʒ dicit ſic. Non aliam tibi ad capaſſendam ⁊ optinendam veritatis viam inuenias: ꝙ que inuenta eſt ab illo qui greſſuum noſtrorum tanꝙ deus infinitatem preuidit. Ea auteʒ eſt prima humilitas. ſecunda humilitas. tertia humilitas. ⁊ quotiens interrogares hoc me dicentem audires. alludens dicto cuiuſdā petentis a quodam philoſopho: qđ eſſet melius in rethorica. Reſpondit philoſoph⁹. prima eloquentia ſecūda eloquentia ⁊c. hec ille. Sic beata Lucia in via chriſti ambulās de ſe nō ſapiebat que ſunt ſublimitatis aut equalitatis ſed magis ſubiectionis ⁊ humilitatis. Non em̄ ſe filiam vel ſponſam chriſti nominauit. imo ancillam dicens. Ancilla chriſti ſum. Filia em̄ dicit nobilitatem. ſponſa equalitateʒ. ancilla vero humilitatē. Sed ancilla eſt quadruplex. Prima eſt ancilla peccati Joh. viij. Omnis qui facit pctū̄ ſeruus eſt peccati. Secunda eſt ancilla nūmi Luce. xvi. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mammone. Tertia eſt ancilla diaboli. ij. Petri. ij A quo quis ſuperatus eſt: eius ⁊ ſeruus eſt. Quarta eſt ancilla corporis proprij. Roma. iij. Xp̄o dn̄o non ſeruiunt: ſed ſuo ventri. Sed beata Lucia nō fuit ancilla peccati. quia hoc eſſet dānabile. nec nūmi: quia hoc eſſet vituperabile. nec diaboli: quia hoc eſſet periculoſum. nec corporis ſui: quia hoc eſſet ignominioſuʒ. Sed tantū chriſti: quia hoc eſt glorioſuʒ. iuxta illud Pauli. Cui ſeruire regnare eſt. Et ſic patʒ ⁊c.

**Sexto beata lucia ꝓfert** de theſauro ſuo noua firmitatis. Un̄ Eccl'. xxvi. dicitur ſic. Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctuʒ ⁊ ſpecies faciei ſuper etatem ſtabilem. Eſt em̄ etas quadruplex. Prima eſt iuuentus: ⁊ hec non eſt ſtabilis quia continue tendit ad perfectioneʒ. Secunda eſt ſenectus: ⁊ hec non eſt ſtabilis. qꝛ incipit deficere occulte. Tertia eſt ſenium id eſt decrepitudo: ⁊ hec non eſt ſtabilis. qꝛ deficit manifeſte. Quarta eſt etas virilis: ⁊ hec eſt ſtabilis. quia tunc natura ſtat. beata Lucia licet habuerit etatem iuueniłeʒ: tamen habuit etatem virilem in mente: quia non potuit vinci a quattuor. Primo non a matre: attendens illud Math. x. Qui amat patrem aut matrem pluſꝙ me: non eſt me dignus. Secūdo nō a ſponſo. Heſter pͥmo. Paruipendent vxores imperia maritorū. Tertio non a tyranno per obprobria ⁊ minas: quādo dixit. Patrimoniū tuū cuʒ corruptoribus expendiſti ego te faciam duci ad lupanar. Quarto nō a iudice per ſupplicia ⁊ violentias ideo ait. Nunꝙ voluntatem meam ad conſenſum tuū poteris reuocare: non coinquinatur corpus niſi de conſenſu mentis. nam ſi me inuitā feceris violari: caſtitas mihi duplicabitur ad coronā. Sup quo ſanctus Tho. iiij. ſniarum. diſt. xlix. q. v. articu. iij. dubio primo. ad quartum dicendum dicit ſic. Si aliqua virgo per violentiā oppreſſa fuerit: non amittit ꝓpter hoc aureolam virginitatis. dūmodo ꝓpoſituʒ perpetuo virginitatem ſeruandi inuiolabiliter ſeruet illi actui nullomodo cōſentiens non tamen per hoc perdit virginitatē: ⁊ hoc ſiue ꝓ fide ſiue ꝓ quacūqʒ alia cauſa violenter corrūpatur Sed ſi hoc ꝓ fide ſuſtineat: erit ei meritoriū ⁊ ad genus martyrij pertinebit Unde Lucia dicit. Si me inuitā feceris violari: caſtitas mihi duplicabiť ad coronā. nō ꝙ habeat duas virginitatis aureolas. ſed ꝙ duplex premiū reportabit: vnū pro virginitate cuſtodita aliud ꝓ iniuria quaʒ paſſa eſt. Dato etiā ꝙ talis violenter oppreſſa: cōcipiat. nec ex hoc meritū virginitatis perdit. nec tamen matri chriſti equabiť: in qua fuit cum integritate mentis. etiaʒ integritas carnis. hec Tho. Jdeo dicitur colūna immobilis ⁊ cetera.

**Septimo beata lucia ꝓfert** de theſauro ſuo: noua inuincibilitatis. Unde Grego in omel'. dicit ſic. Fortes facti ſunt ſancti: terrorē domant: ſpiritū roborant: virtutibus coruſcant: terrena deſpiciunt: celeſtia appetunt: occidi poſſunt: flecti autem neqūt. nec ſuſtinere flagella per infirmitatem metuūt: nec leſi vnꝙ a veritate conticeſcunt hec ille. Beata Lucia cōtra quattuor fortiſſime pugnauit ⁊ vicit. Primo vicit peccata. ſcʒ luxuriaʒ. ideo fuit templū dei. Unde ait. Qui caſte viuūt templū ſunt ſpū̄ſſancti. vicit auariciā. Und̄ ait. Sacrificiū placēs deo: eſt viſitare pauperes in neceſſitatibus eoꝝ ſubuenire. vicit ſuperbiā

Unde ait. Tu principū tuoꝝ decreta cuſtodis: ⁊ ego dei mei legē cuſtodio. Tu principes times: ⁊ ego deū timeo. Tu illos offendere nō vis. ⁊ ego deū offendere caueo. Tu illis placere deſideras: ego vt xp̄o placeam cōcupiſco. Ideo accepit coronā regni. Unde cantat̄ de ea. Om̄is plebs te expectat: vt accipias coronā regni. Et Apocal. iij. Qui vicerit faciam illū columnam in tēplo dei mei ⁊c. Secūdo vicit mundū quo ad tyrānos qui eius mentē a vera fide ſubuertere conabant̄. Unde ip̄a dixit paſcaſio. Tu fac qđ tibi vtile eſſe cognoſces. ego faciā qđ mihi vtile eſſe perſpexero. Mirabile eñ fuit ꝙ fragilis femina vicit hoſtem tam robuſtū. Iuuencula hoſtē tam antiquū. puella delicata hoſtem tam aſtutū. Unde cantat̄ de ea. In tua patientia poſſediſti aīam tuam Lucia ſponſa xp̄i. odiſti que in mūdo ſunt: ⁊ coruſcas cū angelis: ſanguine ꝓprio inimicū viciſti. Ideo meruit illud qđ ponit̄. Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei ſedere mecū in throno meo. ſicut ⁊ ego vici ⁊ ſedi cū patre meo in trono eius. Tertio vicit tormēta. Nam boues perdiderunt vim trahendi: q2 nec nulle hoīes nec plura paria boum ad lupanar eā trahere potuerūt. nec mirū. q2 ipſa erat membrū xp̄i. ideo i. Coꝝ. vi. dicit̄. Tollens mēbra xp̄i: faciā mēbra meretricis? abſit. etiā ignis perdidit vim comburendi. q2 paſcaſius anguſtiatus nimis: iuſſit copioſum ignem circa eā accendi: picemq3 reſinam ⁊ oleū feruens ſuper eam fundi: ⁊ nihil ei nocuit. Eccl. li. In medio ignis non ſum eſtuata. Quarto vicit mortē. Nam percuſſa in gutture gladio necari nō potuit. Sed ꝙdiu voluit ſuperuixit. Impetrauit eñ a dño inducias martyrij: vt credentib⁹ auferret terrorem paſſionis. Et non credentib⁹ auferret vocem inſultationis. vt pacē eccl'ie redditā nūciaret: tanꝙ ꝓphetiſſa dñi vt corp⁹ dñi reciperet ⁊ ſe deo cōmendaret: vt aduocatā ſyracuſanis ſe ꝓmitteret. Sic ḡ patꝫ ꝙ btā Lucia magis meruit ꝟginitate obſeruando ꝙ cū ſponſo ſuo pagano mr̄imonialiter cohabitādo. Mat. v. Bti mūdo corde: qm̄ ipſi deum videbūt. hic ꝑ gratiā, tandem per gloriam. Amen.

In feſto ſancti Thome apli. Sermo. iiij.

## Thoma vidiſti me.

Joh. xx. ⁊ in euangelio p̄ſentis ſolēnitatis. Beda ſuꝑ Marcū dicit̄ ſic. Hic eſt Thomas ꝗ interp̄tat̄ abyſſus vel gemin⁹: qđ grece dicit̄ didimus. que vtraq3 interpretatio bene cōgruit eius ſtatui. Didimus eñ recte vocat̄: ꝓpter dubium cor in fide reſurrectiōis dñice. abyſſus quoq3 dici potuit. cū altitudinē dñice virtutis: reſurrectione celebrata: fide certa penetrauit. hec ille. Super quo moueo talem q̄onem vtrū bti Tho. tarditas: magis nobis ꝓfuerit ad veritatē dei cōfirmanda ꝙ alioꝝ aploꝝ credulitas ad dubietatē extirpandā. Ad iſtam q̄onem r̄ndent duo doctores eccleſie.

Primus eſt btūs Greg. in omel. dicēs ſic. Egit nāq3 miro modo diuina clemētia vt diſcipulus dubitās: dū in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera ſanaret infirmitatis. Plus eñ nobis Thome infidelitas ad fidē ꝙ fides credentiū diſcipuloꝝ ꝓfuit: q2 dum ille ad fidē palpando ducitur: noſtra mēs om̄i dubitatione poſtpoſita in fide ſolidat̄. Sic quippe diſcipulū poſt reſurrectionē ſuā dubitare ꝑmiſit: nec tamē in dubitatione deſeruit: ſicut ante natiuitatem ſuam habere Mariam ſponſam voluit qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitans et palpans teſtis vere reſurrectionis: ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrime virginitatis. hec ille. Secundus eſt Petrus rauennas ſermone. lxxix. dicēs ſic. Ab apoſtoli reſurrexiſſe dñm mulieribus nūciantibus aut nō crediderūt aut deliramētū indicaſſe referunt̄: ḡ iſ iter nemo arguat. Alter eñ dubitat: ꝗ aliꝰ credit. decipi non pōt: ꝗ non eſt facilis creditor vel auditor. Ignauꝰ nimis eſt ꝗ poſt exemplū inuenit̄ incautus. Rudis miles ad aciē currit ꝗ cauſā belli neſcit ⁊ ius bellatoris ignorat. Periti aūt eſt non ſegnis cū ſenſim miles veteranꝰ accedit. h' ille. Xp̄s eñ volēs oñdere ſingularē dilectionē ad ſcm̄ thomā ſuꝑ ceteros aplos oñdit ei q̄tuor ſingularia ſigna familiaritatis ⁊ amicicie. Primū fuit q2 exhibuit ſe ad tāgendū. Nam q̄dam cognouerunt xp̄m reſurrexiſſe ex viſu. Sicut Lucas ⁊ Cleophas eūtes in Emaus. Luce vlti. Quidā ex auditu. vt petrus. Mar. xvi. Ite dicite diſcipulis eius ⁊ petro: quia ſurrexit dñs. Quidam ex guſtu. vt diſcipuli qui iuerunt ad piſcationem. vt patet Joh. vlti. Quidam ex tactu. vt Thomas. Et hoc modo nulli ſe exhibuit niſi thome. immo nec marie Magdalene: cui dixit. Noli me tāgere. Johānis. xx. Ideo cantat̄

in eius laudem. O Thoma didime qui meruiſti xp̄m tangere. Secundū fuit: quia exhibuit ſe ei ad confitendum. Statim em̄ viſo ⁊ palpato xp̄o: effectus eſt theologus verax ⁊ integram fidem eius cōfitendo: q̄ntum ad humanitatem ⁊ diuinitatē: dicēs. Dn̄s meꝰ ⁊ deus meus. Uidendo ergo credidit: qui cōſiderando verum hominem hunc deū quē videre nō poterat exclamauit. Sicut em̄ ante paſſionē nullus apoſtolorū cōfeſſus eſt eum eſſe verū deum niſi Petrus qui dixit. Tu es xp̄us filiꝰ dei viui. Math. xvi. Sic etiā poſt reſurrectionem nullus cōfeſſus eſt xp̄m eſſe verum deū niſi Thomas. Tertium fuit: q̄a exhibuit ſe ei ad certificandū. Licet em̄ alijs apoſtolis xp̄us apparuerit poſt reſurrectionem tamē ſingulari modo Thomā certificauit in eo ꝙ voluit: ꝙ homo mortalis tangeret corpus glorioſum. Hoc autē eſt ſingulare miraculum. Unde Gaufredus carnotenſis ep̄us dicit ſic. Non em̄ credendus eſt iſte minoris meriti pre ceteris fuiſſe vt ip̄e ſolus iudicaretur indignus dn̄i viſiōe. Poſt dies octo iterum venit Jeſus. ⁊ Thomas erat cū eis. Cui cuncta replicantur a dn̄o q̄ pridie locutus fuerat velut de abſente. hec ille.

Quartum fuit quia exhibuit ſe ei ad inflāmandum. Quāuis em̄ ante paſſionem multa ſecreta reuelauerit Johāni. vt dicitur Johan. xiij. Tamen ſecreta celeſtia poſt reſurrectionē nō reuelauit alicui familiariꝰ q̄ Thome. Unde Gaufredus vbi ſupra dicit ſic. Quid autē mirū: ſi mira deuotione mox exclamauit. Dn̄s meus: ⁊ deus meus? Nō em̄ erat iam ꝙ de eius diuinitate. ꝙ de veritate reſurrectiōis aliquatenus heſitaret: quē nec arcerent clauſtra. nec laterēt ſecreta. hec ille. Ratione huius reuelationis accendebatur Thomas in amorem xp̄i: ⁊ inflammabatur Si em̄ ex verbis xp̄i accendebantur illi duo diſcipuli eūtes in Emaus dicētes. Nōne cor noſtrū ardens erat in nobis. dū loqueretur nobis in via: ⁊ aperiret nobis ſcripturas. quāto magis inflāmabatur Thomas ex cōtactu vulnerū xp̄i. ⁊ ꝓpter iſtam certitudinē ⁊ inflammationē: dicit xp̄s. Thoma vidiſti me.

Thoma vidiſti me.

- Per fidelitatem.
- Per obedientie velocitatem.
- Per charitatem.
- Per puritatem.
- Per poteſtatem.
- Per firmitatem.

Primo Beatus Thoma vidit xp̄m per fidelitatem. Unde Auguſti. lib. p̄mo de trinitate dicit ſic. Mentis humane acies inualida in tam excellenti luce non figitur niſi per iuſticiam fidei emundetur.

Sciendū ꝙ non quelibet fides illuminat mentem ad videndum deū: ſed fides recta ⁊ iuſta. Eſt em̄ quadruplex fides. Prima eſt hereticorū. i. Thimo. iiij. Diſcedent quidā a fide attēdentes ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in ypocriſi loquentium mendacium ⁊ cauteriatam habentium ſuam cōſcientiam ꝓhibentiū nubere: abſtinere a cibis quos deus creauit ⁊c̄. Secūda eſt falſorum xp̄ianorū. Jac. ij. Fides ſine operibꝰ mortua eſt. Et Augu. ſermōe xxij. dicit ſic Fides appellata eſt ex eo q̄d fit. Due ſyllabe ſonāt cum dicitur fides. prima ſyllaba eſt a facto. ſecūda a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas: dicis credo. Fac q̄d dicis ⁊ fides eſt. Ex his duobus fides fit. hec ille. Tertia eſt curioſorū: quia nō innitūtur veritati. i. Cor. i. Judei ſigna querunt: ⁊ greci ſapientiā. Sic em̄ dicit Math. xij. Magiſter volumus a te ſignum videre ⁊c̄. Quarta eſt inquietorū qui nō ſunt ſtabiles ⁊ firmi. Luc. viij. Ad tēpus credunt: ⁊ in tempore tentationis recedunt. Beatus Tho. ante paſſionem chriſti habuit fidem imperfectam: ſicut ⁊ ceteri apoſtoli. qn̄ omēs relicto eo fugerunt. Mathei xxvi. Poſt reſurrectionem etiam fuit incredulus. cum dixit. Niſi videro in manibꝰ eius fixuram clauorū ⁊c̄. Quia em̄ ab aliorū cōgregatione receſſit: ideo incredulitatem incurrit ⁊ xp̄m videre non meruit. Cum autē ad congregationem apoſtolorū rediJt: fidem chriſti confeſſus eſt: dicens Dn̄s meus ⁊ deus meus. Ro. x. Corde creditur ad iuſticiā: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Eius autem fides patet ex quattuor. Primo quia xp̄us eius fidem approbauit: dicēs. Quia vidiſti me Thoma credidiſti. Johan xx. Aliud quidem vidit: ⁊ aliud credidit: hominem vidit: ⁊ deum credidit. Secundo quia magos baptizauit ſm̄ Chriſo. Ex quo patꝫ quantā in fide excellentiā habuit. qui primitias gentiū ad fidem baptizare ꝓmeruit. Tertio q: in ciuitate ediſſa vbi corpus ſuū requieſcit: nullum hereticum aut infidelem ſiue iudeum ſiue paganum habitare permittit. Ex quo datur intelligi quantus ſit defenſor fidei: q̄ nullum iuxta ſe infidelem viuere permittit.

Quarto q² eccleſia que non poteſt errare ſuã fidem imitari petit. vt cõtinet in oro⸗ne eius. ⁊ ſic pꝫ fidelitas eius.

## Secundo btũs thomas

vidit xp̃m per obedientie velocitatẽ. Unde Bern̄ ſermone. xxi. ſuper Canẗ. dicit ſic. Ceſſet voluntas ꝓpria: ⁊ infernus non erit. In quẽ em̄ deſeuiet ignis: niſi in ꝓpriam voluntatẽ. Nam ꝓpria voluntas deum impugnat aduerſus eũ extollit. Ipſa eſt que paradiſum ſpoliat: infernuꝫ ditat: ſanguinem xp̃i euacuat: ⁊ ditioni diaboli mundũ ſubiugat. hec ille. Uoluntas autẽ noſtra debet ꝑficere voluntatem dei quadrupliciter. Primo ſicut peregrinus obſeruat viã quãdo ꝑgit ad patriam ſuam. Sumus em̄ oriundi a patria celeſti: ſꝫm aĩam quẽadmodũ angeli q² a deo q̇ nos creauit ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ ſuam. Q̃diu autẽ ſumus in hac vita via noſtra eſt voluntas diuina. de cui⁹ preceptis dicit pſal'. Deduc me in ſemitã mãdatorum tuo. q² ipſam volui ⁊c̃. Ab iſta via deuiant aliqui ad dexterã: putantes ſe facere bonuꝫ cum faciant malum. Aliqui ad ſiniſtraꝫ: facientes qͦ malũ eſt: ⁊ ſcientes illud eſſe malum. ſicut Grego. dicit. Ideo dicit᷑ Deut᷑. v. Hec eſt via: ambulate in ea: neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram. Secũdo ſicut infirmus ſuam dietã. Q̃diu em̄ voluntas noſtra eſt in via infirmat᷑. vt ait aplꝰs. Sed diuina voluntas eſt ſua medicina: qm̄ xp̃s antequã medicus venit ad ſanãdas noſtras voluntates per ſuaꝫ voluntatẽ. vt dicit᷑ Mat. ix. Ideo ſicut eger non obſeruans dietã interemit ſe. ita non obſeruans voluntatẽ diuinã occidit ſe. Tertio ſicut religioſus ſuã religionem. Nam aĩa noſtra ⁊ angeli ſunt eiuſdem religionis: q² in eiſdem ordinibus collocabunt᷑. vt dicit Magiſter ſniaruꝫ lib. ij. diſt. x. Regula autem religionis angelice eſt vt cõforment voluntatẽ ſuam voluntati diuine pſal'. Benedicite dño omnes angeli eius: miniſtri eius: qui facitis voluntatẽ ei⁹ Ideo ⁊ nos debemus facere voluntatẽ dei

Quarto ſicut ciuis legem ꝓprie ciuitatis. Nam diuina voluntas eſt lex noſtre ciuitatis quã inquirimus. vt dicit᷑. Heb. xiij. Unde Eſa. loquens de iſta ciuitate q̄ eſt a ſua lege denoĩata. dic̄. lxij. c. Nõ vocaberis vltra derelicta: ſed volũtas mea in ea. Ideo ſicut boni ciues ꝓ legibus ſuarũ ciuitatũ morteꝫ ſubeunt: ita ⁊ nos debemus facere ꝓ obſeruanda diuina volũtate. Unde dicit᷑. Mat. vij. Quicunqꝫ fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis eſt. hic meus frater: ſoror: ⁊ mater eſt. Beatus Thomas obediuit voluntati dei perfecte quo ad quattuor. Primo integraliter: quia de ſuo nihil ſibi retinuit. licet em̄ prius dixerit. Dñe mitte me quo vis preterquã ad Indos. tamẽ poſtea ratio correxit dicens. Dñs meus es tu: ⁊ ego ſeruus tuus: fiat voluntas tua. In hoc imitat⁹ eſt magiſtrum ſuũ. Qui ait. Math. xxvi. Pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. verũtamen non mea voluntas ſed tua fiat.

Secũdo letanter: q² ſimplici corde ⁊ ex caritate obediuit. Unde Bern̄. libro de prelato ⁊ diſpenſatione dicit ſic. In ipſa obedientie via: tibi fortaſſe aliqua dura ⁊ aſpera poſſunt occurrere: vt accipias interdũ precepta nõnulla que licet ſalubria ſint: min⁹ tamen ſuauia videant᷑. Hoc ſi moleſte ceperis ſuſtinere: ⁊ ſic diiudicare prelatum ⁊ murmurare in corde etiam ſi exterius impleas qͦ iubet᷑: nõ eſt virtus patientie. ſed velamẽ malicie. hec ille. Sed beatus Thomas letiſſime ⁊ ex charitate impleuit diuinũ mandatũ pſal'. In auditu auris obediuit mihi. Tertio velociter: q² mox in Indiã eſt ꝓfectus. Unde Bern̄. vbi ſupra dicit ſic. Uer⁹ obediens mandatũ non ꝓcraſtinat. ſed ſtatim parat aures auditui. linguã voci: pedes itineri: manus operi: ⁊ ſe totũ intus colligit. vt mandatum peragat imperantis. hec ille.

Quarto perſeueranter: q² vſqꝫ ad morteꝫ exemplo xp̃i. de quo dicit᷑ Phil'. ij. Factus obediens vſqꝫ ad mortem. Sic btũs Thomas vſqꝫ ad mortem perſeuerauit in obedientia xp̃i.

## Tertio beatus Thomas

vidit xp̃m ꝑ charitateꝫ. Unde Aug⁹. lib. de doctrina xp̃iana dicit ſic. Charitaſ eſt actio rectitudinis: oculos ſemꝑ habẽs ad deum: glutinũ aĩarũ: ſocietas fideliũ: actio non frigida: actio non fracta: nõ fugax: nõ audax: non preceps. hec ille. Hanc charitateꝫ habuit btũs Tho. vt ptꝫ per quattuor ſigna.

Primo q² fuit xp̃i imitator qñ dixit. Dñe neſcimus quo vadis. ⁊ quõ poſſumus viaꝫ ſcire. Joh. xiiij. Hoc em̄ ſꝫm Chryſ. ex multa dilectione dixit. q² ipſum ſemꝑ cupiebat Cui xp̃s rñdit. Ego ſum via: veritas: ⁊ vita Suꝑ quo Aug⁹. dicit. Ambulare vis: ego ſum via. Falli nõ vis: ego ſum veritas. Mo⸗

ri non vis: ego uſm vita. hec ille. Secũdo q2 fuit celeſtiũ ↄtẽplator. vñ in nuptijs non manducabat. ſ oculos in celũ erectos habebat. Mat. vi. Ubi eſt theſaurus tu9: ibi eſt ⁊ cor tuũ. Ubi eſt eñ amor cordis: ibi eſt ⁊ oculus corporis. Tertio q2 fuit diuinoꝝ auidus auditor. ſicut p3 ĩ puella hebrea quã dei cãtationẽ ſepe repetere ſatagebat. Joh. viij. Qui eſt ex deo verba dei audit. Super quo Greg. dicit ſic. Penſet quiſq3 in corde ſuo ſi verba dei pcipit. ⁊ tunc cognoſcet vñ ſit. Qui eñ aliuin diligit: libenter de eo audit. ⁊ in eius mentione delectaꝰ. Quarto q2 fuit terrenorũ contẽptor. Omĩa eñ que ſibi rex Judie dedit: pauperibus diſtribuit. nec aliquid terrenũ ab eo accipiens ſibi reſeruauit. Unde Cryſ. dicit. Uere non hab3 ſuper terram qð amet: qui donu3 celeſte in veritate guſtauerit. Et ſic patet de feruenti eius charitate.

## Quarto btũs Thomas

vidit xpm per puritatem. Unde Hieroñ. in epl'a dicit ſic. Quacũq3 virtute polleas quibuſcũq3 operibus niteas: ſi cingulo caſtitatis careas omĩa per terram trahis. hec ille.

Sciendũ ꝙ virtus caſtitatis ⁊ puritaṫ militat cõtra paſſiones ↄcupiſcentie carnalis quattuor modis. Primo eñ militant aliq contra iſtas paſſiones ſic ꝙ eas ſuperant: nec etiã ab eis ſuperanꝰ. Sed manent in cõtinua lucta: donec paſſio ſponte diſcedat. Et tales dicunꝰ perſeuerãtes. q2 nec cadũt nec vincunt. Secundo aliq militant: ſic ꝙ diu pugnant ⁊ tandẽ vincunt: ſed cum difficultate. ⁊ iſti dicunꝰ cõtinentes. Tertio aliqui ſic militant ꝙ iſtas paſſiones faciliter vincunt cõfeſtim ⁊ inſurgunt ad modũ bellatoꝝ fortiũ: ⁊ iſti dicũꝰ tẽperati. Quarto aliqui ſic militãt ⁊ habent iſtas paſſiones adeo domitas: vt nequaꝙ̃ inſurgere preſumant contra iudiciũ rõnis. ſicut populus infirmus q eſt ſubiugat9 a fortiſſimo pncipe. ⁊ q2 tales ſunt ĩpaſſibiles ad modũ angelorũ. iõ dicunꝰ hñe v̾tutẽ heroycã. i. diuinã. q2 poti9 dicunꝰ filij dei ꝙ̃ filij hoĩm. Et h modo B. Tho. militauit ↄ paſſiones ↄcupiſcẽtie: vt oĩno ĩpaſſibil' foret. Jnmñ eñ dilexit puritatẽ ꝙ vocauit eã turrem fontẽ ⁊ dei miniſtrã. Turtẽ ppꝰ ſui excellẽtiã: q2 ſicut turris trãſcẽdit domũ. ſic v̾gitas mrĩmoniũ. Hier. Sicut poma ex arbore: frumẽtũ ex ſtipula: aurũ ex terra. ita v̾ginitas de nuptijs naſciꝰ. Uocat eã fontẽ ppter fecunditatẽ. Hiero. Nuptie replẽt terrã: v̾ginitas padiſu3. Uocat eã dei miniſtrã: q2 v̾gines deo aſſiſtunt. Apocal. xiiij. Hij ſequũtur agnũ quocũq3 ierit. ⁊ ſic p3 ei9 puritas quã valde dilexit.

## Quinto btũs Thomas

vidit xpm p ptãtem quã habuit in miraculis faciendis. Uñ Cryſ. ſup Mat. dicit ſic. Tria totus mundus mirabaꝰ. ſc3 xpm poſt mortẽ reſurrexiſſe. carnẽ in celũ aſcendiſſe: ⁊ p. xij. aplos piſcatores totũ mundũ ↄuertiſſe. Hui9 aũt quadruplex fuit cã. ſ. pecunie cõtemptus. glie defectus. ſecularium occupationũ ſegregatio. ⁊ terribiliũ paſſionum toleratio. hec ille. Beatus Thomas multos ſanauit quadrupliciter. Primo dãdo qbuſdam medicinã purgatiuã: ſicut regi indie ⁊ pluribus alijs quos a peccato purgauit. Secundo dando quibuſdã medicina3 melioratiuã. ſicut illis quos ad virginitate3 induxit. vt patet de ſponſo ⁊ ſponſa: quos bñdixit ⁊ in virginitate cõſecrauit. Tertio dando quibuſdã medicinã conſeruatiuã: ſicut illis quos ad dandũ elemoſynas pUocauit. Elemoſyna eñ grãm dei conſeruat. iuxta illud Eccl'. xix. Gratiã hoĩs quaſi pupillã conſeruabit. Quarto dando qbuſdã medicinã pſeruatiuã: ſicut illis quos ad audiendũ v̾bũ dei induxit. qbus. xij. gdus diſtinxit. vt p3 in legẽda. Pſal. Jn corde meo abſc. e. t. vt nõ. p. ti. ⁊c. Aſſimilabat eñ v̾bũ dei collirio emplaſtro: potioni ⁊ cibo. quia ↄuertit qttuor gña hoĩm. Primo quoſdã illuminabat ad fidẽ. ſicut illos de Jndia inferiori: ⁊ iſtis appoſuit colliriũ. Nã poſt predicationẽ eius baptizati ſunt. ix. milia viroꝝ exceptis mulierib9 ⁊ paruulis: ⁊ in Jndia ſuperiori illuminauit Sinthicen ⁊ conuertit Migdoniã vxorẽ Cariſij cognati regis ⁊c. Pſal'. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ: ⁊ lumẽ ſemitis meis. Secũdo quoſdã docebat humilitatẽ: ⁊ iſtis a timore ſuperbie frãgebat emplaſtrũ: ſicut regẽ Jndie minoris ⁊ reginas indie ſupioris. Tertio quoſda3 inducebat ad ↄfeſſionẽ: ⁊ iſtis dabat potionẽ. Nam cũ apl's eſſet poſit9 in carcere veniens Migdonia ↄfitebaꝰ ei rogãs eũ vt ſibi indulgeret ꝙ ppter eã in carcerẽ miſſus eẽt quã ille benigne ↄſolãs. hec oĩa ſe libẽter paſſi aſſeruit. Quarto quoſdã timidos cõfortabat: ⁊ iſtis dabat cibũ. ſicut regẽ Jndie inferioris poſtulantẽ veniã ab aplo p eo ꝙ

tradiderat eū in carcerē ob fabricaȝ palatij.
cui apl'us ait. Multū vobis p̄ſtitit de⁹ vt ſe
creta ſua vobis oñderet ⁊c̄. ⁊ ſic pȝ ei⁹ ptās

**Sexto beatus tho. vidit** xp̄m p firmitatē. Nā ante xp̄i paſſionē hāc
firmitatē ſe habere docuit: cū dicit. Eamus
⁊ nos ⁊ moriamur cū illo. Joh. xi. Non em̄
dixit. Fugiam⁹ cū eo. q: xp̄s mortē nō expe-
ctabat. ſed dicit eam⁹ cū eo: q: xp̄s ſpōte ad
mortē ibat. Eſa. liij. Oblatus eſt: q: voluit.
nec dixit eatis vos: ſ; eam⁹ nos. q: voluit ſi-
bi eſſe ſocius in aduerſis q̄ fuerat in pſperis
Legit̄ de Ceſare q̄ nunq̄ dixit militib⁹ ſuis
ite. ſ; venite. dicebat em̄ q̄ labor cū duce par
titus minor videt̄ eē militib⁹. nec dixit mo
riamur ante eū q: h̄ nullius fuiſſet vtilitat̄:
cū ianua nō eſſet aperta: nec poſt eū. q: viue
re poſt eū: nō reputabat vitā: ſ; mortē. ſed di
xit cū eo. Sciebat em̄ q̄ btūs erat ille q̄ mo
riebat̄ cū eo. ſicut pȝ in latrone. etiā poſt xp̄i
paſſionēȝ: docuit ſe habere firmitatē in hoc
q̄ grauiſſima ſuſtinuit tormēta. q̄ oīa xp̄s
in gloriā cōmutauit. Nam de percutiēte ma
xillā: vidit iuſtam vltionē. Incarcerat⁹ a re-
ge: vidit honorificā liberatōeȝ. ſup laminas
aduſtus: vidit fontis emanationē. In for-
nacē piectus: vidit roris refrigerationē. lan
ceis pforatus: vidit feliceȝ coronationē. Et
in ijs omnibus vidit chriſtum: hic per gra-
tiam ⁊c̄. Amen.

In feſto Natiuitatis dn̄i. Sermo. v.

**Vidimus gl'iaȝ eius** Joh. i. ⁊ in euangelio p̄ntis ſo
lēnitat̄ Porpha dauid in pſal'.
dicit ſic. Annūciauerūt celi iuſticiā ei⁹: ⁊ vi-
derūt oēs ppl'i gloriā eius. Sup quo v̄bo
moueo talē q̄onem. Utrum credere miſte-
rium diuine incarnationis ſit fundamentū
humane ſaluationis. ad iſtam. q. rn̄dēt tres
doctores noui teſtamēti. Prim⁹ eſt btūs
Aug⁹. libro de correptiōe ⁊ gr̄a dicēs ſic. Il-
la fides ſana eſt qua credimus nullū hoieȝ
ſiue maioris ſiue parue etatis liberari a cō-
tagio mortis ⁊ obligatione peccati. niſi per
vnū mediatorē dei ⁊ hoim ieſuȝ xp̄m. Se-
cūdus eſt btūs Greg. ſup Ezech. dic̄ ſic. Et
q̄ preibāt ⁊ q̄ ſequebant̄ clamabāt dicētes.
Oſanna filio dauid bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe
dn̄i. Quia oēs electi q̄ in iudea eſſe potue-
rūt: ſiue q̄ nūc in eccl'ia ſunt in mediatorē dei
⁊ hoim crediderūt ⁊ credūt. Tertius ē ſan
ctus Tho. ſecūda ſcd̄e. q. ij. arti. vij. dicēs ſic
Illud pprie ⁊ per ſe pertinet ad obiectum
fidei per qd̄ homo beatitudinē conſequitur
Uia autem hominibus veniendi ad beati
tudinē: eſt miſteriuȝ incarnationis ⁊ paſſio
nis xp̄i. Dicit̄ em̄ Actuū. iiij. Non eſt aliud
nomen datuȝ hoibus in quo oporteat nos
ſaluos fieri. ⁊ ideo miſteriuȝ incarnationis
xp̄i aliqualiter oportuit omī tēpore eſſe cre
ditum apud om̄es. hec ille. Tamen p maio
ri declaratione ponit ſctūs Thomas ibidē
quattuor cōcluſiones. Prima cōcluſio. an
gelus ante cōfirmationē habuit fidē de fu-
tura beatitudine. Patet: q: cognitio fidei ē
ſupra naturalē cognitionē angeli de deo. Sȝ
angeli ſunt creati cū dono gr̄e. ideo neceſſe
eſt dicere q̄ p gr̄am acceptā ⁊ nondū ꝯſum
matā fuerit in eis inchoatio q̄daȝ ſperande
beatitudinis. Que q̄dē inchoat̄ in volūtate
p ſpem ⁊ charitatē. ſ; in intellectu p fidē. Qr
vero in ſtatu p̄me ꝯditionis angeli nō erat
obſcuritas culpe vel pene. inerat tn̄ intelle-
ctui angeli q̄dā obſcuritas naturalis ſm̄ q̄
oīs creatura tenebra ē cōparata imenſitati
diuini lumīs: ⁊ talis obſcuritas ſufficit ad
fidei rōnē. Un̄ angeloſ nō oīno latuit miſte
riū regni dei. i. incarnatiōis. ſicut dicit Aug⁹
v. ſup Gen̄. ad l'ram. Quaſdā tn̄ rōnes hui⁹
miſterij pfecti⁹ cognouerūt xp̄o reuelāte. h̄
Thomas. Secūda ꝯcluſio. ante ſtatū pcti
hō habuit explicitā fidē de xp̄i incarnatione
ſm̄ q̄ ordinabat̄ ad ꝯſummationē gl'ie nō
aūt ſm̄ q̄ ordinabet̄ ad liberationē a pctō
p paſſionē ⁊ reſurrectionē. Patet: q: nō fuit
pſcius pcti futuri. Uidet̄ aūt incarnatiōis
xp̄i pſcius fuiſſe: p h̄ qd̄ dicit ppter h̄ relin-
quet hō p̄rem ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue
vt habet̄ Gen̄. ij. Et hoc apl's ad Eph. v. di
cit. Sacr̄m magnū eſſe in xp̄o ⁊ eccl'ia. Qd̄
q̄dē ſacr̄m nō eſt credibile p̄imū hominē
ignoraſſe. Licet autē in ſtatu p̄me conditio
nis non fuerit auditus ab hoie exterius lo-
quēte. fuit tn̄ a deo interi⁹ inſpirante. Sicut
⁊ pphete audiebāt ſm̄ illud ps̄. Audiā q̄d
loquat̄ in me dn̄s de⁹. Tertia cōcluſio poſt
peccatū fuit explicite creditum miſteriū xp̄i
non ſolum quantū ad incarnationē. ſ; etiaȝ
quantū ad paſſionem ⁊ reſurrectionē q̄bus
humanū genus a peccato ⁊ morte liberat̄.
Patet: q: aliter non prefiguraſſent xp̄i paſ-
ſionem q̄buſdam ſacrificijs ⁊ ante legem ⁊
ſub lege. Quorum quidem ſacrificiorum ſi-
gnificatū explicite maiores cognoſcebant.

minores autem ſub velamine illorum ſacrificiorum credentes ea diuinitus eſſe diſpoſita de chriſto venturo: quodãmodo habebãt velatam fidem: ⁊ tanto difficilius cognouerũt: quanto chriſto propinquiores fuerunt.

Quarta concluſio: poſt tempus gratie reuelate: tam maiores ꝙ minores tenẽtur habere fidem explicitam de myſterijs chriſti. Patet quia precipue tenentur xp̄um ad ea que cõmuniter in eccleſia ſolenniſantur ⁊ publice ꝓponũtur. ſicut ſũt articuli fidei. Alias autem ſubtiles cõſiderationes circa articulos: tenentur aliqui magis vel minus explicite credere. ſm qđ ↄuẽit ſtatui ⁊ officio vniuſcuiuſq;. Vñ credere explicite myſteriũ xp̄i omni tempore ⁊ quo ad omnes neceſſariũ fuit. Hec Tho. eodẽ articulo. Quia vero hij omnes hanc fidem cognouerunt eſſe adimpletam. Ideo dicunt. Vidimus gloriã eius.

¶ Vidimus gloriam eius.
- Nos angeli.
- Nos patriarche.
- Nos prophete.
- Nos iudei.
- Nes apoſtoli.
- Nos gentiles.
- Nos xp̄iani.

## ¶ Primo nos angeli vidi-

mus gloriam diuinitatis coniunctã humanitati Jeſu xp̄i in ſua ſacratiſſima natiuitate. Qđ patet quadruplici ratione. Primo ratione tẽptationis. Nam vt dicit Berñ. ſuper illud Jone. i. Propter te orta eſt ſuꝑ nos hec tempeſtas ⁊c̃. Lucifer cognouit naturaꝫ humanaꝫ ꝑuenire ad hanc dignitatẽ vt eſſet deus: ⁊ exaltari ſupra naturaꝫ angelicam: iõ inuidit homini ⁊ tẽptauit eum. Sapien. ꝑmo. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Non eñ inuidit homini niſi de maiori felicitate quã homo erat habiturus ſupra naturam angelicam: que felicitas erat vt homo eſſet deus. Secũdo ratione reſtaurationis. Nam ruina angelica debebat reſtaurari ex hominibus. Hebre. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi ꝑpter eos qui hereditateꝫ capiunt ſalutis. Hec autem reſtauratio non poterat fieri niſi impleto ſacramento incarnationis filij dei. Titum ij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei non ex operibus iuſticie q̃ fecimus nos. ſꝫ ſm ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit. Tertio rõne ſaluationis. Nã beata virgo fuit edocta myſterium incarnationis filij dei per angelum vt patet Luce. i. Miſſus ẽ angelus a deo ⁊c̃. Super quo dicit Beda in omel. Aptum ꝑfecto humane reſtauratõis indiciũ: vt angelus a deo mitteret ad virginem partu cõſecrandaꝫ diuino: quia ꝑma ꝑditionis humane fuit cauſa: cũ ſerpẽs a dyabolo mittebatur ad mulierem ſpũ ſuꝑbie decipiendã: immo ipſe in ſerpẽte dyabolus veniebat: q̃ genus humanũ deceptis parentibus primis: imortalitatis gloria nudaret. hec ille.

qui dixit Nume. xxiiij. Orieſ ſtella ex iacob
Vn̄ vidētes ſtellā extra ordineꝫ mūdi: hāc
eſſe intellexerūt quā Balaā futurā indiceꝫ
regis iudeoꝝ ꝓphetauerat. hec Tho. Et ſic
pꝫ rō qualiter xp̄s voluit manifeſtare ſuaꝫ
natiuitatem magis per ſtellā. Circa quā vi
denda ſunt quattuor. Prīo de materia ei⁹
Scōo de forma. Tertio de efficiētia. Quar
to de fine ipſius ⁊c. Quantū ad materiam
hui⁹ ſtelle ſciendū ꝙ hec ſtella q̄ magis ap
paruit nō fuit vna de celeſtib⁹ ſtellis ab ini-
tio creatis. Vn̄ Aug. in lib. ↄ fauſtū dicit.
Nō ex illis erat ſtellis q̄ ab initio itinerum
ſuoꝝ ordinē ſub creatōnis lege cuſtodiunt.
ſed nouo virginis ꝑtu nouū ſydus appuit
Et ſctūs Tho. iij. pte. q. xxxvi. arti. vij. dicit
ſic. Sicut Criſo. dicit ſuper Math. Qꝛ illa
ſtella q̄ magi appuit nō fuerit vna celeſtiuꝫ
ſtellarū multipliciter manifeſtuꝫ eſt. Prīo
quidē qꝛ nulla alia ſtellarū hac via incedit.
Hec enī ſtella ferebaſ a ſeptentrione in me
ridiē. Ita enī iacet iudea ad perſidem vnde
magi venerunt. Secundo apparet hoc ex
tempore. Non ſolū enī apparebat in nocte
ſed etiā in media die. quod non eſt virtutis
ſtelle: ſed nec etiā lune. Tertio quia quā-
doq̄ apparebat ⁊ quando q̄ occultabatur
Cū eniꝫ intrauerunt hieroſolymā occulta-
uit ſeipſam. Deinde vbi herodē reliquerūt
monſtrauit ſeipſam. Quarto quia nō ha
bebat continuū motū. ſed cū oportebat ire
magos ibat. quando auteꝫ oportebat ſtare
ſtabat. Sicut ⁊ de columna nubis que erat
in deſerto. Quinto quia non ſurſum ma-
nens partū virginis demonſtrabat. ſed de-
orſum deſcendens hoc faciebat. Diciſ eniꝫ
Mathei. ij. ꝙ ſtella quā viderant in orien-
te antecedebat eos vſq̄ dū veniens ſtaret
ſupra vbi erat puer. Ex quo patet ꝙ verbū
magoruꝫ dicentiū. Vidimus ſtellā eius in
oriente. non eſt ſic intelligendū quaſi ipſis
in oriente poſitis ſtella apparuerit exiſtēs
in terra iuda. ſed quia viderunt eā in orien
te exiſtentē ⁊ preceſſit eos vſq̄ in iudeam
q̄uis hoc a quibuſdā ſub dubio relinquaſ.
Non aūt potuiſſet diſtincte domū demon
ſtrare niſi eſſet terre vicina. Et ſicut ipſe Cri
ſoſto. dicit. Hoc non videtur propriuꝫ eſſe
ſtelle: ſed virtutis cuiuſdā rationalis. Vn-
de videtur ꝙ hec ſtella virtus viſibilis fuiſ
ſet in talē apparentiā transformata. Unde
quidā dicunt ꝙ ſicut ſpirituſſanctus deſcē-
dit ſuper dominū baptizatū in ſpecie colū-
be: ita apparuit magis in ſpecie ſtelle. Alij
vero dicunt ꝙ angelus qui apparuit paſto
ribus in ſpecie humana apparuit magis in
ſpecie ſtelle. Probabilius tamen videtur ꝙ
fuerit ſtella de nouo creata. ſed in aere vici-
no terre que ſm̄ dei voluntatē mouebatur.
Unde Leo papa dicit in ſermone epypha
nie. Tribus magis in regione orientis ſtel
la noue claritatꝭ apparuit: que illuſtrior ce-
teris pulchriorq̄ ſyderibus in ſe intuentiū
oculos animoſq̄ converteret vt confeſtim
aduerteretur nō eſſe ocioſum quod tam in
ſolitū videbatur. Hucuſq̄ Tho. vbi ſupra.
Quantū ad formā ſanctus Tho. eadē. q.
arti. v. dicit ſic. Sicut Criſo. refert. in q̄buſ-
dā ſcripturis apocriphis legitur ꝙ quedaꝫ

gens in extremo orīētis iuxta oceanū quā
dā ſcripturā habebat ex nomine Seth. de
hac ſtella ⁊ muneribꝰ eiꝰ offerendis q̄ gens
diligēter obſeruabat huiꝰ ſtelle exortū: poſi
tis exploratoribꝰ .xij. qui certis tēporibꝰ de
nocte aſcēdebāt in montē. In quo poſtmo
dū viderūt eā habentez in ſe quaſi paruuli
formā: ⁊ ſuper ſe ſimilitudinez crucis. Hec
Tho. Et ſic patet ⁊c. Quantū ad efficiē-
tiā iſtius ſtelle ſciendū ꝙ vt ſctūs Tho iij.
pte. q. xxxvi. arti. v. dicit. Stella q̄ xp̄i nati-
uitatē manifeſtauit oēm occaſionē erroris
ſubtraxit. vt enī Aug. dic̄ ꝯtra fauſtū. Nul
li aſtrologi ita cōſtituerūt naſcentiū hoīm
fata ſub ſtellis: vt aliquaz ſtellarū hoīe aliq̄
nato circuitus ſui ordinē reliquiſſe ⁊ ad eū
qui natus eſt perrexiſſe aſſeuerent. ſicut ac
cidit circa ſtellā que demonſtrauit natiuita
tem xp̄i. ⁊ ideo per hoc non cōfirmat̄ error
eoꝝ qui ſortē naſcētiū hoīm aſtroꝝ ordini
colligari arbitrant̄. non aūt credūt aſtroꝝ
ordinē ad homīs natiuitatē poſſe mutari.
Sil'r etiā vt Criſo. dicit. Non eſt hoc aſtro
nomie opꝰ a ſtellis ſcire eos qui naſcuntur
ſed ab hora natiuitat̄ futura p̄dicere. Ma
gi aūt tp̄s natiuitat̄ nō cognouerūt vt hīc
ſumētes initium a ſtellarū motu futura co
gnoſcerēt. ſ; potiꝰ ecōuerſo. Et ſicut Aug.
dicit in ſmone epyphanie. Magi ab ange
lis aliqua monitiōe reuelatiōis audierunt
ꝙ ſtella xp̄m natuz ſignificaret. ⁊ ꝓbabile
videt̄ ꝙ a bonis: qn̄ in xp̄o adorādo ſalus
eoꝝ iam querebat̄. Hec Tho Et ſic ſtella
illa nihil in xp̄o effecit: ſed magoꝝ corda ꝑ
docuit tanq̄ʒ veritatis index. qd̄ ad illumi
nationē fidei eoꝝ ꝑtinebat ⁊c. Quantuʒ
ad finē ſctūs Tho. iij pte. q. xxxvi. arti. viij.
dicit ſic. Magi ſunt primitie gentiū in xp̄o
credentiū in quibꝰ apparuit: ſicut in quodā
p̄ſagio fides ⁊ deuotio gentiū venientiuʒ
a remotis ad xp̄m. ⁊ ideo ſicut deuotio ⁊ fi
des gentiuʒ eſt abſq̄ʒ errore ꝑ inſpirationē
ſcti ſpūs: ita etiā credendū eſt magos a ſpi
ritu ſctō inſpiratos ſapiēter xp̄o reuerentiā
exhibuiſſe. Et ſicut Criſo ſuper Math. dic̄
Si magi regē terrenuʒ querētes veniſſent
fuiſſent ꝯfuſi q2 tanti itineris laborē ſine cā
ſuſcepiſſent. vn̄ nec adoraſſent: nec mūera
obtuliſſent. Nūc aūt q2 celeſtē regē q̄rebāt.
⁊ ſi nihil regalis excellētie in eo viderūt: tn̄
ſoliꝰ ſtelle teſtimonio ꝯtēti adorauerunt. vi
derunt enī hoīez ⁊ agnoſcūt deū: ⁊ offerūt
munera dignitati xp̄i ꝯgruētia. aurū quidē
quaſi regi magno. thus qd̄ in dei ſacrificio
ponit̄ immolāt vt deo. mirrha qua mortuo
rū corpa ꝯdiunt̄ ꝑbet̄ tanq̄ ꝓ ſalute oīum
morituro. Et vt Greg. dicit. Inſtruimur vt
nato regi aurū ꝑ qd̄ ſignificat̄ ſapiētia of-
feramꝰ in ꝯſpectu eiꝰ lumine ſapīe ſplēden-
tes. thus autē ꝑ qd̄ exprimit̄ orōnis deuo
tio offerimꝰ ſi ꝑ orationū ſtudia deo redo-
lere valeamꝰ. mirrhā que ſignificat mortifi
cationez carnis offerimꝰ ſi carnis vitia per
abſtinentiā mortificamꝰ. Et ſicut Aug. di
cit in ſermone epyphanie. Cū multi reges
iudeoꝝ nati fuiſſent atq̄ʒ defuncti: nullū eo
rū magi adorandū queſierūt. Non itaq̄ʒ re
gibꝰ iudeoꝝ quales illic eſſe ſolebant hunc
tam magnū honorem longinqui alienige-
ne ⁊ ab eodem regno prorſus extranei a ſe
deberi arbitrabant̄. Sed talē natū eſſe didi
cerunt in quo adorando ſe ſalutez que ſm
deum eſt conſecuturos minime dubitarēt.
Hec Thomas. Et ſic patet ⁊c.

Secūdo nos magi vidi-
mus ſtellā ſpūalis reuelatiōis. i. fidei in cor
dibus nr̄is de diuinitate ⁊ hūanitate iſtius
pueri. Sciendū ꝙ dyabolus volēs ſedu-
cere mētes iſtoꝝ magorū ne crederēt ꝙ ſit
verꝰ deus ⁊ meſſias ꝓmiſſus in lege: addu-
cit decē rōnes valde apparētes: quibꝰ reſpō
dent magi vt pʒ. Prima rō eſt. Iſte puer
generādus annūciat̄ femine. ſ; eſt hō ⁊ nō
deꝰ. pʒ ꝯn̄ia. q2 Yſaac: Sampſon: Iohēs ba
ptiſta annūciant̄ matribꝰ ⁊ patribꝰ eoꝝ: q̄
tn̄ nō fuerūt niſi hoīes. Rn̄dent magi ⁊ di
cunt. Verū eſt ꝙ iſte puer annūciat̄ femīe
ſed virgini. Vn̄ Eſa. vij. dic̄. Ecce virgo cō
cipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit̄ nomen eius
emanuel. i. nobiſcū deꝰ. Et Ezech. xliiij. Vi
di portaz in domo dn̄i clauſam. Et Dan. ij.
Lapis abſciſus eſt de mōte ſine manibus.
Et Malach. iij. Statim veniet ad templū
ſuū dn̄ator quē vos q̄ritis: ⁊ angelꝰ teſta-
menti quē vos vultis. Cōueniens enī fuit
vt virgini annūciaret̄ cōceptio ſaluatoris:
vt redderet mentez eiꝰ attentā ad tante rei
ꝯſiderationē. qd̄ q̄dē fecit eā ſalutādo qua
dā noua ⁊ inſolita ſalutatiōe. Vn̄ Origē-
nes dicit ſup Lucā. Q2 ſi ſciuiſſet ad alium
quēpiā ſimilē factū eſſe ſermonez: vtpote q̄
habebat legis ſcientiā: nunq̄ eā quaſi pere
grina talis ſalutatio terruiſſet. In qua qui-
dem ſalutatiōe p̄miſit ydoneitatē eius ad
cōceptū: in eo ꝙ dixit grā plena. Expreſſit

cõceptũ in eo ꝙ dixit dñs tecũ. ⁊ ꝓnũciauit honorẽ ↄſequentẽ cũ dixit. bñdi. tu in muli.

Secunda ratio eſt. iſte puer cõcipit in vtero femine: ergo eſt hõ ⁊ nõ deꝰ. patꝫ ↄña qꝛ deꝰ cũ ſit infinitꝰ oĩa implet. iuxta illud propheticũ. Celũ ⁊ terrã ego impleo. ergo non põt claudi femine vtero. Rñdent magi ⁊ dicunt. Concipit eñ cõueniẽter in vtero femine. qꝛ vt Aug. dicit lib. xxiij. ↄtra fauſtũ qui hac obiectõne vtebat. Non plane inquit catholica fides q̃ xp̃m dei filiũ natũ ſm carnẽ credit ex ꝟgine: nullomodo eũdẽ dei filiũ ſic in vtero mulieris ĩcludit q̃ſi extra nõ ſit q̃ſi celi ⁊ terre adminiſtrationẽ deſeruerit: q̃ſi a patre receſſerit. Sed vos manichei corde illo quo nihil poteſtis niſi corporalia fãtaſmata cogitare iſta oĩno nõ capitis. vt eñ dic̃ in ep̃la ad voluſianũ. Hominuꝫ iſte ſenſus eſt nihil niſi corpora valentiũ cogitare: quorum nullũ põt vbiqꝫ eſſe totuꝫ: qm̃ per innumerabiles partes aliud alibi habeat neceſſe eſt. Longa alia eſt natura aĩe ꝙ corporis quãto magis dei q̃ creator eſt aĩe ⁊ corporis nouit vbiqꝫ totus eſſe ⁊ nullo cõtineri loco Nouit venire nõ recedendo vbi erat. nouit abire nõ diſcedendo quo venerat. vnde nõ eſt facta mutatio in deo ſed in homĩe aſſumpto. Sicut pꝫ de ſole in nube vbi nulla ẽ mutatio ex parte ſolis ſed ex parte aeris lumẽ deferentis ⁊c̃. Tertia ratio ẽ. Iſte puer naſcitur ⁊ parturit ex femina: ergo eſt hõ ⁊ nõ deꝰ. patꝫ ↄña. qꝛ ſicut mors hoĩm ſubſecuta eſt ex peccõ ꝑmoꝝ parentũ. ſm illud Geñ. ij. Quacũqꝫ die comederitis ex eo morte moriemini: ita etiã dolor partꝰ. ſm illud Geñ. iij. In dolore paries filios: ſed hoc nõ cõuenit deo. Rñdent magi ⁊ dicũt. Iſte puer ſine dolore matris naſcit: qꝛ dolor partꝰ conſequitur in muliere cõmixtioneꝫ virilẽ. Vñ Geñ. iij. Poſtq̃ dictũ eſt in dolore paries. ſubdit. Sub viri ptãte eris. ⁊ ſicut dic̃ Auguſtinꝰ in ſmone de aſſum. btẽ ꝟginis. Ab hac ſñia excipit virgo mater dei. que qꝛ ſine peccĩ colluſione ⁊ ſine virilis ãmixtionis detrimẽto xp̃m ſuſcepit ſine dolore: ſine integritatis violatiõe: pudore ꝟginitatis integra permanſit. Fuit eñ ibi maxima iocunditas: qꝛ hõ deus natus eſt in mũdo. ſm illud Eſa. xxxv. Germinãs germinabit ſicut liliũ ⁊ exultabit letabũda ⁊ laudãs. Quarta rõ eſt. Iſte puer naſcit in bethleeꝫ ciuitate parua ergo eſt hõ ⁊ nõ deus. patꝫ ↄña. qꝛ Eſa. ij. dr̃. De ſyon exibit lex ⁊ ꝟbũ dñi de hieruſalem. Si iſte puer eſſet deꝰ ꝗ in hierlm debuiſſet naſci. Rñdent magi ⁊ dicũt. Ideo doctores cũ eos interrogauiſſemꝰ de loco natiuitatis eiꝰ dixerũt ꝙ in bethleẽ naſci debebat: qꝛ factꝰ eſt ex ſemine dauid ſm carnem cui facta fuerat repromiſſio ſpãlis de xp̃o. ſm illud. ij. Reg. xxiij. Dixit vir cui cõſtitutum eſt de xp̃o dei iacob: ⁊ ideo in bethleem de qua natꝰ fuit dauid naſci voluit: vt ex ip̃o loco natiuitatꝭ ꝓmiſſio facta impleta oñderetur. etiaꝫ Michee. v. dr̃. Tu bethleẽ effrata paruula es in milibꝰ iuda. ex te eñ mihi egredief qui erit dñator in iſrael: ⁊ egreſſus eiꝰ ſicut ab initio a diebꝰ eternitatꝭ vbi trãſlatio caldaica hꝫ ex te. egredief meſſias ⁊c̃.

Quinta ratio eſt. Iſte puer naſcit plorando: ergo eſt hõ ⁊ nõ deus. ptꝫ ↄña Sap. vij. Similẽ vocẽ oĩbꝰ emiſi plorãs. Rñdent magi ⁊ dicũt. Iſte ploratꝰ cõgruit fini incarnatiõis. qꝛ ad hoc filiꝰ dei carne aſſumpta venit in mũduꝫ vt ꝓ peccõ hũani generis ſatiſfaceret. vnꝰ aũt ꝓ peccõ aliꝰ ſatiſfacit: duꝫ penam peccõ alteriꝰ debitam in ſeipm̃ ſuſcipit. ploratꝰ aũt eſt pena peccĩ qđ eſt in mũduꝫ ꝑ adam introductũ. Vñ cõueniẽs fuit q̃tum ad finẽ incarnationis ꝙ huiꝰ penalitates in noſtra carne ſuſciperet vice noſtra. ſm illud Eſa. liij. Vere languores noſtros ip̃e tulit.

Sexta ratio eſt. Iſte puer inuoluit pãnis ergo eſt hõ ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ↄña Luc̃. ij. Inueni etis infantẽ pãnis inuolutũ. Rñdent magi ⁊ dicũt illud maximi in ſermo. de natiuitate dñi. Si tibi ſenſuũ tuoꝝ fragilitate minꝰ dignũ videt filiũ dei de femina natũ credere ꝟginẽ cogita peperiſſe. Si tibi pãni quibus obuolutus eſt fortaſſe vileſcũt: angelos collaudãtes ⁊ multitudineꝫ celeſtis exercitus admirare. ⁊ Eſa. lx. dr̃. Surge illumiare hieruſalẽ: qꝛ venit lumẽ tuũ ⁊ glia dñi ſ. t. o. ẽ.

Septima ratio eſt. Iſte puer naſcit inter aĩalia: ergo eſt hõ ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ↄña. qꝛ dicit. In medio duoꝝ aĩaliũ cognoſceris. Reſpõdent magi ⁊ dicũt ſic Eſa. i. dixit. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ ⁊ aſinꝰ ꝑſepe dñi ſui. Per hoc aſtruit fides incarnatõis in iudeis deſignatis ꝑ bouẽ vt pꝫ in paſtoribꝰ. ⁊ in gẽtilibus deſignatis ꝑ aſinũ: vt pꝫ in nobis magꝭ Vñ hũc credimꝰ verã aĩam ⁊ verã carnem habuiſſe ⁊ nõ fantaſticã. ꝑ bouẽ eñ deſignatur maturitas diſcretõnis q̃ fuit ꝑfectiſſime in aĩa xp̃i. per aſinũ deſignat auſteritas oneris q̃ fuit in corꝑe eiꝰ. Octaua rõ eſt. Iſte puer naſcit in diuerſorio ⁊ in preſepio. ꝗ eſt

homo ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ꝯña Luc. ij. Reclinauit eũ in ꝑſepio: qꝛ nõ erat ei locꝰ in diuerſorio. Rñdent magi ⁊ dicũt illud Maximi in ſermone de natiui. dñi. Si ꝑſepe in quo infans iacuit deſpicis erige pauliſper oculos ⁊ nouam in celo ſtellã ꝓſtantẽ mũdo natiuitatem dñi cã cõtuere. Si credis vilia crede mirifica. Si de his q̃ humilitatꝭ ſunt diſputas: q̃ alta ſunt ⁊ celeſtia venerare. Et Eſa. lx dicit. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: ⁊ reges in ſplendore ortus tui ⁊c. Nona rõ eſt Iſte puer vocat̃ noĩe humano: qꝛ ieſus. q̃ ẽ homo ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ꝯña. qꝛ Exo. iij. dr̃. Cur q̃ris nomẽ meũ qđ eſt mirabile. Rñdent magi ⁊ dicũt illud Eſa. lij. Propter hoc ſciet populus meꝰ nomẽ meũ in die illa: qꝛ egoipſe qui loquebar ecce adſum. Multa etiã dicta ſunt de hoc noĩe ieſus in ſmo de circũciſiõe.

Decima rõ eſt. Uos magi offerꝭ mirrhã huic puero: q̃ eſt homo ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ꝯña: qꝛ mirrha ꝑſeruat a corruptiõe. Rñdent magi ⁊ dicũt. Prophete ꝓnũciauerũt hũc puerum eſſe deũ ⁊ hoĩem ex noſtris muneribꝰ. Naꝫ dauid in pſ. dicit Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent. Reges arabũ ⁊ ſaba dona adducẽt ⁊ adorabũt eũ. ⁊ Eſa. lx. dic. Oẽs de ſaba veniẽt aurũ ⁊ thꝰ deferẽtes ⁊c.

Tertio nos magi vidimus ſtellã ꝑſonalis incarnatõis. Sicut em̃ Chryſo. dicit. Ab oriẽte venerũt magi quia vnde dies naſcit̃ inde initiũ dei ꝓceſſit: qꝛ fides lumẽ eſt aiarũ. vel qꝛ oẽs q̃ ad xp̃m veniunt ab ipo ⁊ ꝑ ipm veniũt. Uñ dr̃ Zach. vi. Ecce vir oriẽs nomẽ eiꝰ. Dicunt̃ autẽ ab oriẽte ad litterã veniſſe. vel qꝛ de vltimis orientis partibꝰ venerũt ſm quoſdã. vel qꝛ de aliquibꝰ vicinis partibꝰ iudee venerũt: q̃ tñ ſunt regioni iudeoꝝ ad orientẽ. Cũ aũt primo xp̃s natus eſt ſtella apparuit: qua viſa ſtatim magi iter arripiẽtes longiſſimuꝫ iter in xiij. diebꝰ pergerũt. parti q̃dẽ adducti diuina ỽtute. partim aũt dromedarioꝝ velocitate. ſm illud Eſa. lx. Inundatio cameloꝝ operiet te dromedarij madian ⁊c. Uiſa aũt hac ſtella ꝑueniẽtes hierlm̃ q̃ſiuerũt ſtellaꝫ incarnatã. ſ. ieſum xp̃m. q̃ dicit Apoc. vlti. Ego ſum genꝰ ⁊ radix dauid: ſtella ſplẽdida ⁊ matutina. Ab hac ſtella ꝓcedũt q̃ttuor radij. vt dic̃ Paulus. i. Cor. i. Factꝰ eſt nobis xp̃s a deo ſapiẽtia ⁊ iuſticia ſcĩficatio ⁊ redemptio. A ſapiẽtia ꝓcedit radiꝰ illuſtrãs. A iuſticia radius informãs. A ſcĩficatiõe radius purgãs. A redemptiõe radiꝰ liberãs. Perquirẽtes aũt hãc ſtellã. ſ. xp̃ꝫ Herodes rex turbatꝰ eſt: ⁊ valde cõuenient ꝓpt̃ tria.

Primo q̃dẽ qꝛ per hoc manifeſtat̃ celeſtis xp̄i dignitas. Uñ Greg. dicit in omel. Celi rege nato rex terre turbatꝰ eſt: qꝛ nimirũ terrena altitudo ꝯfundit̃ cũ celſitudo celeſtis aperit̃. Secũdo qꝛ per hoc figurat̃ iudiciaria xp̄i poteſtas. Uñ Aug. dicit in ſmo. epiphanie. Quid erit tribunal iudicãtis q̃ñ ſuperbos reges cuna terrebat infantis. Tertio qꝛ per hoc figurat̃ deiectio regni diaboli qꝛ vt Leo papa dic̃ in ſmo. epipha. Nõ tñ herodes ſemetipo turbat̃ quantũ dyabolꝰ in herode. Herodes em̃ hoĩem eſtimabat. ſꝫ diabolꝰ deũ ⁊ vterqꝫ regni ſui ſucceſſorẽ timebat: diabolꝰ celeſtẽ: ſꝫ herodes terrenum. ſupflue tamẽ, qꝛ xp̃s nõ venerat regnũ terrenũ in terra habere. vt Leo papa dic̃ herodi loquẽs. nõ capit xp̃m regia tua: nec mũdi dñs ꝑ̃tãtis tue ſceptri eſt cõtentꝰ anguſtijs Etiã ⁊ oĩs hieroſolyma turbat̃ qui tñ magꝭ gaudere debuerãt. ⁊ hoc ẽ qꝛ vt Chryſo. dic̃ de aduẽtu iuſti nõ poterãt gaudere iniq. aut volẽtes fauere herodi quẽ timebãt. Populus em̃ plꝰ iuſto fauet eis q̃s crudeles ſuſtinet. ⁊ ꝓpt̃ hãc turbationẽ vt dic̃ Aug. in q̃dam ſmo. innocẽtũ. qꝛ timebat ne puer cui ſydera famulant̃ ſpẽm ſuã paulo ſup̄ etatẽ vel infra trãſformaret: nõ ſtatim recedẽtibꝰ magis: ſed poſt bienniuꝫ interfecit pueros. vel qꝛ interim accuſatꝰ iuit romã vel aliquorum periculoꝝ terroribꝰ agitatꝰ a cura interficiẽdi puerũ interim deſtitit. vel qꝛ credidit magos fallaces ſtelle viſiõe deceptos: poſtq̃ nõ inuenerũt quẽ q̃ſiuerunt erubuiſſe ad ſe venire. Licet aũt pueri ſint interfecti ab herode: tñ nõ ceſſit in coꝝ detrimẽtũ: ſꝫ in eoꝝ ꝓfectũ. Dicit em̃ Aug. in ſmone. quodã de epipoaũ. Abſit vt de illoꝝ ꝓmio q̃ pro eo interficerent̃ ad liberãdos hoĩes xp̃s veniẽs nihil egerit q̃ pendẽs in ligno ꝓ eis a quibꝰ interficiebat̃ orauit. Et vt ſanctꝰ Tho. ſcđa ſcđe. q cxxiiij. ar. i. dic̃. Quidã dixerũt q̃ in innocentibꝰ acceleratꝰ eſt miraculoſe vſus liberi arbitrij ita q̃ etiã volũtarie martyriũ paſſi ſunt. Sed qꝛ hoc ꝑ auctoritatẽ ſcripture nõ comprobat̃. meliꝰ dicendũ eſt q̃ martyrij gloriã quã in alijs ꝓpria volũtas merentur: illi paruuli occiſi per dei grãm ſunt aſſecuti. nam effuſio ſanguinis ꝓpter xp̃m vicẽ gerit baptiſmi. Unde ſicut pueris baptizatꝭ per grãm baptiſmalẽ meritũ xp̄i operat̃ ad

glořiã obtinendã:ita in occiſis ꝑpter xp̃m
meritũ martyrij xp̃i operaꝛ ad palmã mar-
tyrij cõſequendã. Vñ Aug. dicit in quodã
ſmone de epiphañ. quaſi eos alloquẽs. Ille
de veſtra corona dubitabit in paſſione pro
xp̃o qui etiã paruulis baptiſmũ ꝓdeſſe nõ
eſtimat xp̃i: nõ habebatis etatẽ qua in paſ-
ſurum xp̃m crederetis: ſed habebatis carnẽ
in qua ꝑ xp̃o paſſuro paſſionẽ ſuſtineretis
hec Thomas. ⁊c̃.

¶ Quarto nos magi vidi-
mus ſtellã ſupernalis fruitionis. nã angelo
duce redierũt ꝑ aliã viam: ⁊ reuerſi in regio
nem ſuã Edocti ſunt ꝑ frequẽtes appariti o
nes angeloꝝ tandẽ baptizati a btõ thoma
apl'o. ſm fideꝫ xp̃i vixerũt donec btõ fine in
pace quieuerũt. quoꝝ aĩe in celo intuitiue ⁊
beatifice vident ſtellam diuinitatis. Amẽ.

¶ In feſto ſancti Anthonij
abbatis Sermo. xi.

O Stendit illi regnũ
dei. Sap. x. ⁊ in ep'la preſent
ſolẽnitat. Beat⁹ Aug. li. xxij.
de ciuitate dei dicit ſic. Qđ de⁹ preparau t
diligentib⁹ ſe: fide nõ capiꝛ: ſpe nõ attingiꝛ:
charitate nõ cõprehendiꝛ: deſideria ⁊ vota
oĩa tranſgrediꝛ acquiri põt: extimari nõ po
teſt. hec ille. Super quo ꝟbo moueo talem
queſtionẽ. Utrũ beat⁹ anthoni⁹ ſue actiõis
merito regni celoꝝ potit⁹ fuerit brauio. Ad
iſtam queſtionẽ rñdent duo doctores eccl'ie

Prim⁹ eſt Hierony ſup pſal. lxviij dic̃ ſic.
Regnũ celoꝝ nõ eſt dãtis ſꝫ accipiẽtis. Nõ
eſt enĩ ꝑſonarũ acceptio apud deũ. ſed qui-
tunqꝫ ſe talẽ prebuerit vt regno celoꝝ dign⁹
fiat: hic accipiet qđ nõ eſt paratũ ꝑſone ſed
vite. hec ille. Secũdus eſt Iohãnes Chry
ſoſto. in omel'. de ſeptuag. dicẽs ſic. Grãdis
violẽtia eſt in terra naſci ⁊ celũ rapere: qđ
habere nõ poſſum⁹ per naturã. Regnũ celo
rum patitur vim q: glia dñi iſrael: patribus
debita: a ꝓphetis nũciata: a xp̃o oblata: fi-
de gentiũ occupaꝛ ⁊ rapiꝛ dum ꝑ penitẽtiã
quã iohãnes p̃dicauit: reuiuiſcũt ad celeſtẽ
patriã q̃ſi in alienũ locũ redeuntes. hec ille.

Sciendũ ꝙ regnũ celoꝝ acqritur octo mo
dis. Primo per negociationẽ Math. xiij.
Emit agrũ illũ. Sic enĩ dixit dñs Luc. xvi.
Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis
vt cũ defeceritis recipiãt vos in eterna taber
nacula. Secũdo ꝑ importunitatẽ. Mat. xi.
Regnũ celoꝝ vim patiꝛ: ⁊ violẽti rapiũt il-
lud Sup quo Greg. in omel'. dicit ſic. Re-
gnũ celoꝝ rapi vult nr̃is fletib⁹ qđ nr̃is me
ritis nõ valem⁹. Sic enĩ rapuit ille q̃ ab ami
co poſtulauerat tres panes. ⁊ licꝫ prius fuiſ
ſent denegati tñ obtinuit per importunitatẽ.

Tertio ꝑ fraudationem. ſ. per furtũ. Sic fu
ratus eſt latro ille regnũ celoꝝ: q̃ licet prius
multa mala fecerit: ſubito tñ ex inſpirato ob
tinuit regnũ illud: cum audiuit in cruce. Ho
die mecũ eris in paradiſo. Luc. xxiij. Qui ꝗ
furari didicerat ⁊ iam multa furat⁹ fuerat:
tandẽ furat⁹ eſt regnũ celoꝝ. Quarto per
cõmutationẽ. Math. xix. Omnis q̃ relique
rit domũ aut agros ꝑpter nomẽ meuꝫ cen-
tuplum accipiet ⁊ vitam eternã poſſidebit.
Sic enĩ cõmutauit cui dñs dixit. Uade ven
de oĩa q̃ habes ⁊ da paupib⁹: ⁊ veni ⁊ ſe-
quere me: ⁊ habebis theſaurũ in celo. Mat.
xiiij. Quinto ꝑ aſſecutionẽ. ſ. laboꝝ ⁊ dolo
rum. Math. iiij. Penitẽtiã agite appropin
quauit enĩ regnũ celoꝝ. Sic enĩ aſſecut⁹ eſt
paul⁹ di. ij. Coꝝ. xi. In labore ⁊ erũna in fri-
gore ⁊ nuditate: in plagis ſupra moduꝫ: in
mortib⁹ frequẽter. Sexto ꝑ gratificationẽ
Titũ. iij. Non ex operib⁹ iuſticie q̃ fecim⁹ nos
ſed ſm miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. Et
Eſa. lv. Qui nõ habetis argentum ꝑperate
emite ⁊ comedite abſqꝫ argento: ⁊ abſqꝫ vl
la cõmutatione vinum ⁊ lac. Sic enĩ gratis
conferebaꝛ illis qui ad nuptias vocati fue
rant. Math. xxij. Nuptie quidẽ parate ſunt
ſed qui inuitati erant non fuerunt digni.

Septimo per cõpulſionẽ. Luce. xiiij. Com
pelle intrare vt impleatur domus mea. pſ.
Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ poſtea
accelerauerunt. Sic enĩ paulus co pulſus
fuit: quando in via in qua ibat damaſcũ cir
cumfulſit eũ lux de celo. Act. ix. Octauo ꝑ
oblationẽ. Nam regnũ celoꝝ tm̃ valet q̃tũ
habes maxime per opera miſericordie. vt di
citur Math. xxv. Sed beat⁹ anthoni⁹ acqui
ſiuit regnũ celoruꝫ ſignãter per cõmutatio-
nem. Nam cum viginti eſſet annoꝝ ⁊ audi-
ret legi in eccl'ia Si vis perfect⁹ eſſe vade ⁊
vẽde oĩa q̃ habes ⁊ da paupib⁹ ⁊ habebis
theſauros in celo. oĩa ſua vendẽs paupib⁹
erogauit ⁊ heremiticã vitã duxit. Vñ Au-
guſt. in omel' dic̃ ſic. Qui celeſti vite dulcedi
nem inquantũ poſſibilitas admiſerit ꝑfecte
cognouerit ea q̃ in terris amauerat libenter
cũcta derelinq̃t. In cõparatiõe ei⁹ vileſcũt oĩa
deſerit habita: diſpergit congregata: inarde-

ſcit in celeſtibꝰ animus. Nihil in terrenis rebus deforme conſpicif quicq̄d de terrene rei placebat ſpecie: qꝛ ſola ꝓcioſe margarite claritas fulget in mente. hec ille. Et qꝛ beatus anthoniꝰ oīa terrena cōtempſit ꝓpter deuꝫ ideo oſtendit illi regnū dei. ⁊ Rabanꝰ ſuper illud Math. xix. Veni ⁊ ſequere me. dic̄ ſic. Non ſufficit ad ꝓſecutionē omīa renūciare niſi poſt cōtemptas diuitias ſaluatorē ſeq̄tur. i. relictis malis faciāt bona. facilꝰ ſaculus relinquif q̄ affectꝰ. Multi diuitias relinq̄ntes dñm nō ſequunf. hec ille. Hoc patuit in multis antiquis philoſophis. Vñ Hierony. in epl'a ad heliodoruꝫ ait. Crates thebanus hō ditiſſimꝰ cū ad philoſophandum athenas pergeret magnū auri pondus abiecit: nec putauit ſe ſimul poſſe ꝟtutes ⁊ diuitias poſſidere. Abite inquit male cupiditates ego vos ſubiugabo ne ſubinger a vobis hec ille non tamē ſecutꝰ eſt xp̄m. qꝛ vt dicit Hieroñ. ibidē. Sequif aūt dñm q̄ imitator eſt eiꝰ ⁊ per veſtigia eiꝰ gradif. hec ille. Sed beatꝰ anthoniꝰ diuitias ſuas diſperſit ⁊ dedit pauperibꝰ: ⁊ cū hoc ſecutꝰ eſt viam xp̄i. iuxta illud Job. xxiij. Veſtigia eiꝰ ſecutꝰ eſt pes meꝰ: viam eiꝰ cuſtodiui ⁊ non declinaui ab ea. ideo oñdit illi regnū dei. vt dicit ꝟbuꝫ primo propoſitum. ⁊ ſic patet ⁊c̄.

¶ Oſtendit illi regnum celorum.
- In religione.
- In temptatione.
- In humiliatione.
- In diſcretione.
- In obſeruatione.
- In oratione.
- In reuelatione.
- In conſummatione.

¶ Primo xp̄s oſtendit beato anthonio regnū dei in religione. Vñ Ceſarius in admonitōne. xxviij. dicit ſic. Videte vocationē veſtrā fratres chariſſimi. Venire ad heremū ſumma perfectio eſt nō perfecte in heremo viuere ſumma damnatio ē Quid ꝓdeſt ſi in loco quies teneaf ⁊ inquietudo in corde ſenief. Si in habitatione ſilentiū ſit ⁊ in habitatoribꝰ clamor viciorū: tumultꝰ ⁊ colluctatio paſſionū. Si exteriora noſtra ſeueritas teneat: ⁊ interiora tempeſtas obruat. hec ille. Sciēdū q̄ quadruplex eſt gradus religionis. Primꝰ eſt qui intendit ad exteriores actiones qui totalif conſiſtit in occupatiōe exteriori. ſicut elemoſynas dare: hoſpites recipe: ⁊ alia huiuſmodi que ſunt minora operibꝰ cōtemplationis niſi forte in caſu neceſſitatis. Vñ Chryſoſt. lib. de compūctiōe cordis dicit ſic. Iſte ſuſcipiendo peregrinū veſtiēdo nudū: captiuum rediměndo: violēter oppreſſum tuendo: iugiter ab omibꝰ iniquitatibꝰ ſuis cor euacuat: ⁊ vitam ſuā bonorū operum fructibꝰ ditat. hec ille. Secūdus gradus eſt qui ordinaf ad cōtemplationē in ſocietate viuēdo. puta caſtigando corpꝰ per ieiunia: vgilias: diſciplinas: ⁊ orōni iugiter inſiſtendo. Vñ Johannes caſſianꝰ lib. v. de collationibꝰ patrū dicit ſic. ita inquit. Macharīꝰ debere monachum ieiunijs operā dare vt cētuꝫ annis in corpore cōmoraturum: ita motꝰ animi refrenare vt iniuriarū obliuiſci: triſticiāq̄ reſpuere: dolores quoq̄ ac detrimenta contemnere tanq̄ continue moriturū. Tertius gradus eſt qui ordinaf ad docēdū ⁊ predicandum: qui ex plenitudine cōtemplatiōis deriuatur. Vñ Greg. in omel. v. ſup Ezech. dicit ſic. De perfectis poſt cōtemplationē redeūtibꝰ dicif. Memoriā ſuauitatis tue eructabūt. ⁊ iſte gradꝰ eſt ꝑfectior ſecūdo gradu. Sicut em̄ magis eſt illuminare q̄ ſoluꝫ lucere. ita maiꝰ eſt cōtemplata alijs tradere q̄ ſolū cōtemplari. Quartꝰ gradꝰ eſt q̄ ordinatur ad vitā ſolitariā. ⁊ iſte eſt ꝑfectiſſimus. Nam vita ſocialis neceſſaria eſt ad exercitiū ꝑfectōis: qꝛ mutuo ſe inſtruūt ꝟbo: exēplo: ⁊ correptōe: tandē ad ꝑfectionē deducūt. Solitudo aūt cōpetit iam ꝑfectis q̄. ſcꝫ ſibi ſufficiūt: nec alioꝝ regimine indigēt ſ; ſolo ſpū dei aguntf. Sicut ergo id qđ iam ꝑfectū eſt p̄eminet ei qđ ad ꝑfectionē exercetur: ſic vita ſolitaria ſi debite aſſumaf preeminet vite ſociali. Vñ Aug. lib. de opibus monachoꝝ dicit illos ſupiores eſſe: qꝛ cōſpectu hoīm ſepati: nulli ad ſe prebēt acceſſum viuētes in magna intētione orōnū. Si autē abſq̄ precedēti exercitio talis vita aſſumaf eſt periculoſiſſima niſi per diuinā grām ſuppleatur qđ in alijs per exercitiū acquirif: ⁊ in iſto gradu fuit beatꝰ anthoniꝰ: vt pꝫ per ea que ad hanc vitā exigunf. Vñ Hieroñ. in epl'a ad ruſticū monachū dicit ſic. Solitariam vitā nunq̄d rep̄hendimꝰ: minime q̄ppe quaꝫ ſepe laudamꝰ. Sed de monaſterijs huiꝰ volumus egredi milites: quos heremi dura rudimenta nō terreant: qui ſpēm conuerſationi multo tempore dederunt q̄ oīm fuerunt minimi vt p̄mi omniū fierēt: quos

nec eſuries:nec ſaturitas aliquando ſupera uit q̄ paupertate letat̄:quoꝝ habit⁹:ſmo:vultus:inceſſus:doctrina v̄tutū eſt.hec ille.Sz beato anthonio tantā deus infudit grām vt hec oīa facillime obſeruauerit. Cui deus dixit illud Gen̄.xij.Egredere de terra tua ꝛ de cognatiōe tua:ꝛ de domo patris tui ꝛ veni in terrā quā monſtrauero tibi:ꝛ magnifica bo nomē tuū.Et qꝛ beat⁹ anthonius obediuit voci dn̄i:heremiticā vitā duxit in qua ſepiſſime impugnabat̄ a demonib⁹:ꝛ pmaxie dū in quodā tumulo latitaret:flagellat⁹ fuit acerrime ab eis quos conſtantia ſupauit ꝛ ei xp̄s cū ſplēdore mirabili apparuit ꝛc.

¶ Secundo xp̄s oſtendit beato anthonio regnū dei in temptatiōe.Vn̄ Aug. ſuper pſal.xxxij.dic̄ ſic.Juſtus ex fide viuit:fides tua iuſticia tua:qꝛ vtiqꝫ ſi credis caues.ſi caues conaris:ꝛ conatuz tuū deus nouit ꝛ voluntatē tuā inſpicit ꝛ luctam cuz carne cōſiderat:ꝛ hortatur vt pugnes: ꝛ adiuuat vt vincas ꝛ certantē ſpectat ꝛ deficientem ſubleuat:ꝛ vincentem coronat.hec ille.

Sciendū ꝙ cuz voluntas noſtra nō poſſit appetere niſi bonū vel exiſtēs vel apparēs temptatio nō eſt niſi de bono qđ cōcupiſcimus.Sicut eſt quadruplex bonū: ſic etiam eſt quadruplex temptatio. Primo quedā bona ſunt ſup̄ nos: vt ſupnaturalia.de quibus deus dixit moyſi Exo.xxxiij. Ego oſtē dam tibi om̄e bonū. Secūdo.quedā bona ſunt intra nos: vt bona anime. de quibus dixit Mich. vi.cap. Indicabo tibi o homo qđ ſit bonuz ꝛ quid dn̄s requirat a te.vtiqꝫ facere iudiciū ꝛ iuſticiā:diligere miſicordiam:ꝛ ſollicitū te ambulare cū deo tuo. Tertio quedā bona ſunt circa nos:vt bona corporis.de quib⁹ dixit Eſa. Pugillus qui eſt extraordinari⁹ dicit fratris mei bona ꝛ magna ſunt:ꝛ nō fuit bn̄placitū in eis. Quarto quedā bona ſunt extra nos:vt bona fortune.de quib⁹ dixit Joſeph fratribus ſuis. Gen̄.xlv.Dabo vobis oīa bona egypti.De iſtis eſt quadruplex temptatio. Primo de ſupnaturalib⁹ vt fides in eis corrumpatur Exemplū.Elimas magus querebat auertere procōſulē a fide.vt habet̄ Act.xiij. Secūdo de internalib⁹ vt de v̄tutib⁹ ſuperbiat̄. Sicut p̄mus angelus qui voluit equari deo vt habet̄ Ezech.xviij. Tertio de corporalibus vt carnaliter viuatur.ſicut Dauid vict⁹ voluptate in berſabee.ij.Reg.xi. Quarto de externalib⁹ vt criminaliter rapiatur. ſicut Judas volens vendere xp̄m ex auaricia.His quattuor modis temptat⁹ fuit beatus anthoni⁹. Quantū ad primū modum patet: quia diabolus celſus corpore apparens beato anthonio ꝛ ſe dei v̄turē ꝛ prouidentiā:aſſerens victus abſceſſit. Quantū ad ſecunduz modū patet: quia diabolus in magna proceritate apparuit beato anthonio:ita vt celum tangere videretur. quē anthoni⁹ interrogauit qs eſſet: ꝛ ipſe cuz ſe ſathanam affirmaſſet:addidit.Cur me ſic impugnant monachi ꝛ mali xp̄iani? Anthonius reſpondit.Juſte hoc faciunt quia tuis inſidijs moleſtantur ꝛc. Quantū ad tertiuz modū patz:qꝛ ſpiritū fornicatōis virtute ſidei ſuperauit ꝛc. Quantū ad quartū modum patet:quia in alteram heremuz vadēs diſcum argenteū repperit:ꝛ vltra progrediens ingentē maſſam veri auri inuenit:ſed illis intactis ad montē fugiēs viginti annis ibi permanſit:innumeris choruſcās miraculis.Et quoniā ſic vicit diaboli temptatiōes ideo data eſt beato anthonio poteſtas patrocinandi ad ignem infernalē.vt dicit ſanctus Tho.iiij.ſentētiaruz.diſt.xlv.q.iij.ar.ij. ad ſecundum dicendum vt patet.

¶ Tertio chriſtus oſtendit beato anthonio regnum dei in humiliatiōe. Unde Chryſoſto.in ſuo policratoꝝ.lib.iiij. dicit ſic.Quiſquis gradū proprie celſitudinis amat:humilitatis cultū in moribus diligentiſſime teneat.Naz qui ab humilitatis operibus recedit a dignitatis faſtigio tumoris pondere cadit.hec ille. Sciendū ꝙ cū humilitas ſit virtus latens in corde. ſigna humilitatis ſunt quattuor. Primū ſignuz eſt in geſtu.ſcz quādo quis compoſite inclinatur:ſicut ſignum ſuperbie eſt eleuari.Eſa. iij. Pro eo ꝙ eleuate ſūt filie ſyon ꝛ ambulauerunt collo extento ꝛ nutibus oculoꝝ ibāt ꝛ compoſito gradu incedebant: decaluabit dn̄s verticem filiarum ſyon: ꝛ crimen earū nudabit ꝛc. Secundū ſignū eſt in affatu: qꝛ ad humiles pertinet loq̄ cū modeſtia.ſicut ad ſuperbos cum arrogātia.pſ. Qui dixerunt linguam noſtraz magnificabim⁹ꝛc.

Tertiū ſignū eſt in veſtitu:qꝛ ſicut ſignum ſupbie eſt veſtiri precioſe:vt patet de diuite induto purpura ꝛ byſſo.Luc.xvi.Sic humilitatis eſt veſtiri viliter ꝛ abiecte. vt patz in rege Niniue.qui abiectis veſtimentis re

galibus indutus eſt ſacco. vt dicitᷣ Jone. iij.

Quartũ ſignũ eſt in effectu. ſcilꝫ cum quis exercet opera humilia. ſicut patet de xp̄o q̄ lauit pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ. vt dicitur Joh xiij. Humilitas enĩ eſt prima virtus. Sicut ſuperbia fuit p̄mũ viciuꝫ a quo incepit omnis perditio. Unde dicitur Judith. ix. Superbi non tibi placuerunt ab initio dñe. ſed humilium ⁊ manſuetoꝝ ſemper tibi placuit deprecatio. Ideo cum ſanctꝰ anthoniꝰ quereret ⁊ inueſtigaret per quã v̾tutem poſſet reſiſtere temptationi diaboli. in ſpiritu raptus vidit totum mundũ laqueis ſeſe inuicem cõnectentibus plenum. Qui exclamãs ait. O quis iſtos euadet? ⁊ audiuit: humilitas. quo audito ſemper in humilitate permanſit ⁊c̄.

## Quarto xp̄s oſtendit beato anthonio regnum dei in diſcretione.

Unde Berñ. ſermone. xxiiij. ſuper cantica dicit ſic Diſcretio quippe omñi v̾tuti ordineꝫ ponit atq; modum tribuit. Eſt ergo diſcretio animi v̾tus moderatrix v̾tutum: ordinatrixq; affectuum: ⁊ doctrix morum. Tolle hanc et v̾tus vicium eſt ipſaq; affectio naturalis in perturbationẽ magis conuertetᷣ exterminiumq; nature. hec ille. Sciendũ ꝙ diſcretio eſt neceſſaria circa quattuor. Primo in probatione: vt ſcilꝫ res probetᷣ anteq̄ fiat. Unde Tullius lib. de officijs dicit ſic. Ad rem gerendaꝫ q̄ accedit: caueat ne ad id ſolũmodo conſideret ꝙ honeſta ſit: ſed etiaꝫ vt habeat efficiendi facultateꝫ. In quo ip̄o conſiderandũ eſt ne aut temere deſpicias proptᷣ ignauiam: aut nimiũ deficias proptᷣ audaciam. In omnibus autẽ negocijs priuſq̄ aggrediare habenda eſt diſcretio. Conſidera ergo ne nimis capias. Nam in ꝓuerbio dicitur. Qui nimis capit parum ſtringit. hec ille. Exemplũ. Dauid diſcrete ꝓbauit ſi poſſet armatus incedere anteq̄ pugnaret contra goliam ⁊c̄. i. Reg. xvij. Secũdo in ordinatione: vt ſcꝫ ordinate faciat. Unde Johãnes Caſſianꝰ lib. de collationibꝰ ſanctorum patruꝫ in collatione abbatis moyſi: dicit ſic In vtraq; enĩ parte ſuſtinebit maximũ detrimentuꝫ quiſq̄s inequalitatẽ tenens: nũc ieiunioꝝ ariditate ventrẽ conſtringit. nunc eſcarũ nimietate diſtendit. vt enĩ mens cibi inanitate laxata. perdit orõnũ vigorẽ: dũ carnis nimia laſſitudine pregrauata cõdormire cõpellitᷣ. Ita rurſum nimietate voracitatis apprehenſa: mittere ad deũ preces puras leueſq; nõ poterit. hec ille. Exemplum. Jacob diſcrete ⁊ ordinate egit. qñ debuit obuiare fratri irato munera premittẽdo: res diuidendo: minꝰ dilectas maiori periculo exponendo. Geñ. xxxij. Tertio in circũſpectione: vt ſcꝫ ad circũſtantias operis attẽdat. Unde Greg. xxxi. moral. dic̄ ſic. Sanctoꝝ ꝓuida diſcretio duꝫ ſollicite circũquaq; circũſpicit in alterũ poſita p̄uſq̄ veniat culpa: deprehendit eam: q̄ quo vigilantᷣ prenotat eo fortiter declinat. hec ille. Exemplũ in Salomone quo ad iudiciuꝫ duarũ meretricũ. iij. Reg. iij. Quarto in interpollatione: vt ſcꝫ interponat aliq̄d in ſua iugi actione. Unde Greg. li. xxviij. moral. dicit ſic. Ex ſtudio arcus diſtenditᷣ: vt ſuo tempe cuꝫ maiori vtilitate tendatᷣ. q̄ ſi ociũ relaxationis nõ accipit: feriẽdi v̾tutẽ ip̄o vſu tentõis perdit. Sic aliqñ in exercitatõe v̾tus cuꝫ ꝑ diſcretionẽ ꝑtermittitᷣ reſeruatᷣ: vt tanto poſt vicia valenter feriat: quãto a ꝑcuſſione interim prudenter ceſſat. hec ille. Exemplũ de ſctõ Anthonio q̄ ſagittario eũ derideñti ait. Pone ſagittã in arcũ ⁊ trahe. q̄d ⁊ fecit. Cunq; hoc ſecũdo ⁊ tertio fieri mãdaſſet: dixit ſagittarius. Tantũ trahere potero ꝙ de eiꝰ fractõe dolebo. Cui beatꝰ anthoniꝰ. Sic eſt in ope dei. qm̃ ſi ſup̄ menſurã tendere vellemꝰ: citiꝰ frangeremur. expedit ꝙ rigorẽ relaxari: ⁊ in hoc cõſiſtit magna ꝑfectio diſcretiõis ⁊c̄.

## Quinto xp̄s oſtendit beato anthonio regnũ dei in obſeruatõne ſcꝫ tẽperantie.

Unde Proſper de vita ꝯtẽplatiua li. iij. dic̄ ſic. Temperãtia facit abſtinentẽ parcum: ſobriũ: moderatũ: pudicũ: tacitũ ⁊ verecundũ. Hec v̾tus ſi in aı̄o habitat libidines frenat: affectꝰ tẽperat: deſideria ſancta multiplicat: vicioſa caſtigat: oı̄a intra nos ꝯfuſa ordinat: cogitatões prauas remouet ſanctas inſerit ⁊ confirmat. ignẽ libidinoſe voluptatis extinguit: mentẽ placida tranq̄llitate cõponit: ⁊ totã aı̄am ab oı̄ ſemꝑ viciorum tẽpeſtate defendit. hec ille. Sciendũ ꝙ hec obſeruatio ⁊ tẽperãtia dꝫ hr̄e q̄ttuor comites ſiue ſocias. Prima ẽ dñã intelligentia. Unde Johẽs Caſſianꝰ li. collationũ dicit ſic. Monachꝰ cupiẽs ad ſcp̄turarũ noticiaꝫ ꝑuenire: nequaq̄ dꝫ labores ſuos erga cõmentarioꝝ libros impẽdere. Sꝫ oẽm induſtriã mẽtis ⁊ intẽtionẽ cordis erga emẽdationẽ vicioꝝ carnalium detinere. quibꝰ expul

ſis cordis oculi ſublato velamine paſſionū
ſcpturarū ſacra cõtēplanꝰ. hec ille. In cui⁹
exemplū cū qdā īterrogaſſet btm̄ anthoniū
qd cuſtodiēs placebo deo: r̄ndit. Quocūqꝫ
vadis ſp deū pre oculis habeas. In his que
agis teſtimoniū ſcripturarū ſanctarū adhi-
beas. In quocūqꝫ loco ſederis nō inde cito
recedas. hec tria cuſtodi ⁊ ſalu⁹eris. Secū
de eſt dña cōtinētia. Un̄ Bern̄. in quadaꝫ
ep̄la dicit ſic. Labor ⁊ latebre ⁊ voluntaria
pauꝑtas. hec ſunt monachorū inſignia. hec
vitā ſolēt nobilitare monaſticā. Noſtri aūt
oculi oē ſublime cōſpiciūt noſtri pedes om̄e
forū circuunt: noſtre lingue in om̄ib⁹ conſi
lijs ꝑſtrepūt. noſtre man⁹ oē patrimonium
diripiūt. hec ille. In exēplū cōtinētie ſenſuū
noſtroꝝ ab his vicijs, cū quidā abbas īt-
rogaſſet btm̄ anthoniū. qd faciā: r̄ndit. Nō
cōfidas in tua iuſticia. vētris ⁊ lingue ſit ti-
bi cōtinētia. ⁊ ne peniteaꝛis de re tranſacta.

Tertia ē dña ſolitudo. Un̄ Hugo de duo-
decim abuſionib⁹ dic̄ ſic. Ordo clauſtri ⁊ or
do curie diuiſus eſt. Ibi ſedes in inſidijs cū
diuitib⁹ in occultis vt interficias innocentē
hic audis. Non ſedi cū conſilio vanitatis: ⁊
cū iniqua gerētib⁹ nō introibo. Ibi inſidia-
ris vt rapias pauperē: rapere pauꝑē dum
attrahis eū. hic dicis. Odiui eccl'iam mali-
gnantiū ⁊ cū impijs nō ſedebo. Ibi dextera
tua repleta eſt munerib⁹. hic lauas manus
tuas int̄ innocētes. Ibi laudaꝰ peccator in
deſiderijs aīe ſue ⁊ iniquus benedicitur. hic
bn̄dicitꝰ de⁹. Si vis ꝙ eē monach⁹ curialis:
laudas qđ nō debes ⁊ nō expedit: operaris
qđ nō licet: loqueris qđ nō decet. hec ille. In
exemplū hui⁹ dixit beat⁹ anthoni⁹. Sicut pi
ſces ſi in ſicco tardarīt moriunꝰ. ita mona
chi extra cellā tardantes: aut cū viris ſecula
ribus īmorātes: a quietis ꝓpoſito reſoluun
tur ꝙ ſedet in ſolitudine ⁊ qeſcit: a trib⁹ bel-
lis eripiꝰ. ſ. audit⁹ locutiōis ⁊ viſus: ⁊ cōtra
vnuꝫ tantūmodo pugnā habebit. ſ. cordis.

Quarta eſt dña taciturnitas. Un̄ Hugo
de clauſtro aīe li. v. dic̄ ſic. Si monach⁹ es qd
facis in turba? Si amas ſilentiuꝫ cur te aſſi-
due clamātib⁹ intereſſe delectat? Tu ſp ieiu-
nijs inſiſtere debes: ⁊ fletibus ⁊ tu philoſo-
phari q̄ris. Simplicitas monachi philoſo-
phia ei⁹ eſt. ſꝫ docere inq̄s alios volo. Nō eſt
tuuꝫ docere: ſꝫ flere. ſi tn̄ doctor eſſe deſide-
ras audi qd facias. Vilitas habit⁹ tui ⁊ ſim
plicitas vult⁹: innocētia vite: ⁊ ſctitas ꝯuer
ſationis tue: debēt hoīes docere. hec ille. In
exēplū hui⁹ abbas qdā reꝑhendit duos fra
tres de nimia loq̄citate: dic̄ corā btō antho.
Bonos qdē inueni frēs: ſꝫ eoꝝ habitatio nō
hꝫ ianuā. quilibꝫ ītrat ſtabulū ⁊ ſoluit aſinū

Sexto xp̄s oñdit btō an-
thonio regnū dei ī orone. Un̄ Aug. in qdā
ſmo. dic̄ ſic. Oratio ē aīe ſcē preſidiū ange
lorū bonoꝝ ſolaciū diabolo ſuppliciū gratū
deo obſequiū: pñie ac religionis laus: tota ꝑ
fecta gl'ia: ſpes ⁊ ſanitas incorrupta. hec ille

Sciēdū ꝙ efficacis oronis q̄ttuor ſūt ꝯdi
tiones. Prima ē vt petaꝰ pie. ſ. vt petēs nō
ponat obſtaculū gr̄e. Et h̄ obſtaculū eſt in-
diſpoſitio petent̄ ad illō qđ petiꝰ. Un̄ Aug.
ſup pſal. lxv. dic̄ ſic. Oratōis pure magna ē
v̄tus q̄ mandatū peragit velut fidelis nūci⁹
⁊ penetrat q̄ caro nō ꝑuenit. h̄ ille. Secūda
eſt vt petaꝰ ꝓ ſe: q̄ merito cōdigni vn⁹ alte
ri nō mereꝰ ꝑmā gr̄am: cū vix ſufficiat ꝓpri
um meritū. ſm̄ illō Math. xxv. Ne forte nō
ſufficiat nobis ⁊ vobis. Un̄ Greg. li. ij. mo
raliū dic̄ ſic. Ille deo verā orone exhibet qui
ſemetipꝫ q̄ puluis ſit: humiliꝰ videt q̄ nihil
ſibi v̄tutis tribuit q̄ bona q̄ agit de mīa con
ditoris cognoſcit. h̄ ille. Tertia ē vt petaꝰ
ꝑſeuerānꝰ. Luc̄. xv. At ſi ille perſeuerauerit
pulſās ⁊c̄. Un̄ Caſſio. ſup illō pſ. Miſere
mei dñe: qm̄ ad te clamaui tota die ⁊c̄. dicit
ſic. Magna voce ille clamat ad dñꝫ q̄ ꝯ̄uis
lingua taceat: bonis tn̄ operib⁹ ꝑſeueranter
clamat. h̄ ille. Quarta ē vt petaꝰ ad ſalu-
tem. Un̄ Chryſo. dic̄. De⁹ nō audit niſi quē
dignū ducit eſſe ſuis bn̄ficijs. Et Hiero. ait
Sepe ꝯtra nos petim⁹ qđ ꝓ nobis eē exiſti
mam⁹. Has q̄ttuor ꝯditōes ponit glo. ſup il
la ꝑabola. Luc̄. xv. Quis vr̄m habebit ami-
cuꝫ ⁊c̄. In horū exēplū btūs anthoni⁹ dū in
heremo tedio afficereꝰ dixit. Dñe volo ſal-
uus fieri: ⁊ nō ꝑmittūt me cogitatiōes mee
⁊ ſurgēs exiuit foras ⁊ vidit quēdā ſedentē
atqꝫ opantē. deinde ſurgēteꝫ ⁊ orantē. Erat
enī angelus dñi ⁊ dixit ei. Sic fac ⁊ ſaluus
eris. Et ſic patet ⁊c̄.

Septimo xp̄s oſtēdit btō
anthonio regnū dei in reuelatione. ſcꝫ quo
ad intellectum magnarū rerum. Unde Au
guſti. li. de doctrina xp̄iana dic̄ ſic. Plenitu
do eſt beatitudo ꝑfecta: vt q̄ſqꝫ cito intelli-
gat ⁊ bn̄ viuat. Sed ſi forte vtrūqꝫ nō pōt
meli⁹ eſt bn̄ viuere ꝙ cito intelligere. Qui
enī ſtudet bn̄ viuere: mereꝰ amplius intel-

ligere. Qui male viuit perdit etiã qḋ intelligit. hec ille. Sciendũ ꝙ quattuoꝛ ſunt genera ꝓphetarũ. Primi ſunt fallaces: vt balaam q̃ docuit balaac vt faceret filios iſrael foꝛnicari cũ moabitis. Nume. xxiiij. Secũdi ſunt ignoꝛãtes: vt cayphas, de quo dicitur Joh. xi. Hoc autẽ a ſemetipo non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius ꝓphetauit ⁊c.

Tertij ſũt inuiti: vt ſaul. de quo dr. i. Reg. xix. Expoliauit ſe ⁊ etiã ipe ſaul veſtimẽtis ſuis ⁊ prophetauit cum ceteris. Quarti ſunt veri: vt helyas ⁊ ceteri qui ꝓphetant: aut de preterito aut de preſenti aut de futuro. Et de numero iſtoꝝ fuit beat⁹ anthoni⁹ cui reuelata fuit ꝑſecutio eccleſie ⁊ fidei catholice fienda per arrianos: que poſt duos annos ab ei⁹ reuelatione cõtigit. Similiter predixit interitũ ballachij ducis egypti perſequentis xpianos ⁊c.

Octauo xp̃s oſtendit beato anthonio regnũ dei in conſũmatõne. Vñ Bern. in quodã ſermone dicit ſic. Regnum dei conceditur: ꝑmittitur: oſtenditur: ⁊ percipitur: Conceditur in predeſtinatione: promittitur in vocatione. oſtenditur in iuſtificatione. percipitur in gloꝛificatiõe. hec ille. His quattuoꝛ modis beatus anthoni⁹ habuit regnum celoꝝ. Primo in predeſtinatione: per quẽ obtinuit in preſenti gratiã. Secũdo in vocatione per quã vanitatib⁹ ſeculi abrenũciauit. Tertio in iuſtificatiõe per quã vitã ſolitariã vtiqꝫ perfectiſſimã ſanctiſſime duxit. Quarto in gloꝛificatõe per quã centeſimo quinto vite ſue ãno fratres deoſculãs in pace quieuit: locum vtiqꝫ honoꝛabilẽ in regno celoꝝ adept⁹ eſt: vbi regnat cũ xp̃o per infinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

## In feſto ſancte Agnetis virginis ⁊ martyris Sermo. xij.

Exiuit obuiam ſponſo. Math. xxv. ⁊ in euãgelio ꝑſentis ſolẽnitatis. Beat⁹ Bernardus loquens de caſtitate dicit ſic. Cui⁹ dignioꝛ ſpecies ẽ ꝟginitas. Hec ſola in hoc moꝛtalitatis loco ⁊ tempoꝛe quendã ſtatũ immoꝛtalis gloꝛie repreſentat. Hec inſtar odoꝛiferi balſami in quo condita cadauera incoꝛrupta ſeruantur: ſenſus ⁊ artus cõtinet ⁊ conſtringit. hec ille. Super quo ꝟbo moueo talẽ q̃ſtionẽ. Utrũ btã agnes tanto in gl'ia ſit excellẽtioꝛ: quãto ieſu xp̃o per ꝟginitatem fuit cõfoꝛmioꝛ. Ad hanc queſtionẽ reſpondent duo doctoꝛes noui teſtamenti.

Prim⁹ eſt beatus Johãnes euangeliſta. Apoc. xix. dicẽs ſic. Et audiui vocẽ quaſi tube magne: ſicut vocẽ aquarũ multarũ. ſicut vocẽ tonitruoꝝ magnoꝝ dicẽtiũ Alleluya. qm̃ regnauit dñs deus noſter om̃ipotens. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ demus gloꝛiã ei: quia venerunt nuptie agni ⁊ vxoꝛ ei⁹ preparauit ſe ⁊ datũ eſt illi vt cooperiat ſe biſſino ſplendenti ⁊ candido. hec ille. Secundus eſt ſanctus Thomas. ſcda ſcde. q. clij. arti. v. dicens ſic. Tanto aliqua virt⁹ eſt maioꝛ: quãto per eam magis aliquis xp̃o confoꝛmatur. ſed maxime aliquis xp̃o confoꝛmatur per ꝟginitatem. Dicitur enĩ Apoc. xiiij. Oꝛ ꝟgines ſequuntur agnum quocũqꝫ ierit: ⁊ ꝙ cantant canticũ nouum qḋ nemo alius poterat dicere. quia ꝟgines ſequuntur agnum eo ꝙ imitantur xp̃m nõ ſolum in integritate mentis ſed etiam in integritate carnis. vt Aug. dicit in lib. de ꝟginitate. Et iõ in pluribus ſequuntur agnũ. Canticũ autẽ nouũ qḋ ſole ꝟgines cantant. eſt gaudium qḋ habent de integritate carnis ſeruata. Unde Greg. in paſtoꝛali dicit. Singulariter canticũ agno cantare eſt cũ eo in perpetuũ de carnis incoꝛruptõne gaudere. hec Tho.

Sciendum ꝙ nomen ꝟginitatis ſumitur quadrupliciter. Primo pro incoꝛruptione fidei. Unde ſuper illud. ij. Coꝛ. xi. Deſpondi vos vni viro ꝟginẽ caſtã exhibere xp̃o Dicit gloſa Aug. Uirginitas coꝛdis fides eſt incoꝛrupta. Secũdo pro integritate carnis. Vñ glo. Aug. ſuper predictũ ꝟbum dicit ſic. Uirginitas carnis coꝛp⁹ eſt intactũ Idem cõtra Julianum dicit. Pudicicia eſt res mentis: ꝟginitas ꝟo coꝛpoꝛis. Tertio pro integritate carnis cum pudicicia mẽtis cũ propoſito ſeruandi eã. Vñ Aug. lib. de nuptijs ⁊ ꝯcupiſcẽtia dic. Oꝛ ꝟginitas ẽ in carne coꝛruptibili incoꝛruptõnis perpetua meditatio. Per meditatõnẽ aũt intelligit ꝓpoſitũ rõnis. Quarto ꝓ pudicia mẽtis cũ integritate carnis. nõ ſolũ in ꝓpoſito ſeruandi eã: ſꝫ etiã in re. Vñ Aug. lib. de ꝟginitate dicit. Oꝛ ꝟginitas eſt cõtinẽtia qua integritas carnis ipi creatoꝛi aĩe ⁊ carnis vouetur ꝯſecratur ⁊ ꝯſeruatur. Uirginitas aũt ſic ſumpta ẽ excellẽtiſſima in gñe caſtitatꝫ. Et habẽtib⁹ talẽ ꝟginitatẽ ꝯuenit deferre ãnulũ aureũ in eccl'ia militãti: in ſignũ ꝙ ſunt ſponſe chꝛiſti. in triumphanti vero eccleſia merito

huiꝰ virginitatis reddet̃ aureola. Quia ve ro beata agnes hanc virginitatē perpetuo ſeruauit: merito facta eſt ſponſa xp̄i. cū quo cōicauit etiā in noīe: q2 ille agnꝰ ⁊ illa agna per cognitionē fidei ⁊ ꝑ apertā viſionē illi obuiando per abdicationē oīum rerū tpa= liū ⁊ delectationū carnaliū a quibus exiuit Ideo dicitur ꝙ exiuit obuiam ſponſo.

¶ Exiuit obuiam ſponſo
Per virginalem integritatem.
Per ornamenti ſingularitatem.
Per gemmarum precioſitatem.
Per fame honeſtatem.
Per fidei ſinceritatem.
Per miraculorum ſublimitatem.
Per vnionis inſeparabilitatem.

¶ Primo beata agnes exi uit de mūdo ⁊ ꝓceſſit obuiā xp̄o ſponſo ſuo ꝑ virginitatis integritatē. Vn̄ Beda ſuper Lucā dicit. Sicut xp̄us in ſumma pace na tus eſt vt ſe pacē diligere oſtēderet: ita de virgine natꝰ eſt vt ſe virgineū decus dilige= re monſtraret. Xp̄s em̄ ⁊ virginitatē in ſe ſuauit ⁊ matrē virginē habere voluit: ⁊ pa trem putatiuū. ſ. ioſeph virginē ꝯſeruauit: ⁊ ꝑcurſorē. ſ. iohannē baptiſtā. ⁊ familiarē. ſ. iohannē euāgeliſtā virgīes cuſtodiuit. Pſ. Ambulās in via īmaculata hic mihi mini= ſtrabat. Virginitas em̄ eſt diligēda ꝓpter quattuor. Primo rōne ſtatꝰ ſupnalis. Naꝫ vita virginū celeſti vite aſſimilat̃. Math. xxv. Simile eſt regnū celoꝝ decē virginibꝰ Virgines em̄ figurant̃ ꝑ pelles hyacincti= nas q̄ in tabernaculo ſupiores fuerūt vt di citur Exo. xxvi. Sup quo Beda in glo. dic ſic. Hyacinctꝰ celeſtis eſt coloris. Per pel les hyacinctinas exprimit̃ virtꝰ illoruꝫ qui mortificatis illecebris carnis celeſtē in ter ris vitā gerūt ⁊ inter hoīes poſiti angelicā puritatē imitant̃. q2 neqꝫ nubūt neqꝫ nubū tur. Merito ergo pelles hyacinctine ſupre mū locuꝫ tenēt: q2 color celeſtis celo ꝓximꝰ eſt. Scd̄o rōne actꝰ diuinalis. Nā ꝟgitas facit hoīes ſimiles angelis. Vn̄ Amb. ſup illud. i. Cor. vij. Bonuꝫ eſt hoī ſic eſſe: dicit ſic. Supergreditur virginitas conditionē humane nature per quā homines angelis aſſimilantur. Tamen maior eſt victoria vir ginū ꝙ̄ angeloꝝ. quia angeli ſine carne vi uunt: virgīes vero in carne triūphant. Hie ro. In carne preter carnē viuere non terre= na vita eſt: ſed celeſtis. Tertio rōne habitꝰ ſpiritalis. Nā deꝰ ſpiritaliter habitat in vir= ginibus. Vn̄ apl's. i. Cor. vi. Neſcitis quo niā membra vr̄a tēpla ſunt dei: ⁊ ſpūſſctūs habitat in vobis. Cū em̄ deꝰ ſit ſanctꝰ. i. mū= dus: diligit cordis ⁊ carnis mūdiciā. Q̄rto rōne celibatꝰ triūphalis. Nā virginitas te= net figurā eccl'ie triūphantis. vn̄ nō ꝯſecra tur niſi virgo: ſꝫ ep̄s ꝯſecretur q̄ nō eſt vir= go. Sctītas em̄ virgīs ſanctitatē ſignificat eccl'ie triūphantis: ⁊ ſctītas ep̄i ſanctitatē ſignificat eccl'ie militantis. Unde Aug. ſu= per ep̄la ad Tytū. vt habet̃ diſt. xxvi. c. acu tius. dicit ſic. Femina ſi cathecumina viti ata eſt: non pōt poſt baptiſma intra dei virgi nes conſecrari. Beata agnes integritatem virginitatis diligentiſſime ſeruauit: ꝑ quaꝫ meruit eſſe ſponſa ieſu xp̄i. vn̄ ipa dicebat. Amo xp̄m in cuiꝰ thalamū introiui. cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam corpus eiꝰ corpori meo ſociatū eſt. Sꝫ magnū certamen habuit cōtra ꝑfecti filiū qui volebat ſibi ſurripere virginitatē indu= cendo ipam ad ſuū coniugiū. Fuerunt em̄ in ipa quinqꝫ impedimenta caſtitatis que aſſumpſit velut inſtrumenta virtutis. Pri mo etas iuuenilis. Vn̄ Eccl'i. xi. dr̄. Adole ſcentia ⁊ voluptas vana ſunt. Sꝫ etatē iu uenilē mentis canicie tēperauit. vnde dr̄ de ea. Tertiodecimo etatis ſue anno mortem perdidit ⁊ vitā inuenit. Infantia computa batur in annis: ſed erat ſenectꝰ mentis īmē ſa. Corpore iuuēcula: ſꝫ aīo cana. Vn̄ Sap. iiij. dr̄. Cani ſūt ſenſus hoīs: ⁊ etas ſenectu tis vita īmaculata. Scd̄o pulchritudo cor= poralis. Prou. xxxi. Fallax gratia ⁊ vana ē pulchritudo. Sed hāc pulchritudinē corpo ris maceratione tēperauit. Vn̄ dicit̃ de ea. Pulchra facie: ſꝫ pulchrior fide. Hanc fidē demonſtrauit in ſui corporis maceratione. Unde Paulus ad Galathas. v. dicit. Qui aūt ſunt xp̄i carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs ⁊ concupiſcentijs. Tertio oblatio munera lis. Multe ſunt que nō ſeducunt̃ iuuētute nec pulchritudīe: ſeducunt̃ tn̄ oblatoꝝ mu nere. Oſee. viij. Munera dederūt amatori bus ſuis. Ipſa aūt oīno deſpexit munera q̄ filiꝰ prefecti offerebat. Vn̄ dr̄ in legēda. Ce pit offerre plurima ⁊ plura promittere. De tulitqꝫ ſecum quedam precioſiſſima orna= menta que ab ea ſunt tanqꝫ ſtercora repu= tata. Sciebat enim ꝙ huiuſmodi munera non dantur ſponſis: ſed concubinis. Gen̄. xxx. Filius autem concubinarum largitus

eſt mũera. Quarto nobilitas amabilis. Nobilitas eñ viroꝶ facilius inclinat animos puellarũ. Ille aũt erat filius prefecti vrbis rome. ⁊ ideo nobilis ⁊ ſublimis. Sed ipſa eius nobilitatẽ comparatiõe ſponſi celeſtis ieſu chriſti vilipẽdit. vnde ait. Diſcede a me fomes peccati pabulũ mortis: quia iam ab alio amatore preuẽta ſum qui longe eſt nobilior te ⁊ genere ⁊ dignitate. Quinto terror penalis. Multe eñ ſunt que reſpuunt munera ⁊ conſentiunt propter ſupplicia. Dañ. xiij. Sic faciebatis filiabꝰ iſrael: ⁊ ille timentes loquebantur vobis. Sed ipſa terrores ⁊ minas deriſit. vnde dicit᷑ in legẽda ꝙ terrentẽ ſimiliter ſicut blandientẽ aĩo deridebat. Cetere puelle toruos vultꝰ parentum ferre non poſſunt ⁊ acus puncta diſtricta ſolent quaſi vulnera flere. Hec aũt virgo cruẽtas carnificũ impauida manus expectauit. In hoc eñ certamine habuit celeſte adiutoriũ. ſ. angelũ dei. vnde ipſa dicit. Mecũ eñ habeo cuſtodẽ corporis mei angelũ dñi. ⁊ ſic ꝓceſſit obuiã ſpõſo ꝓ virginitatẽ

Secũdo beata agnes exiuit obuiã ſponſo ſuo ieſu xp̃o per ornamenti ſingularitatẽ. De qua dicitur Prouer. vl. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius. Sciendũ ꝙ ſponſa adueniente die deſponſatiõis eiꝰ debet ſe ornare multipliciter. Primo debet diluculo ꝑparari. Math. xxv. Que parate erant intrauerunt cũ eo ad nuptias. de q̃bus dicitur ꝙ acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lampadibus. Secundo debet in ſpeculo ſe mirari. Seneca de naturalibus queſtionibus li. i. in fine dicit ſic. Inuenta ſunt ſpecula vt homo ip̃e ſe noſceret. Multi enim aſſequuntur ex hoc primo noticiã ſui. deinde quoddã conſiliũ bene viuendi. Formoſus vitat infamiã. deformis ſcit remedium eſſe virtutibꝰ quicquid corpori deeſt. Iuuenis flore etatis ammonetur hoc eſſe tp̃us diſcendi: ⁊ fortia audendi. Senex vt indecora carnis deponat: ⁊ de morte aliquid cogitet: ⁊ ſic ſe reformet. Tertio debet oculus pudice regulari. Seneca in ep̃la. Nutriendus eſt pudor q̃ q̃zdiu in aĩo durauerit: erit bone ſpei locus. Impudicꝰ oculus impudici cordis eſt nũcius. Quarto debet os ⁊ lingua decorari. ſ. per honeſtã locutionez. Seneca in ꝓuer. Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor per verba excutitur. Verborũ enim turpium licentia impudentiam nutrit. Ap̃ls. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quinto debent capilli circũligari. ſ. expellendo cogitatiões vanas. Seneca de quattuor virtutibus. Cogitationes vagas ⁊ inutiles. i. ſomno ſimiles non recipias. pro quibus ſi animũ tuũ ablectaueris: cũ omĩa diſpoſueris triſtis remanebis. Sexto debent brachia ad veſtem eleuari. Ad hoc eñ vt induamus nos veſte virtutis debemus brachia ſurſum tendere ad regratiandũ deo. Caſſiodorꝰ li. ep̃larũ. Inuitat ad maiora qui gratanter accipit minora. ⁊ ip̃e de futuris recipit qui tranſacta beneficia recognoſcit. aliter beneficio priuatur. Septimo debet variata veſte indui. ſ. aurea charitatis. pſ. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis. ⁊ candida puritatis. Apoc. iij. Ambulabunt mecum in albis. ⁊ rubea penalitatis. Eſa. lxiij. Rubrũ eſt indumentũ tuũ. Octauo debet zona caſtitatis cingi. Apoc. i. Precinctum zona aurea ad ma. Nono debet preparationem mẽtis calciari. pſ. Audiã quid loquatur in me dñs deus. Decimo dꝫ torque obedientie ornari. pſ. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurẽ tuã ⁊ obliuiſcere ppl̃m tuum ⁊ domũ patris tui: et concupiſcet rex decorem tuũ. Beata agnes his ornamentis ſingulariter decorata eſt. vnde dixit. Induit me dominꝰ ciclade auro texta: circũdedit me vernantibus atq; coruſcantibꝰ gẽmis. Sanguis eiꝰ ornauit genas meas. ⁊ ſic pꝫ ſc̃dm

Tertio beata agnes exiuit obuiã ſponſo per gẽmarũ precioſitatem. Nobiles eñ ſponſe conſueuerũt veſtes gẽmis ornare. Ideo ⁊ ip̃a gẽmis virtutũ fuit ornata. ⁊ hoc quattuor modis. Pri͂o in auribus ꝑ obedientiã. Ille eñ eſt ſimpliciter auris qui coactꝰ obedit. Qui vero ſpontaneus eſt: auris margarit̃ ornata. Prouerb. xxv. Inauris aurea ⁊ margarita fulgẽs q̃ arguit ſapientẽ ⁊ aurẽ obedientẽ. Ip̃a vero ait. Tradidit in auribꝰ meis inextimabiles margaritas. Sc̃do in collo ꝑ diligẽtiã. Ille eñ eſt collũ xp̃i q̃ a xp̃o capite doctrinã ⁊ legẽ recipit: ⁊ ceteris membris influit. Qui g̃tm̃ predicãt legẽ xp̃i ſunt collũ. q̃ vero ꝑ̃dicant ⁊ ſermonẽ opibꝰ virtuoſis diligenter adimplẽt ſunt collũ lapidibꝰ p̃cioſis ornatũ. Cant. i. Collum tuũ ſicut monilia. Ipſa vero ait. Collũ meũ cinxit lapidibus precioſis. Tertio in manu dextera per re-

ctam intentionē. Qui enī facit opera virtuo
ſa corrupta intētione ſunt dextera. ſed q̄ ea
dē facit ſimplici ⁊ recta intētiōe ſunt dexte
ra gēmis ornata. Math. v. Neſciat ſiniſtra
tua q̄d faciat dextera tua. Ip̄a vero ait. de=
xterā meā cinxit lapidibꝰ precioſis. Quar=
to in corꝑe per lucidā ꝯuerſationē. Dan. x.
Corpꝰ eiꝰ quaſi criſolitꝰ. Et Math. v. Sic
luceat lux veſtra corā hominibus vt videant
opera veſtra bona ⁊ glificēt patrē veſtrū q̄
in celis eſt. Ip̄a vero ait. Diuerſis monili=
bus ornauit me. i. lucidis ⁊ v̄tuoſis exem=
plis. Et ſic patet tertium.

Quarto beata agnes exi
uit obuiā ſponſo ꝑ fame honeſtatē. Spon=
ſa enī ieſu xp̄i vt digne ꝯſeruet famā ⁊ ho=
neſtatē ſuā dꝫ habere ſex ꝯditiones. Pr̄io
dꝫ diſcrere ꝯſenſum p̄bere ſi inuitat̄. Inui=
tatur enī aīa ꝑ inſpirationē ⁊ illuſtratiōeꝫ
a ieſu xp̄o. qꝺ̄ ꝑcipit̄ ꝑ motū boni ꝓpoſiti.
ſicut a dyabolo tēptat̄ ꝑ ſuggeſtioneꝫ que
ſentit̄ ꝑ primos morꝰ. pſ. Accedite ad deū
ſcꝫ ꝯſentiēdo voluntati eiꝰ ⁊ illuminamini. ſ.
ambaſiatā recipiēdo. Scđo dꝫ ſe defende=
re ſi infamat̄. Aliqn̄ enī aīa infamat̄ ſoluꝫ
ꝓpter venialē culpā. Aliqn̄ vero bonū qꝺ̄
facit iudicabit̄ fore malū. Iđ attēdat qꝺ̄ di
cit Aug. lib. de doctrina xp̄iana. Duo ſunt
tibi neceſſaria. ſ. ꝯſciētia ⁊ fama. Cōſciētia
ꝓpter te: fama ꝓpter primū. Qui aūt con=
ſcientie ſue cōfidēs famā negligit: crudelis
eſt. Sꝫ dicit aīa. Quō poſſum infamiā me=
am defendere cū ſepe de falſo ſim calūnia
ta? Rn̄deo. ꝓduc teſtes in oppoſitū. Apoc.
xiiij. Opa illorū ſequunt̄ illos. Ne deſperes
nō murmures nō ꝓclames. Fac opus bo=
nū patiētie cū ieſu xp̄o q̄ patit̄ calūniā per
accuſantes ⁊ falſos teſtes. Opa enī tua te
ſtificabuntur corā ip̄o de bonitate vel mali
cia tua: ⁊ maxime opa patiētie. ⁊ ſic iuſtifi
caberis ab ip̄o. Sicut magdalena ī domo
ſymonis leproſi. Sicut ſuſanna in iudicio
per danielē. Tertio dꝫ ꝓcedere ⁊ nō ſe ab=
ſcondere ſi viſitat̄. Signa enī quibꝰ aīa po
teſt cognoſcere ꝙ a ſponſo ſuo ieſu xp̄o vi
ſitatur: ponit Hugo de ſctō victore ꝓut al
legat̄ in ſpeculo hyſtoriali. li. xxviij. c. cxxiij.
dicēs. Dulcedo ī memoria ſuauis affectio
alienatio a ſenſibꝰ: abſtractio a prauis co=
gitationibꝰ ꝯſciē exhilaratio. obliuio p̄teri=
torꝝ malorꝝ intellectꝰ illumiātio. deſiderij io=
cundatio: ⁊ in hijs q̄dā ꝗetatio. Multe aīe

ſunt que a talibꝰ viſitationibꝰ ſe abſcōdunt
ſicut talpa in terra: vt cupide. vel ſic̄ noctua
in culmine domꝰ: vt ambitioſe. vel ſicut ver
mis in putredine: vt lubrice ſeu luxurioſe.
Quarto debet vicem rependere ſi aliquod
donum ei largiatur. Deus enim nunꝙ̄ ani
mam viſitat quin aliquid ei largiatur. ſ. pre
ſentiā bonitatē vel miſericordiā. vn̄ Bern̄.
dicit ſuꝑ illo verbo. Quid retribuā dn̄o ⁊c̄.
Qn̄ ignorabā me inſtruxit. Qn̄ errabā me
reduxit. Qn̄ peccabā me correxit. Qn̄ ſteti
me tenuit. Qn̄ cecidi me erexit. Qn̄ iui me
duxit. Qn̄ veni ad ip̄m me ſuſcepit. nec pro
his oībus quid illi rependā habeo niſi tm̄
vt diligā. Nō enī melius nec decentius ꝙ̄ ꝑ
dilectionē rependi pōt qꝺ̄ ꝑ dilectionē da=
tū eſt. hec ille. Sempꝑ enī gr̄as agendo ⁊c̄.
Quinto dꝫ ip̄ꝫ diligere ſi amore ſubarrat̄.
Vn̄ Hugo de ſctō victore dicit vbi ſupra.
Diligite illum: diligite propter illuꝫ: diligite
dona illius propter illū: diligite illū vt frua
ris illo. Illum tibi: ⁊ te illi dilige. Dona illiꝰ
ab illo tibi propter te. hec pura ⁊ caſta dile
ctio eſt. hec ille. Sic ergo xp̄us ſponſus aīe
ſumme debet diligi. Sexto debet formoſa
apꝑere ſi pulchritudo in ea q̄rat̄. Spōſus
enī aīe eſt ſpecioſus forma p̄ filijs hoīm. iđ
ſponſam q̄rit pulchrā. nō corꝑalr̄: ſꝫ ſp̄ūalr̄
cum venuſtate coloris ⁊ integritate mem=
brorꝝ. ergo nō dꝫ eſſe nimis magna p̄ſumē
do de ꝯtēplatiōe. nec nimis ꝑua ſe vilifican
do affectu tꝑaliū: ſed debet in medio ꝯſiſte
re. vt Ezechiel quē ſp̄ūs dn̄i eleuauit inter
celū ⁊ terrā. dꝫ eſſe alba ꝑ innocentiā ⁊ pu
ritatē. rubea ꝑ dilectionē ⁊ charitatē. vt di=
cat illud Cant. vi. Pulchra ſum ⁊ decora fi=
lie hierl'm. dꝫ eſſe nigra ꝑ ſubiectionē ⁊ hu
militatē. vt dicit illud Cant. i. Nigra ſum ſꝫ
formoſa. vt ſic audiat a ſpōſo ſuo illud Cā
tic. i. Tota pulchra es amica mea ⁊c̄. Bea=
ta agnes hanc honeſtatem conſeruare cu
piens grande certamen habuit ꝯtra prefe=
ctū vrbis qui voluit polluere ſue fame hone
ſtatē trahēdo ip̄am ad ꝓſtibulū. In quo ſu
perauit ſex machinamenta opprobrioſa p̄=
fecti. Primo fecit ipſam nudam per ciuita=
teꝫ duci vt nuditate magis erubeſceret. So
lent enim virgines magis nuditatem time
re ꝙ̄ penam. Eccli. xvi. Etas nuda ⁊ confu
ſione plena. Iſtud teluꝫ ſuperauit denſitate
capillorꝝ qui eā induerunt ⁊ ꝯfuſionē ꝓpul
ſauerūt. i. Cor. x. Capilli ꝓ velamine mulie
ri dati ſunt. Scđo fecit ip̄am ī loco turpi. ſ.

in ꝑſtibulo includi vt nomē ⁊ honeſtatem
pollueret. Johel.iij. Poſuerūt puellā in ꝑ-
ſtibulo. Jſtud telū ſupauit pn̄tia angelica.
Eſa.xxxv. Jn domibꝰ in quibꝰ prius habita
bant dracones orietur viror calami. Tertio
fecit ipſam recludi in obſcuro loco: vt loci
obſcuritas virginem deterreret.ij. Coꝝ.vi.
Que ſocietas lucis ad tenebras? Jſtud te
lum ſupauit lumīs claritate q̄ tanta fuit vt
nullus poſſet eā cōtingere vel videre. Sap̄.
xviij. Sctīs autē tuis maxima erat lux.ſ.in
refrigeriū. Quarto fecit ip̄am relinqui ſine
veſtimēto vt frigoris aſpitas eā affligeret.
Mich.ij. Deſuper tunicā palliū ſuſtuliſtis.
Jſtud telū ſupauit induta veſte celeſti quā
ſibi angeli in carcere parauerūt. Judith.x.
Induit ſe veſtimētis iocūditatis ſue. Ve-
ſtē enī candidā ſibi de celo attulerūt. Quin
to fecit ip̄am oībꝰ exponi: vt ꝑ vno quē cōtē
pſerat oēm haberet.ij. Macha.iiij. Auſus
eſt optimos ephebos in lupanaribꝰ ponere
Jſtud telū ſupauit diuina ꝓtectiōe ⁊ v̇tute
qꝛ oēs q̄ ingrediebanť ꝯuertebāť.i. Reg̃.
x. Jnſiliet in te ſpūs dn̄i ⁊ mutaberis in vi
rū alterū. Sexto fecit ip̄aꝫ illudi a filio ſuo
vt quem noluerat habere maritū: haberet
amaſiū. Jſtud telū ſupauit ꝑ demonis iuſti
ciarij dei emulationem qui ip̄m ſuffocauit.
vn̄ ip̄a ait. Jlle cuiꝰ volūtatē volebat ꝑfice
re: poteſtatē in eū accepit ⁊ occidit. Demo-
nes ſunt iuſticiarij dei: q̄ ⁊ ſi a ſeipis hn̄t vo
luntatē malā: a deo tn̄ iuſtam accipiūt pote
ſtatē.i. Reg̃.xviij. Spūs dn̄i malus inſilijt
in ſaul. Eſt enī malꝰ ꝓpť iniquā volūtatē.

¶ **Quinto beata agnes exi**
uit obuiā ſponſo ꝑ fidei ſinceritatē que con
ſiſtit in ſex. Nā ſponſa dꝫ amore ſponſi a pa
rentibꝰ ſeparí: qꝛ hō relinquet patreꝫ ⁊ ma-
trem ⁊ adherebit vxori ſue. Jtē dꝫ a docto-
re in via regulari. ꝓterea dꝫ greſſus ꝑ mo
deſtiā moderari. Rurſus dꝫ de v̇tute in vir
tutē iter abbreuiari. Adhuc dꝫ ꝑ viaꝫ ꝯtē
platiuā corā ſponſo ſe erigere. Tandē dꝫ ꝑ
actiuā ſe inclinare ⁊ flectere. Que oīa in ſe
habuit btā agnes. Vn̄ hanc fidē volens in
ip̄a corrūpere vicariꝰ prefecti multiplex ei
intulit ſuppliciū: ſed ip̄a oīa ſupplicia ſupa
uit. Primo fecit igne copioſum ſuccendi ⁊
ip̄am in ignē ꝓijci vt eius oſſa in cinerē re-
digerenť. Jſtud certamen ſupauit per ora
tioneꝫ deuotā: qꝛ mox vt orauit ignis extin
ctus fuit. Eccli.li. Jn medio ignis non ſum
eſtuata. Scd̄o iterū fecit ignē copioſuꝫ ſuc
cendi vt cito ꝯſumereť. Jſtud certamen ſu-
perauit ꝑ refrigerantē dei grām q̄ ſibi refri-
geriū ꝓſtitit. vn̄ ip̄a ait. Ecce nūc ꝑ ſpiritū
ſanctū rore celeſti ꝑfuſa: focꝰ iuxta me mo-
ritur. Tertio pontifices ydoloꝝ ſuſcitaueřt
ſeditioneꝫ in pplo in mortē virginis. Jſtud
certamen ſupauit ꝑ miraculi euidentiam.
Nā prefectꝰ voluit eā liberare ob viſum mi
raculū ſuſcitatiōis filij. Eccli.xlviij. Poten
tia nemo vicit illā. Quarto vicarius prefe-
cti fecit ip̄aꝫ in gutture gladio feriri. Jſtud
certamen ſupauit ꝑ celeſtē palmā quā acq̄
ſiuit. Apoc.vij. Stantes ante thronū dei
in ꝯſpectu agni amicti ſtolis albis ⁊ palme
in manibus eorum.

¶ **Sexto beata agnes obui**
auit ſponſo ſuo ieſu xp̄o ꝑ miraculoꝝ ſubli
mitatē. Deꝰ enī in vita p̄ſenti multiplici glo
ria ip̄am ſublimauit: qꝛ multꝭ miraculis cla
ruit. Primo in creaturis celeſtibꝰ. Nā de ce-
lo choruſcatio ⁊ fulgur deſcendit: terre mo-
tus magnꝰ ꝑſtrepuit: ⁊ p̄fecti filiū de infer-
no liberauit. Scd̄o in creaturis elementali
bus: qꝛ ignis extinctꝰ eſt. aqua ⁊ tempeſtas
ſup paganos exorta eſt. Aer dū eſſꝫ in car
cere illuſtratꝰ eſt. terra mota eſt. Tertio in
creaturis irratiōalibꝰ que hn̄t tm̄ eſſe. ſicut
in ymagine q̄ annulū recepit ⁊ tēptationē
fugauit. Que hn̄t viuere ſicut in capellis q̄
inſtar plantarū viuūt cū creſcant. Que ha-
bent ſentire. ſicut in agno niue candidiore
qui iuxta eā ſtare viſus eſt. vt pꝫ diligenter
inſpicienti legendam eius. Quarto in crea-
turis intellectualibus ſicut in angelo qui ſi
bi veſtē de celo attulit in carcere ſeu in ꝓſti
bulo. Sicut in conſtantia quam mēte ⁊ cor
pore ſanauit.

¶ **Septimo beata agnes ex**
iuit obuiā ſpōſo ꝑ vnionis inſepabilitateꝫ
Nā ſpōſo ſuo ieſu xp̄o inſepabilr̄ vniť duꝫ
honorifice ab angelis ꝯſociať dū delicate ci
bať ⁊ ſatiať. pſ. Satiabor cū appuerit gl'a
tua. dū cū ſponſo quiete cubať: qꝛ dilectus
meus mihi ⁊ ego illi. Canticoꝝ.ij. Duꝫ car
ta dotis ſuſcipitur ⁊ ditatur. quia coronať
aureola virginitatis ⁊ martyrij. Super co-
ronam facies alteram coronam aureolam.
Exo.xxv. Et ſic in aula clare viſionis ꝑpe
tuo manſura cū ſponſo inducit: vbi delecta
tio meriti in delectationē p̄mij ꝯuertiť. vn-

de ipſa ait. Ipſi ſum iũcta in celis que in terris poſita tota mẽtẽ deuotiõe dilexi ĩeternũ.

¶ In feſto ſcti vincẽtij martyris. Ser. xiij.

Firmabitur in illo ⁊ nõ flectetur. Scribunt hec verba Eccli. xv. ⁊ in ep̃la. Beatus Greg. li. vij. moral. dicit ſic. Juſtoꝝ fortitudo eſt carnẽ vincere ꝓprijs volũtatibꝰ contraire: delectationẽ vite p̃ſentis extinguere: huiꝰ mundi aſpera ꝓ eternis premijs amare. Hec ille. Sup quo verbo moueo talem queſtionẽ. Utrũ beatꝰ vincentiꝰ magis coronetur laurea fortitudinis reprimẽdo immobiliter timorẽ p̃iculoꝝ ꝙ̃ datianꝰ aggrediendo infatigabiliter ſupplicijs audaciã laborũ. Ad hanc queſtionẽ rñdent duo doctores noui teſtamẽti. Primus eſt beatus Aug. ſmone p̃mo huiꝰ diei dicẽs ſic. Magnũ ⁊ multũ mirãdũ ſpectaculũ noſter animus cepit: nec ĩmaniſſimã ⁊ pniciosiſſimã ſicut ſolet in theatris quarũcũꝗ nugarum. Sed plane vtiliſſimã ⁊ fructuoſiſſimã voluptatẽ oculis interioribꝰ hauſimꝰ cũ beati Uincentij paſſio legeret. Terret videre inuictã martyris aĩam ꝯtra inſidias antiqui hoſtis: ꝯtra ſeuitiã impij iudicis: ꝯtra dolores mortis carnis: acerrima ꝯflictatiõe certantẽ ⁊ in adiutorio dñi cũcta ſuꝑantem. Hec ille. Scd̃us eſt ſctũs Tho. ij ij q. cxxiij. arti. vi. in rñſi. ad ſecũdũ argumentũ dicẽs ſic. Suſtinere eſt principalior actus fortitudinis ꝙ̃ aggredi triplici ratione ⁊c̃. Primo quidem qꝛ ſuſtinere videt aliqs ab aliquo fortiori inuadente. Qui aũt aggredit inuadit ꝑ modũ fortioris. Difficilius aũt eſt pugnare cũ fortiori ꝙ̃ cũ debiliori. Scd̃o quia ille qui ſuſtinet iã ſentit p̃icula ĩminentia. ille aũt qui aggredit hꝫ ea vt futura. Difficilius aũt eſt nõ moueri a p̃ſentibꝰ ꝙ̃ a futuris ⁊c̃. Tertio qꝛ ſuſtinere importat diuturnitatẽ tp̃is: ſ aggredi põt aliqs ex ſubito motu. Difficilius eſt diu manere immobilẽ ꝙ̃ ſubito motu moueri ad aliqđ arduũ. Unde ph̃s dicit. iij. ethi. ꝙ quidã ſunt preuolantes ante pericula ⁊ in ipſis diſcedũt. fortes autẽ econtrario ſe habent. ⁊ in ſuſtinendo iuſticiã maxime aliqui fortes dicuntur. Hec Tho. Sciendũ ꝙ exteriorẽ actum virtutis quandoꝗ aliqui efficiunt non habentes virtutẽ: ſed ex aliqua alia cauſa ꝙ̃ ex virtute. Et ideo ph̃s. iij. ethi. ponit quattuor modos coꝝ qui ſimilitudinarie dicũtur fortes: quaſi exercentes actuꝫ fortitudinis preter virtutẽ. Quidaꝫ eñi ferunt in id quod eſt difficile ac ſi non eſſet difficile ꝓpter ignorantiã. qꝛ ſcꝫ non percipiunt magnitudinẽ periculi. Quidã aũt propter bonã ſpem ad pericula vincẽda. qꝛ ſcꝫ ſunt experti ſepe pericula euaſiſſe. Quidaꝫ vero ꝓpter ſcientiã ⁊ artẽ quandã. ſicut ꝯtingit in militibus qui propter peritiã armoꝝ ⁊ exercitiuꝫ non reputant grauia pericula belli eſtimantes ſe per artẽ ſuam poſſe cõtra ea defendi. Sicut Uegetius dicit in libro de re militari. Nemo facere metuit qđ ſe bñ didiciſſe ꝯfidit. Quidã ꝓpter impulſum paſſionis vel triſticie vel ire quam vult repellere. Quidã ꝓpter electionẽ alicuiꝰ tpalis cõmodi acquirẽdi. puta honoris voluptatis ſeu lucri. vel alicuiꝰ incõmodi vitãdi. puta vituperij afflictõis ſeu dãni. Hi eñi nõ dicuntur vere fortes: ſ ſimiludinarie. Uere aũt fortis eſt q̃ hꝫ firmitatẽ animi in ſuſtinendis ⁊ repellendis hijs in quibꝰ maxime eſt difficile firmitateꝫ habere. ſ. in p̃iculis grauibꝰ. Uñ Ambro. lib. i. de officijs dicit ſic. Nõ mediocris animi eſt fortitudo q̃ ſola defendit ornamenta virtutũ oĩm ⁊ iuſticiã cuſtodit. ⁊ q̃ inexpiabili p̃lio aduerſus oĩa vitia decertat inuicta ad labores ad p̃icula. Rigidior aduerſus voluptates: auariciã fugat tãꝗ labẽ quandã q̃ virtutẽ effeminat. Hec ille. Et Tullius in ſua rethorica dicit. Fortitudo eſt cõſiderata p̃iculoꝝ ꝑpeſſio ⁊ laborũ ſuſceptio. Sꝫ fortitudo animi dr̃ q̃ firmiter retinet volũtatẽ hoĩs in bono rõnis contra maxima mala vt hõ ſuſtinet pſonales ĩpugnatiões ꝓpter ſummũ bonũ quod eſt deꝰ. queãdmodũ referunt ſancti martyres quibus debet laurea fortitudĩs in celo ſm ſpecialẽ graduꝫ beatitudĩs. Scđm id Math. v. Beati q̃ pſecutionẽ patiunt ꝓpter iuſticiã: qm̃ ipoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Quẽ graduꝫ aſſecutꝰ eſt btũs vincẽtiꝰ ꝑ gl'ioſum triumphũ ſue fortitudinis ⁊ firmitatẽ ſue voluntatis in deo. ideo dicitur. Firmabit in illo.

¶ Firmabitur in illo
- Per fidelitatem.
- Per charitatem.
- Per longanimitatem.
- Per perſeuerantiam.
- Per conſtantiam.
- Per patientiam.
- Per fortitudinem.
- Per beatitudinem.

¶ Primo beatus vincen-
tius firmat̄ in xp̄o ꝑ fidelitatē que cauſam
pugne in via iuſticie inſinuat. ⁊ iſta oſten-
dit lucrū ꝓpter qꝺ eſt dimicandū. Vn̄ hāc
fidē vſqꝫ ad mortē debem⁹ teſtificari iuxta
illud .i. Pet. iiij. Nemo veſtrū patiat̄ quaſi
homicida aut fur aut aliq̄d hmōi. Si autē
vt xp̄ian⁹ nō erubeſcat: glorificet aūt deū in
iſto noīe. Sciendū ꝙ xp̄ian⁹ dr̄ ille qui eſt
xp̄i. dicit̄ aūt aliq̄s ēē xp̄i quadrupl'r. Pri-
mo q2 ꝯfitet̄ fidē xp̄i nō ſolū corde creden
do fidei veritatē: ſed etiā exteri⁹ ore ꝓteſtā-
do. Roma. x. Corde credit̄ ad iuſticiā: ore
aūt confeſſio fit ad ſalutē. Scd̄o q2 ſpiritu
xp̄i ad opa v̄tuoſa ꝓcedit. ſm̄ illd̄ Roma.
viij. Si quis ſpm̄ xp̄i nō h3: hic nō eſt eius
Nō ſolū em̄ ꝑ v̄ba d3 q̄s ꝯfiteri veritatem
fidei: ſed etiā ꝑ facta fidē xp̄i d3 oſtendere
Scd̄m illud Jaco. ij. Oſtendā tibi ex opi-
bus fidē meā. Vn̄ ⁊ de q̄buſdā dr̄ Tytū .i.
Confitent̄ ſe noſſe deū factis aūt negant.
Et iō xp̄ianus dr̄ nō ſolū qui patit̄ ꝓ fidei
ꝯfeſſione que fit ꝑ verba: ſed etiā quicūqꝫ
patit̄ ꝓ quocūqꝫ bono ope faciendo. Ter-
tio q2 ad imitationē xp̄i peccatis moritur.
ſm̄ illud Gal. v. Qui aūt ſunt xp̄i carnem
ſuā crucifixerūt cū vitijs ⁊ ꝯcupiſcētijs. Vn̄
xp̄ianus dicit̄ qui ꝓ quocūqꝫ peccato vitan
do patit̄ ꝓpter xp̄m. ſicut ꝓ integritate car
nis ſeruāda legunt̄ alique mulieres vitam
ꝯtempſiſſe. Dicit em̄ Aug. i. de ciuitate dei
Q2 quedā ſancte femine tpe perſecutionis
vt inſectatores ſue pudicicie deuitarēt ſe in
fluuiū deiecerunt: eoqꝫ modo defuncte ſunt.
earūqꝫ martyria in catholica eccl'ia vene-
ratione celeberrima frequentant. Quarto
quia pro veritate iuſticie reprehēdendo vi
tia patitur. Deus em̄ hmōi opa a nobis re
quirit ⁊ nos ꝓ eis remunerat. Unde ⁊ bea
ti iohānis baptiſte in eccl'ia martyriū cele-
bratur. qui nō pro defendenda fide: ſed pro
reprehenſione adulterij mortē ſuſtinuit. vt
p3 Marci. vi. Beatus vincenti⁹ his quat-
tuor modis fuit vere xp̄ianus. Primo per
apertam fidei confeſſionem. Unde dicitur
de eo ꝙ dixit datiano de mandato Valerij
epiſcopi. Nepharium apud chriſtianā pru-
dentiam eſſe cognoſce diuinitatis cultū ab
negando blaſphemare. Secundo per deuo
tam orationē. Unde dicitur de eo. Surſum
erectis luminibus dominum precabatur.
Tertio per corporis mortificationem, quia
timore diuino carnē ſuā confixit. pſ. Confi
ge timore tuo carnes meas. Quarto ꝑ du
rā increpationē. pſ. Sagitte potentis acu
te cū carbonibus deſolatorijs. Iſta enī ſa-
gitta fuit potens: quia iram tyranni non ti
muit. Fuit acuta: quia eius cor medullitus
penetrauit. Fuit accenſa: quia zelo dei hoc
fecit. ⁊ ſic firmat⁹ eſt in xp̄o ꝑ fidelitatē ⁊c.

¶ Secundo beatus vincen
tius firmatur in xp̄o per charitatē que mor
tis periculū imperat in via militie ad preliā
dū. Unde Maximus in quodā ſmone di-
cit ſic. Charitas xp̄i in martyribus ſuis vi-
cit. Et Joh. xv. Maiorē charitatē nemo h3
q̄ꝫ vt aīam ſuā ponat quis pro amicis ſuis
Etiā ſine charitate martyriū nil valet. ſm̄
illud .i. Cor. xiij. Si tradidero corpus meū
ita vt ardeā: charitatē aūt non habuero ni
hil mihi ꝓdeſt. Primū em̄ motiuū ad actū
virtutis eſt amor charitatis. Sicut ſemē vl'
radix eſt primū motiuū ad fructū. ⁊ ex hoc
aliquis actus precipue ad perfectionē vite
ꝑtinet. iuxta illud Col. iij. Charitas eſt vin
culū perfectionis. Martyriū aūt inter oēs
actus virtuoſos maxime demonſtrat perfe
ctionem charitatis. Quia tanto magis ali
quam rem quis oſtenditur amare quanto
pro ea rem magis amatā cōtemnit: ⁊ rem
magis odioſa3 eligit pati. Sed inter omīa
alia bona preſentis vite maxime amat ho
mo ip̄am vita3. ⁊ econtrario maxime odit
ipſam mortē: ⁊ precipue cū doloribus cor-
poraliū tormentorū quorū metu etiā bruta
animalia a maximis voluptatibus abſter-
rentur. vt Aug. dicit li. lxxxiij queſtionu3
Charitas aūt facit quadruplex incendiu3.
Primo facit incendiu3 amoris. Luce. vlti.
Nonne cor noſtru3 ardens erat in nobis:
Secundo facit incendiu3 ſermonis. Eccl'i.
xlviij. Surrexit helyas quaſi ignis: ⁊ v̄bū
illius quaſi facula ardebat. Tertio facit in-
cendium operationis. Job. xxxvij. Nonne
veſtimenta tua .i. opera tua calida ſunt cu3
perflata fuerint vento auſtro .i. ſpirituſctō.
Quarto facit incendiu3 immutationis: q2
licet multa aduerſa homo patiatur: non ta
men charitas in eo extinguitur. Canti. viij.
Aque multe non potuerūt extinguere cha
ritatem. Charitas fecit in beato vincentio
iſtud quadruplex incendium. ſc3 amoris in
corde. vnde dicitur de eo. Vir inclytus vin
centius ſuccenſus igne diuini amoris, fer-

tioris in ore. Unde ipſe ait ad tyrannū. ex-
urge ⁊ toto malignitatꝪ ſpiritu debacchare
feruoris in opere. Unde exclamat pruden-
tius. O miles inuictiſſime: fortiſſimoꝝ for-
tior iā te ſeua ⁊ aſpera tormenta tremūt vi-
ctorē. feruoris in continuatione. Unde di-
cit Amb. in ſmone huius diei. Torquetur
vincētius: tūditur: flagellatur: ſed inuictus
pro ſancto nomine animus non cōcutitur
plus ardēs igne celi ꝙ ferri. Ignis celi eſt
ipa charitas que in corde vincentij ſic arde
bat ꝙ ignē exteriorem frigidū faciebat. pš.
In meditatione mea exardeſcet ignis. ſcꝫ
charitatis diuine. ⁊ ſic patet ſecundum.

¶ Tertio beatus vincētius firmatur in xp̄o per longanimitatē que p̄-
parat premiū qđ debet diutius expectari: ⁊
itineris longitudinē demonſtrat ad certan
dū. Sicut eñ magnanimitas dicitur per quā
aliquis habet animū tendendi in magna.
ita etiā longanimitas dicitur per quā aliqs
habet animuꝫ tendendi in aliquid quod in
longum diſtat. ⁊ ideo ſicut magnanimitas
magis reſpicit ſpem tendenteꝫ in bonū ꝙ
audaciā vel timorē ſiue triſticiā que reſpi-
ciūt malū: ita etiaꝫ longanimitas que ſuſti-
net aliqua mala propter aliquod bonū. nō
qđ ex propinquo expectetur: ſed qđ in lon-
gū differtur. propter qđ aſſequēduꝫ multa
mala in preſenti oportet ſuſtinere. ⁊ ſic dila
tio boni ſperati pertinet ad longanimitatē.
Sciendū ꝙ longanimitas ſeu fiducia ma-
la eſt quadruplex. Prima eſt ypocritarū q̄
eſt ī vanitate ⁊ ſimulatiōe. Job. viij. Spes
ypocrite pibit. nō eñ placebit in corde ſuo
ſicut tela aranearū fiducia eiꝰ. Scđa eſt ſu
perboꝝ q̄ eſt in poteſtate ⁊ exaltatiōe. Eſa.
xxx. Sperantes auxiliū in equis ⁊ hn̄tes fi
duciā in vmbra egypti. Tertia eſt luxurio-
ſoꝝ q̄ eſt in voluptate ⁊ carnali delectatōe.
Job. xl. Habꝫ fiduciā vt influat in os eius
Quarta eſt cupidoꝝ in diuitiarū poſſeſſiōe
pš. Ne timueris cū diues factꝰ fuerit hō ⁊c̄
Fiducia aūt ⁊ longanimitas bona eſt iu-
ſtoꝝ ⁊ pfectoꝝ que eſt in dn̄o ꝑ gr̄e apppoſi
tioneꝫ. Prou. iij. Habe fiduciā in domino
ex toto corde tuo. Hāc longanimitatem ſe
habuiſſe oſtendit beatus vincentiꝰ ex quat
tuor ſignis. Primo ex voluntate patiendi.
Unde dicebat. Hoc eſt quod ſemper opta
ui ⁊ votis omnibus exquiſiui. Et. ij. Coꝝ.
xij. Libenter gloriabor in infirmitatibꝰ me
is. Secundo ex firmitate ſufferendi. vnde
dicebat. Uidebis me plus poſſe dei virtute
dum torqueor: qꝫ poſſis ipſe qui torques.
Tertio animoſitate contemnendi. vnde ty
ranni contemnebat iram dicens. Cum mi
hi iraſci magis putas: mihi melius incipis
miſereri. Quarto perpetuitate ſuſtinendi.
Unde dicebat. Hoc ſoluꝫ valde metuo qđ
te mihi fingis velle miſereri. Nolo vt aliqd
minuas de ſupplicijs vt te victū in omnibꝰ
fatearis. Et prudentius dicit de eo. Ride-
bat hic miles dei manus cruētas increpās
ꝙ fixa non profundius intraret artus vn-
gula. Et ſic patet tertium.

¶ Quarto beatus vincentius firmatur in xp̄o per perſeuerantiā ſm
quā iuſtus iter continuat. que portū oſten
dit. Unde Bern̄ in eplis. Tolle perſeuerā
tiā: nec obſequiū mercedē habet: nec bene-
ficiū gratiā: nec laudē fortitudo. Laus eñ
perſeuerantie in hoc conſiſtit ꝙ aliquis nō
recedit a bono propter diuturnā tolerantiā
difficiliū ⁊ laborioſoꝝ. quoniā ſm perſeue-
rantiā aliquis perſeuerat in his in quibus
difficillimū eſt diu ſuſtinere. Non eſt auteꝫ
difficile ſuſtinere bona: ſed mala. Sed ma-
la que ſunt pericula mortis vt plurimū nō
diu ſuſtinentur: qꝛ vt frequentius cito trāſ-
eunt. Unde reſpectu illoꝝ non eſt precipua
laus perſeuerantie. Inter alia aūt mala p̄-
cipua ſunt illa que opponuntur delectationi
bus tactus. quia huiuſmodi mala attendū
tur circa vitā. ideo ſuſtinere difficultateꝫ q̄
prouenit ex diuturnitate boni opis dat lau
dem perſeuerantie. Sciendū ꝙ perſeuerā-
tia conſiſtit in quattuor. Primo in carnis
mortificatione. Judith. iiij. Scitote qm̄ ex-
audiuit dn̄s preces vr̄as ſi permanentes ꝑ
manſeritis in ieiunijs ⁊ orationibus. Secū
do in preceptorum obſeruatione. i. Paral.
xxviij. Firmabo regnum eius ineternum ſi
perſeuerauerit precepta mea facere. Ter-
tio in flagellorum perpeſſione. Mathei. x.
Eritis odio omnibus hominibus propter
me. qui autem perſeuerauerit vſqꝫ in fineꝫ
hic ſaluus erit. Quarto in fidei predicatio-
ne. Hebreorum. xij. In diſciplina perſeuera
te. Beatus Uincentius firmiter in his per
ſeuerauit propter quattuor. Primo ab in-
fantia ſui deo tam mente ꝙ corpore con-
ſecratione. Nam in plenitudine fidei
et ſancte honeſtatis: et vere deuotionis

⁊ veritatis ſcripture nutrit⁹ in oī ſctitate ſe exercuit. Scḋo a pueritia ſui gratioſa inter hoīes conuerſatiōe. Nā ante deū ⁊ ante homines ſctōs ꝓpter ſctōꝝ moꝝ elegantiam grām inuenit ⁊ habuit. Tertio in dyaconatus officio acceptiſſima xp̄o ⁊ eccl̄ie adminiſtratione. Exiſtens quippe ſub ep̄o valerio dyacon⁹ re ⁊ noīe ſuū officiū digne adimpleuit. Quarto ꝓ fide xp̄i ⁊ doctrīa euāgelij ardentiſſima concertatione. Nā cōtra datianū tyrannū diſceptās ip̄m doctrina rōne ⁊ exēplo mirabilit̄ ꝯfutauit. vt pꝫ ⁊c̄.

¶ Quinto beatus vincentius firmat̄ in xp̄o ꝑ cōſtantiā q̄ difficultatē virtute ſupat in labore multū adiuuans Cōſtātia eñ facit firmiter ꝑſiſtere in bono ꝯtra difficultatē que ꝓuenit ex q̇buſcūqꝫ exteriorib⁹ impedimētis. pſ̄. Non dabis ineternū fluctuationē iuſto. Sciendū ꝙ cōſtantia eſt neceſſaria ad quattuor. Primo ad deſpiciendū ꝓſpera. Judith. ix. Da mihi in aīo ꝯſtātiā vt ꝯtemnā illū. Et. i. Mach. ij. Mathatias ⁊ filij ei⁹ cōſtanter ſteterunt aduerſus nuncios regis anthiochie. Scḋo ad ſuſtinēdū aduerſa. ij. Machab. vij. Et linguā poſtulans cito ꝓtulit ⁊ man⁹ ꝯſtanter extendit. his verbis ꝯſtantes ſunt effecti ꝓ patrijs legib⁹ mori. Tertio ad teſtificādū vera. Act. iiij. Vidētes aūt ꝯſtantiā petri ⁊ iohānis cōꝑto ꝙ hoīes eſſent ſine litteris ⁊ ydiote. Eiuſdē. xxiij. Sequente nocte aſſiſtens ei dn̄s ait. Conſtās eſto ſicut teſtificat⁹ es de me in hirlm. Sic oportet te teſtificari rome. Quarto ad aggrediendū terribilia. Judith. vlti. Horruerūt perſe conſtātiā ei⁹ ⁊ medi audaciā ei⁹. Et. i. Mach. ix. Cōuenerūt in iudā oēs cōſtantes corde ⁊ ꝯtrita eſt dextera pars ab eis. Et Sap̄. v. Stabūt iuſti in magna ꝯſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt. Beat⁹ vincenti⁹ habuit maximā mentis ꝯſtantiā. vnde dicitur de eo. Inter hec manet immot⁹ ille dei ſeruulus. quā conſtantiaꝫ demonſtrauit in quadruplici certamine. Primuꝫ certamen fuit in eculeo. in quo fecit eū datianus toto corpore diſtendi. diſtentū diuerſis vulneribus cruciari. cruciatū ferreis pectinibus laniari. ⁊ carnifices ad ſeuiendū crudeli⁹ verberibus fecit vrgeri. Secundū certamē habuit in craticule incendio: vbi totū corpus vncinis ferreis aperitur. ardentes lamine infliguntur. ſale ignis aſpergitur. telis viſcera extra iaciuntur. Tertiū certamen habuit in carceris ergaſtulo. Nā tyrann⁹ fecit ip̄m in obſcuro carcē includi: ibi teſtas acutiſſimas congeri. in ligno pedes affigi. ⁊ ſine oī humano ſolatio derelinqui. Quartū certamen habuit in molli lectulo. Poſtq̄ꝫ eñ tyrannus vidit ſe eū per aſperitates tormentorū vincere non poſſe: in lecto molliſſimo eū reclinare fecit putans per delitias ipſuꝫ allicere poſſe. Vicit autē iſta certamina maxima mentis cōſtantia. Unde Aug. in ſermone huius diei dicit ſic. Tanta in vincentio penarū aſperitas ſeuiebat in membris ⁊ tāta ſecuritas reſonabat in verbis vt putaremus aliū loqui ⁊ aliū torqueri. Et vere ſic erat. Caro enim patiebatur ⁊ ſpiritus loquebatur. Habuit eñ plurima auxilia quibus conſtans fiebat. Primo lucē ineffabilem que carcerē obſcurū illuſtrauit. Secundo florū redolentiā ameniſſimā que carcerem mirabili odore confortauit. Tertio affectionē liberā que compedes grandi virtute reſoluit. Quarto ſocietatē angelicā quā chriſtus miſericorditer ſibi deſtinauit.

¶ Sexto beatus vincētius firmatur in xp̄o per patientiā que in cōtriſtabilibus bonū virtutis defenſat quaſi cūcta conſeruans. Unde Aug. in ſermone de ſancto Cypriano dicit ſic. Facile eſt martyrem celebrando venerari: ſed magnū eſt fidem ⁊ patientiā eius imitari. Nā patiētia eſt ꝑncipalius circa triſtitias eo ꝙ patiēs aliquis dicitur non ex hoc ꝙ non fugit: ſed ex hoc ꝙ laudabiliter ſe habet in patiendo que preſentialiter nocent. vt ſcꝫ non inordinate ex eis triſtetur. Sciendū ꝙ aduerſitates tolerande ſunt patienter propter quattuor. Primo propter ꝑnarū paruitatē. i. Petri. i. Modicū nūc oportet contriſtari in varijs temptationibus vt probatio fidei vre multo ſit precioſior auro quod per ignē ꝓbatur. Secundo propter rerū paucitatem. pſ̄. Patientia pauperū non peribit in finē. Tertio ꝓpter dolorū breuitatē. pſ̄. Scḋm multitudinē dolorū meoꝝ in corde meo cōſolationes tue letificauerunt aīam meam. Quarto propter retributionis perpetuitatem. Roma. viij. Nō ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futurā gloriaꝫ ⁊c̄. Beatus vincentius habuit maximam patientiam in ſupplicijs. Unde Aug. in ſermone huius diei dicit ſic. Habebat vincentius

in ſermone fiduciam: in paſſione toleranti-am. Nam eius ſupplicia fuerunt grauiſſima numeroſitate: acerbitate: diuturnitate: im-placabilitate: que oīa vicit ſumma patiētia. Vn̄ Aug. in ſermone hui⁹ diei dicit ſic. Fi-des pugnat: ⁊ quādo fides pugnat null⁹ ex-pugnat. q2 ⁊ ſi laniat̄ ⁊ ſi lacerat̄ nō perit q̄ xp̄i ſanguine ē redempt⁹. Potēs homo nō pōt perdere qd̄ emit auro ſuo: ⁊ xp̄s perdet qd̄ emit ſanguine ſuo? Sed hoc totū nō ad hoīs ſed ad dei gloriā referat̄. Ab ipſo vere eſt patiētia vera: patientia ſancta: patientia religioſa: patientia xp̄iana que donū dei eſt hec ille: ⁊ ſic patet ſextum.

Septimo beatus vincen-tius firmat̄ in xp̄o per fortitudinē que mor-tem victorioſe expugnat in periculis vexillū tenēs. Vn̄ Cyprian⁹ in ſmone de martyri-bus dicit ſic. O beati martyres quib⁹ vos laudib⁹ predicē. O milites fortiſſimi robur corporis veſtri quo preconio vocis explicē. Sciendū q̄ fortitudo gratuita que eſt do-num dei: firmat animū hoīs in bono iuſti-tie dei que eſt ꝑ fidē ieſu xp̄i. vt dr̄ Rom. iij. Et talis fortitudo pōt attēdi circa quattuor. Primo inquātum defendit̄ bonū cōmune decertando in acie ꝑ iuſtū bellū. Secūdo inquantū iudex vel priuata perſona nō re-cedit a iuſto iudicio timore gladij imminen-tis vel cuiuſcunq3 periculi: etiā ſi ſit mortife-rum. Tertio inquātū aliq̄s nō refugit ami-co infirmāti obſequi ꝑpt̄ timorē mortifere infectionis. Quarto inquantū aliq̄s nō re-fugit itinerari ad aliqd̄ pium negociū proſe-quendū ꝑpt̄ timorē naufragij vel latronū. Beat⁹ vincēti⁹ fortiſſime oīa pericula mor-tis vicit. Unde Aug. dicit ſic. Beatus vin-centi⁹ vicit in v̄bis: vicit in penis: vicit in cō-feſſione: vicit in tribulatiōe: vicit exuſtus: vi-cit ſubmerſus: vicit viuus: vicit mortu⁹. hec ille. Sic eni͂ reſpondit Daciano. vt dic̄ Pru-dentius. Tormēta: carcer: vngule: ſtridēſq3 flammis lamina: atq3 ipſa penarum vltima mors xp̄ianis ludus eſt. Et ſic p3 ſeptimū.

Octauo beatus vincenti-us firmat̄ in xp̄o per beatitudinē que coro-na glorie ip̄m in celis decorat premiū vltra meritū reddens. Vn̄ Apoc. vi. dicit̄ de eo. Data eſt ei corona ⁊ exiuit vincens vt vin-ceret. Et angeli dixerūt ei. Agnoſce o vincē-tiquia pro cui⁹ nomine decertaſti: ipſe tibi coronam preparatam ſeruat in celis: qui te victorem fecit in penis. quam nobis conce-dat. Amen.

In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli Sermo. xiiij.

Stupebant omnes qui audiebāt. Act. ix. ⁊ in epi-ſtola hodierna. Beat⁹ Aug. in lib. de vidēdo deū ad paulinā dic̄ ſic. Ꝗ̄ pa dei ſubſtantia a quibuſdam videri potuit in hac vita poſitis. ſicut a moyſe ⁊ paulo q̄ ra-ptus audiuit ineffabilia verba q̄ non lic3 ho-mini loqui. Super quo moueo talē queſtio-nem. Utrū beat⁹ paul⁹ per ſui admirabile3 conuerſionē rapt⁹ fuerit ad glorioſam dei viſionē. Ad iſtā queſtionē r̄ndent duo do-ctores noui teſtamēti. Prim⁹ eſt beatus Aug. li. xij. ſuper Geneſim ad litterā dicēs ſic. Cur non credam⁹ q̄ tanto ap̄lo doctori gentiū rapto vſq3 ad ipſam excellentiſſimā viſionē voluerit de⁹ demōſtrare vitā in qua poſt hanc vitā viuendū eſt in eternū. hec il-le. Secūdus eſt ſanct⁹ Tho ſcd̄a ſcd̄e. q. clxxv. arti iij. dic̄ ſic. Quidā dixerūt paulum in raptu nō vidiſſe ip̄am dei eſſentiam: ſed quandā refulgentiā claritat ipſius. Sed cō-tariū manifeſte ip̄a v̄ba ap̄li deſignāt. Di-cit eni͂ ſe audiſſe ineffabilia v̄ba q̄ non licet homini loqui. huiuſmodi autē vident̄ ea q̄ ptinent ad viſionē beatoꝝ que excedit ſta-tum vie. ſm illd̄ Eſa. lxiiij. Oculus nō vidit deus abſq3 te q̄ preparaſti diligētibus te: ⁊ ideo cōuenienti⁹ dicitur q̄ deū per eſſentiā vidit. hec Tho. Sciēdū q̄ mens humana diuinit⁹ rapit̄ ad contēplandā v̄itatē diui-nam quattuor modis. Primo vt contem-pletur eā per ſimilitudines quaſdā imagina-rias. ⁊ talis fuit exceſſus mētis q̄ cecidit ſu-pra petrū vt p3 Act. x. Secundo vt contē-pletur eam per intelligibiles effect⁹. Et talis fuit exceſſus dauid dicentis in pſ. Ego dixi in exceſſu meo om̄is homo mēdax. Tertio vt cōtemplet̄ eā in ſua eſſentia ꝑ lumē gl'ie qd̄ ſit velut forma imanens. ⁊ talis viſio ē in ſanctis in patria. Quarto vt cōtemple-tur eā in ſua eſſentia ꝑ lumē glorie qd̄ ſit ve-lit paſſio tranſiens. ⁊ talis fuit rapt⁹ pauli ⁊ etiā moyſi. ⁊ ſatis cōgruent̄. q2 ſicut moy-ſes fuit p̄mus doctor iudeorum ita paulus fuit primus doctor gentiū. Unde viſio pau-li in illo raptu: quantū ad aliquid fuit ſimi-lis viſioni beatorum. ſc3 quantū ad id qd̄ vi

debatur ⁊ quantũ ad aliquid diſſimilis.ſcꝫ quantũ ad modũ vidẽdi: qꝛ nõ ita perfecte vidit: ſicut ſancti q̇ ſunt in patria. Vñ Auguſt.dicit lib.xij.ſuper Geneſim ad litteraꝫ Apoſtolo arrepto a carnis ſenſibus in tertium celum: hoc defuit ad plenã perfectãqꝫ rerum cognitionẽ: que angelis ineſt ꝙ ſiue in corpore ſiue extra corpus eſſet neſciebat Hoc itaqꝫ non deerit cum receptis corporibus in reſurrectione mortuoꝝ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ.hec ille. Et quia in tali viſione acceperat noticiam ſacramẽtorum ieſu xpi. prout ipſemet dicit Gal.i. Notum vobis facio euangeliũ qđ euangelizatum eſt a me:quia non ſm hominez ſed per reuelationem ieſu xpi. Ideo ſtupebant omnes qui audiebant. vt dicit thema.

Stupebant omnes.
- Angeli qui audiebant eum angelice viuentem.
- Iuſti qui audiebant eum iuſte ſe regentem.
- Penitentes qui audiebant eum conuerſe gradientem.
- Iudei qui audiebant eum ſynagogam euertentem.
- Gentiles qui audiebant eum mundana arguentem.
- Peccatores qui audiebant eum peruerſe incedentem.

¶ **Primo ſtupent omnes** angeli qui audiunt beatum paulũ angelice viuentem. In angelis enĩ cõſideranť quattuor. Primo virginalis mundicia. Math.xxij. Angeli dei in celo neqꝫ nubẽt neqꝫ nubentur. Secundo charitas ignita.ps. Qui facit angelos ſuos ſpiritꝰ ⁊ miniſtros ſuos ignem vrentem. Tertio velox obedientia.ps. Angeli dei miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. Quarto ſollicita cuſtodia.ps. Angelis ſuis deꝰ mandauit de te:vt cuſtodiant te in omĩbꝰ vijs tuis. Stupent angeli ⁊ admirantur in paulo hodie conuerſo has quattuor ꝓprietates. Primo eius virginalem mundiciaꝫ. Fuit enĩ ꝟgo ſicut ipſemet teſtatur de ꝟginibꝰ.i.Coꝛ.vij. dicens ſic. Volo omẽs homines eſſe ſicut meipm. Chryſo.de laudibꝰ pauli dicit ſic Ioſeph pudicicie ꝟtute decoratus eſt. Et ego vereor ne iam ridiculum ſit hinc etiam paulum laudare qui ſemetipm crucifigẽs: nõ ſolum humanoꝝ corporum pulchritudines:ſed omĩa etiam que videnť rebus clara ac decora cernebat.quẽadmoduꝫ nos fauillam cinerẽqꝫ cõſpicimꝰ:qui q̄ſi mortuus ad mortuũ immobilis permanebat.hec ille. Secũdo eiꝰ charitatem ignitaꝫ. Ignem enĩ charitatis nihil in eo extinguere poterat. Sicut ipſe ait Romanos.viij. Certus ſum enĩ ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita ⁊c̃.poterit nos ſeparare a charitate xpi. ⁊ Chryſo.dicit. Ut enĩ ferrũ miſſum in ignẽ totũ ignis efficitur:ſic Paulus charitate ſuccenſus totꝰ efficiť charitas. Tertio eiꝰ velocẽ obedientiã quã hodie demonſtrauit:cum dixit. Dñe quid me vis facere. Ex magna obediẽtia totũ munduꝫ ꝑdicando circuiuit. Chryſo. Paulꝰ tanq̄ pennatꝰ totũ docendo ꝑuolauit orbẽ. Quarto eiꝰ ſollicitã cuſtodiã. Quidã enĩ angeli cuſtodiunt mundũ vniuerſum.ſicut dñatões. Quidam prouincias:vt ꝑncipatꝰ. Quidaꝫ loca ſpecialia:vt archangeli. Quidaꝫ ſingulares perſonas:vt angeli. Paulus aũt curã habuit de vniuerſo mũdo. Chryſo. Nullus angelus ita creditũ ſibi populum gubernauit:vt paulus vniuerſuꝫ orbẽ. Curã habuit de prouincijs. Chryſo. Tanta paulus ꝟtute ꝑgreſſus eſt vt vix triginta annoꝝ ſpacio:⁊ Romanos:⁊ Perſas:⁊ Parthos:⁊ Medos:⁊ Indos:⁊ Sathas:et Ethiopes:ſub iugo mitteret veritatis. Curã habuit de ſpecialibus locis: ad que particulares epl'as deſtinauit. Sicut de roma:corĩtho:galatia:epheſo ⁊c̃. Curã habuit de ſingularibꝰ perſonis. ſicut de Timotheo. Tito. Philemone ⁊c̃. Ideo angeli ſtupent in paulo angelicã eius vitam ⁊c̃.

¶ **Secundo ſtupent omnes** iuſti qui audiunt beatũ paulũ iuſte ſe gerentem. Nam iuſti habẽt quattuor in ſe q̇ vehementer admiranť in paulo hodie cõuerſo.

Primo celeſtiũ contemplationẽ. Phil.iij. Noſtra cõuerſatio in celis eſt. Conuerſatio autẽ dicit totã vitã homĩs. Sed eoꝝ q̇ ſunt in celo eſt q̄druplex diuerſitas. Quidã enĩ ſunt in celo tm̃ corde: vt pigri ⁊ deſidioſi ſcꝫ qui bona ꝓpoſita q̇ habent opere nõ implẽt. Quidã tm̃ ore vt ꝑdicatores ꝟboſi. Quidam ꝟo tm̃ ope exteriori:vt ypocrite.⁊ vani glorioſi. Quidã autẽ omĩbꝰ modis: ſicut paulus qui habuit ſancta deſideria. Phil.i. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cuꝫ xpo. Habuit ſinceriſſima ꝟba.ij.Coꝛ.ij. Ex ſinceritate ſicut ex deo corã deo in xpo loquimur. Habuit ſolli

cita opera.ij.Theſſal.ij.In labore ꝛ fatiga-
tione nocte ꝛ die laborantes ꝛc. Secūdo
bonoꝝ operū exercitationē.i.Coꝛ.xv.Abū
dantius omībꝰ laboraui. Uere abundantiꝰ
qꝛ plꝰ omībꝰ peragrauit. Rom.xv.Ab hie-
ruſalē vſq; ad illiricū ꝑ circuitū repleui euā
gelium. Uere abūdantiꝰ qꝛ plures pre oībꝰ
ad fidē cōuertit.ſcꝫ innumerabilē ppl'm gen
tiliū.Gal.ij.Qui operatꝰ eſt petro in apoſto
latū circūciſionis:cooperatꝰ eſt ꝛ mihi inter
gentes. Uere abūdantiꝰ:qꝛ plus omībꝰ ma
nibꝰ laborauit. Act.xx. Ad ea que mihi opꝰ
erant.ꝛ his qui mecum ſunt:miniſtrauerūt
manꝰ iſte omīa.Chryſo. Nec vnū quidē diē
in ocio ꝛ quiete paſſus eſt trāſire:vere abū
dantius qꝛ plures ep'las ſcripſit. Tertio ꝓ
fundam humiliationem quo ad quattuoꝛ.

Quantū ad denominationē quā humileꝫ
habuit vocans ſe paruulū. Cū enī pꝰus vo-
caretur ſaulus a ſaulo ſuperbo,poſtea voca
uit ſe paulū quaſi paruuluꝫ.i.Coꝛ.xv. Ego
ſum minimꝰ ap'loꝝ ꝛc. Quantū ad cōuer-
ſationē quā humilē habuit.i.Theſſal.ij.Fa
cti ſumꝰ paruuli in medio veſtrū:ecce quan
ta humilitas:tanq̄ ſi nutrix foueat filios ſu
os.ecce quāta auctoritas. Quoniā chariſſi-
mi facti eſtis nobis.ecce quanta amicabili-
tas. Quantū ad ſcientiā quā humilē habu
it.i.Coꝛ.ij. Non iudicaui me aliq̇d ſcire int'
vos niſi ieſum xp̄m ꝛ hūc crucifixū. Quā-
tum ad vitā quā humilē habuit nō reputās
ſe ꝑfectū:ſꝫ pctōrē.i.Thim.i. Xp̄s ieſus ve-
nit in hūc mūdū pctōres ſaluos facere:quo-
rum pˀmus ego ſum. Et.i.Coꝛ.iiij. Nihil mi
hi conſciꝰ ſum:ſꝫ nō in hoc iuſtificatus ſum.

Quarto aduerſoꝝ perpeſſionē. Chryſoſt.
Paulus fuit ſaxo durioꝛ:ferro firmioꝛ:ada-
mante foꝛtioꝛ:auro incoꝛruptibilioꝛ. Fuit q̇-
dem ſaxo durioꝛ:quia nulli aduerſitati cede
bat. Gal.ij. Quibꝰ nec ad horā ceſſimꝰ ꝛc.
Fuit ferro firmioꝛ: qꝛ nulla ip̄m tribulatio
cōmouebat:ſed tanq̄ incus percuſſionis fir
mabat.ij.Coꝛ.xij. Cum enī infirmoꝛ tunc
foꝛtioꝛ ſum ꝛ potens. Fuit adamāte foꝛtioꝛ
qꝛ nulla ip̄m aduerſitas frangebat.ij.Coꝛ.
xij. Placeo mihi in infirmitatibus meis:in
contumelijs:in neceſſitatibꝰ:in perſecutioni
bus:in anguſtijs ꝓ xp̄o. Fuit auro incoꝛru-
ptibilioꝛ:qꝛ nec igne perſecutiōis crepabat.
Eccli.xi. Igne probatur aurum ꝛ argentuꝫ.
Et ſic patet ꝛc.

Tertio ſtupent omnes pe-
nitentes q̇ audiūt paulū cōuerſe gradientē.
Hodie nāq; ieſus xp̄s magnū ſpectaculuꝫ
dedit toti mūdo ex miraculoſa conuerſione
beati pauli apoſtoli. Sicut ip̄e dicit.ij.Coꝛ.
iiij. Spectaculū facti ſumꝰ mūdo ꝛ angelis
ꝛ homībꝰ. Maioꝛ enī fuit gr̄a cōuerſionis
pauli q̄ latronis dextri.lꝫ vtraq; fuerit ſubi-
ta ꝛ miraculoſa. Qđ patꝫ per duodecim ſi-
gna que ſunt iſta. Primo ratione conuer-
ſionis. Latro enī cōuerſus eſt a xp̄o exiſtē-
te in hac vita moꝛtali:quia dum moꝛeretur
in cruce. Paulus vero conuerſus eſt a xp̄o
exiſtente iam gloꝛificato in celis. Un̄ ſanctꝰ
Tho.iij.parte.q.lvij.arti.vi.ad tertiū dicen-
dum dicit ſic. Xp̄s poſt ſuam aſcenſionem
multis ſanctis apparuit. Sicut legit' de bea
to paulo Act.ix. Quoniā eius dignitati nō
derogat:ſi ex aliqua diſpenſatiōe xp̄s quā-
doq; coꝛpoꝛalit' ad terrā deſcendat:vt oſtē-
dat ſe alicui ſpecialiter ſicut paulo. Et ne ali
quis hoc credat factū fuiſſe xp̄o ibi non coꝛ
poꝛaliter preſente:ſed aliqualiter apparen-
te. Contrariū apparet ꝑ hoc qđ ipſe ap'lus
i.Coꝛ.xij. Ad confirmandā reſurrectiōis fi
dem dicit. Nouiſſime aūt oīm tanq̄ aboꝛti
uo viſus eſt ꝛ mihi:qđ quidē veritatē reſur
rectionis nō probaret niſi ip̄m verū coꝛpus
xp̄i viſum fuiſſet ab eo,hec Tho. Secūdo
ratione acceptatōnis. Nam latro ſurſum le
uatus in cruce nō acceptauit penā ſibi debi
tam pro peccato ſuo:nec credidit xp̄m moꝛi
pro ſalute humani generis. Unde ip̄m blaſ
phemauit dicens. Si filius dei es ſalua te-
metip̄m. Paulus autem in terrā proſtratꝰ
credidit ſubito ſe puniri pro peccato ſuo.
Unde acceptauit hanc penam agens debi
tam penitentiā mentaliter pro peccato ſuo
ps̄. Quoniam grauata eſt ſuper me manus
tua:conuerſus ſum in erūna mea dum con-
figitur ſpina. Tertio ratione illuminatio-
nis. Nam ſole obſcurato viſiſq; miraculis
que fiebant in moꝛte chriſti Latro illumi-
natus eſt:cum dixit. Nos quidem digna fa
ctis recipimus:hic autem nihil malefecit.
Paulus vero luce circumfultus de celo. Iu-
xta illud Act.xi. Subito circumfulſit eū lux
de celo:perfecte illuminatus eſt. Quia ceci
derunt ab oculis eius tanq̄ ſquame. Squa
me enī ſignificāt carnalia que inquināt af-
fectum: ꝛ tempoꝛalia que obſcurant intel-
lectum. Unde.ij.Coꝛinth.iij.dicit. Deus q̇
dixit de tenebris lucem ſplendeſcere illuxit
coꝛdibꝰ veſtris. Et.i.Theſſal.i. Non ſumus

noctis necꝫ tenebrarū. Quarto rōne au-
ditionis. Nam latro audiuit xp̄m ſitientem
hominū ſalutē: cum dixit. Sitio. paulus au
diuit xp̄m iam bibentē: cum dixit. Poteſtis
bibere calicē quē ego bibiturus ſuz? Latro
audiuit vocē xp̄i deprecantis ꝓ peccatoruꝫ
conuerſione. paulus audiuit voce xp̄i cōmi
nantis ꝓ ſui pſecutiōe: cū dixit. Durū eſt ti-
bi ꝯtra ſtimulū calcitrare. Quīto rōne co
gnitiōis. Nam latro in cruce cognouit xp̄m
oīm redemptorē ideo dixit Luc. xxiij. Me-
mento mei dn̄e dū veneris in regnū tuum.
Paulus ꝟo in luce cognouit xp̄m: nō ſoluꝫ
redēptorē ſed vniuerſaleꝫ glorificatorē quo
ad aīam ⁊ corpus in ſuo raptu. ij. Cor. xij.
Scio huiōi hoiem raptū vſqꝫ in tertiū celū
⁊ audiuit ⁊c. Sexto rōne obtentiōis. Naꝫ
latro petiuit indulgentiā peccatoꝝ ſuoꝝ dicē
Memento mei dn̄e ſcꝫ vt mihi miſerearis:
nō tm̄ ignoſcendo culpā preteritā qua iniu
ſte vixi: ſed etiā preſentē qua te blaſphema-
ui ⁊ deriſi. Obtinuit aūt veniā cū xp̄s ei di-
xit. Amē dico tibi hodie mecū eris in para-
diſo. Paulus petiuit promptā obedientiaꝫ
dicens. Dn̄e quid me vis facere. ⁊ obtinuit
quādo ſibi dictū fuit. Surge ⁊ ingredere ci
uitatē ⁊c. Septimo rōne pmiſſionis. Naꝫ
latroni pmiſit deꝰ merito ſui ſanguinis be-
atificā fruitōnē: dicēs. Amē dico tibi: hodie
mecū eris in paradiſo. Paulo auteꝫ pmiſit
ob meritū ſue paſſionis patientie imitatio-
nem: cū dixit. Ego eni oſtēdā illi quāta opor
teat eū pro nomie meo pati. Act. ix. Octa
uo rōne comitatōnis. Nam latronē xp̄s du
xit ad lymbū vbi fuit per tres dies: quibus
ip̄e xp̄s iacuit in ſepulchro. paulum autē ra
puit vſqꝫ in tertiū celū per tres dies. vt ptꝫ
ij. Cor. xij. ⁊ Act. ix. Qđ eſt ſpirituale celuꝫ
vbi angeli ⁊ ſancte aīe fruunt̄ dei cōtempla
tione: qꝛ deus oſtendit ei vitā in qua viden
dus eſt in eternuꝫ: vt dicit glo. Nono rōne
ſpeculatiōis. Nam latro fuit ſpeculū diuine
miſeratōis vt nemo deſperet de miſīcordia
dei. etiam ſi perſeuerauerit peccare vſqꝫ ad
finem vite. vt habet̄ de pe. diſt. vij. ca. nemo
Paulus autem fuit ſpeculum dilectionis ⁊
vas electionis. Act. ix. Uade anania: quo-
niam vas electionis mihi eſt iſte. Decimo
ratione correptionis. Nam latro fuit corre-
ptor vnius puta latronis conſocij. Paulus
autem importunus fidei predicator. ideo di
citur. Portet nomen meū coram gen. Un
decimo ratione paſſionis. Nam latro porta
uit crucem propriam ⁊ ſtigmata ꝓpria: qꝛ
fregerunt eius crura. Joh. xix. Paulus autē
cruceꝫ xp̄i. Gal. vi. Mihi abſit gloriari niſi
in cruce dn̄i noſtri ieſu xp̄i. ⁊ ſtigmata eius
Ego ſtigmata dn̄i nr̄i ieſu xp̄i in cruce me-
cum porto. Duodecimo ratione glorificati
onis. Nam latro meruit gloriā per martyrij
ſui confeſſionē que ſibi fuit ꝓ baptiſmo. vt
habet̄ de conſe. di. iiij. ca. baptiſmi vicē. pau
lus aūt baptizatus eſt baptiſmo ſpūſancti
ſicut ceteri apoſtoli: nō tamē in ſpecie ignis
ſed in ſpecie lucis. Iteꝫ baptiſmo lachrymo
ſe cōpunctiōis. Chryſo. Iuges lachrymarū
fontes nō diebꝰ ſolū ſed etiā noctibꝰ effun-
debat. Item baptiſmo aque. vn̄ dicit̄. Sur
gens baptizatꝰ eſt. Item baptiſmo ſangui-
nis: quia in ſuo ſanguine baptizatꝰ fuit ⁊c.

¶ Quarto ſtupent omnes iudei qui audiūt eum ſynagogā euertentē.
Nam ante cōuerſionē emulabat̄ ſynagogā
quadrupliciter. Primo ipam nimis zelan
do. Gal. i. Ampliꝰ emulator exiſtens pater
narum mearū traditionū. Secundo eccle
ſiam xp̄i nimis impugnando. Ibidem Su
pra modū perſequebar eccleſiaꝫ dei ⁊ expu
gnabam illam. Tertio nomen xp̄i nimis
odiendo. Act. ix. Hic eſt qui impugnabat
eos qui inuocabant nomē illud. De his tri-
bus ſimul. i. Thimo. i. dicit. Primꝰ fui blaſ-
phemꝰ perſecutor ⁊ cōtumelioſus. Quar
to in diſcipulos dn̄i nimis ſeuiendo. ſcꝫ per
odiuꝫ in corde. Unde dicit̄. Saulus adhuc
ſpirans per aſperitatem in ore: cum dicitur
minarū. per penarū irrogationē in perſonis
cum dicitur. ⁊ cedis in diſcipu dn̄i. per expo
liationem in rebus. Act. viij. Saulus auteꝫ
deuaſtabat eccleſiam per domos intrans.
Sed ab hac ſynagoge emulatione conuer-
ſus eſt hodie ad ipſius euerſionē. ſcilꝫ ſyna
gogam euacuando: eccleſiaꝫ fundando: xp̄i
nomen predicando: diſcipulos xp̄i ampliā-
do atqꝫ confortando. Unde dicitur Act. ix.
Paulus magis conualeſcebat ⁊ confunde-
bat iudeos q̄ habitabāt damaſci: affirmās
quoniam hic eſt chriſtus ⁊c.

¶ Quinto ſtupent omnes gentiles qui audiunt eum mundana argu-
entem. Nam in gentibus erāt quattuor. ſcꝫ
Primo magna potentia regum ⁊ impera
torum Secūdo magna ſapientia philoſo-
phorū ⁊ doctoꝝ. Tertio magna eloquētia

rhetorum ⁊ oratoꝝ. Quarto magna inſo-
lentia errorum ⁊ vicioꝝ. Contra iſta pau-
lus aſſumpſit alia quattuor. Contra mūdi
potentiā aſſumpſit v̄tutē ⁊ cāſtantiā. Act.
xxiij. Apparuit aūt illi dn̄s dicēs. Conſtās
eſto paule oportet te rome teſtificari. Con
tra vanā ſapientiā aſſumpſit v̄itatē euāge-
licam. i. Coꝝ. ij. Non em̄ me iudicaui aliqd
ſcire inť vos niſi xp̄m ieſuz: ⁊ hūc crucifixū.
Contra rhetorū eloquentiā aſſumpſit fru-
ctuoſam facundiā. Ibidē. Sermo meꝰ ⁊ p̄-
dicatio mea nō ē in perſuaſibilibꝰ humane
ſapientie v̄bis ſed in oſtenſione ſpiritus ve
ritatis. Cōtra errorū inſolentiā aſſumpſit
fidei prudentiā. Act. xvij. Dixit athenienſi-
bus. Qđ ergo ignorātes colitis hoc ego nū
tio vobis. vnde nec timor tyrannorum: nec
ſubſannatio philoſophoꝝ deridentiū xp̄ia-
nos colentes hoīem crucifixū potuerunt re
trahere paulū a predicatōne fidei xp̄i. Act.
ix. Vas electionis mihi eſt iſte vt portet no
men meū corā gētibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ filijs iſrl ⁊c̄

**Sexto peccatores ſtupēt**
audientes eum peruerſe incedentez. Ut em̄
dicit Luce. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſup
vno petōre penitentiā agente. Gaudiū em̄
de cōuerſione petōris tanto ē maius: quāto
mīſicordia indulgēs eſt maior. que cogno-
ſcitur ex magnitudie pcti. Rom̄. v. Ubi ſu-
perabundauit delictū ſupabundare ꝯſueuit
⁊ grā. ſed duo fuerūt maximi petōres. Qui
mirabilit̄ cōuerſi ſunt: quoꝝ vnꝰ altero gra-
uius peccauit. ſ. latro in cruce: ⁊ paulus in lu
ce. ſic tn̄ ꝙ pcm̄ pauli fuit grauiꝰ ꝙ̄ pcm̄ la
tronis. vt pꝫ per duodeci ſigna. Primo ob
ſectiue. Nam pcm̄ qđ eſt cōtra ſubſtantiaꝫ
homīs eſt grauius ꝙ̄ pcm̄ qđ eſt cōtra res
exteriores. ſicut furtū. Etiam grauius ē pec
catū qđ īmediate contra deū cōmittit̄. ſicut
infidelitas: blaſphemia ⁊c̄. Sed latro offen
dit hoīem furādo diuitias eius. paulus au-
ferendo vitā eiꝰ: qꝛ ille ſitiebat hoīm diuiti-
as: iſte ſitiebat ſanctoꝝ ſanguinē. Ille ſpoli
abat domos rebus. iſte viris ⁊ mulieribus
ipſos duriſſime incarcerādo. Secundo re-
pugnatiue. Nam maiori virtuti opponitur
grauiꝰ pcm̄. Sicut odiū dei qđ opponitur
charitati dei. Sed latro peccauit cōtra cha-
ritatem proximi: quia contra precepta ſecū
de tabule. paulus autē contra charitatē dei:
quia contra precepta prime tabule que or-
dinant hoīem in deum. Tertio intenſiue.
Nam quanto voluntas fuerit maior ad pec
candū: tanto homo grauius peccat. Sed de
paulo dicitur Act. ix. Ibat ergo ſaulus fu-
rijs inuectus: dirumq; toto pectore virus ef
flabat per totaꝫ iud. fer. in ſan. vt chriſti mē
bra la. in terris. Quarto terminatiue. Naꝫ
in ordine quorūlibet peccatoꝝ vnum pcm̄
eſt grauiꝰ altero ſm̄ qđ eſt circa aliqđ prin
cipalius vel minꝰ principale. Sed peccatuꝫ
latronis fuit p̄ncipaliter de alieno victū que
rere. peccatū autē pauli fuit hoīm ſalutē im
us ⁊ ſenſus loquať. hec ibi. Inter p̄res au-
tem veteris teſtamenti duodecim fuerunt
qui ad ſapientie ſtudiū peruenerūt. quo de-
coratur ſancta mater eccl̄ia: qui tñ imperfe-
cte hāc ſapientiā adepti ſunt. quā perfectiſ-
ſime ſctūs Tho. habuit qui eccl̄iam mira-
biliter illuminauit. vnde cantať. Collaude-
tur xp̄s rex glorie qui per thomā lumen ec-
cleſie mundū replet doctrina gratie. Pri-
mus fuit adā in ſtatu innocētie in generis
humani gubernatione. Nā ad gubernatio-
nem vite proprie ⁊ alioꝝ non ſolū requiriť
cognitio eorū que naturaliter ſciri poſſunt:
ſꝫ etiā cognitio eoꝝ que naturalē cognitio-
nem excedūt. eo ꝙ vita hoīs ordinatur ad
quendā finē ſupernaturalē. ſicut nobis ad
gubernationē vite noſtre neceſſariū eſt co-
gnoſcere que fidei ſunt. vñ ⁊ de hijs ſuper-
naturalib⁹ primus homo tantā cognitionē
accepit quanta erat neceſſaria ad guberna-
tionē vite humane ſꝫm ſtatū illū. Sctūs au-
tem Tho. cōfirmatus in gratia per ſpiritū
ſanctū ipm̄ ſanctificantē ad gubernatiōeꝫ
vite humane ſꝫm aīam obtulit librū de arti-
culis fidei ⁊ eccl̄ie ſacramētis ad Urbanū
papā quartū. ſꝫm vero corp⁹ librū de regimi-
ne ⁊ regno ad regē Cypri. ⁊ puuꝫ tractatū
ad duxiſſam brabantie. Secūdus fuit noe
tp̄e diluuij in generis humani liberatione.
Nā ſolus iuſt⁹ inueniť cui ꝓpť iuſticiā ſuā
ſeptē hoīes donanť. hic tanta ſapiā floruit
vt mūdū a p̄iculo ſubmerſiōis liberauerit.
Sctūs aūt Tho. vidēs mūdū p̄iclitari erro-
rib⁹ librū ꝯ errores gētiliū ⁊ ꝯ errores gre-
coꝝ obtulit. ⁊ puū tractatū ꝯ errores infi-
deliuꝫ addidit. vt ſic ſeptē eccl̄ias ſeptifor-
mi ſpū illuſtratas in vnā fidē ꝯgregaret. iō
dic̄ illō Prou. viij. Ueritatē meditabiť gut-
tur meū: ⁊ labia mea deteſtabunť impium.
Terti⁹ fuit abrahā tp̄e caldeorū in trinitat͛
repn̄tatiōe. Nā egyptij ꝯuerſi erāt ad ydo-
latriā adorātes creaturas. Cūqꝫ abraham
vnū verū deū p̄dicaret adorandū miſſus ē
in ignem. quem tamen deus ab incendio li-
berauit. Uiderat enim tres viros deſcen-
dentes per viam. tres vidit vnū adorauit.
Geñ. xviij. In quo cognouit myſteriū ſan-
cte trinitatis. Sctūs autē Tho. huic errori
volens obuiare primū librū ſnīarum obtu-
lit: ⁊ primā partē ſumme theologie. cōpen-
dium theologie ad frēm reginaldū ſocium
ſuū. ⁊ expoſitionē ſup Boetiū de trinitate.
in quibus myſteriū trinitatis ap̄it. Iō dic̄
illud Eph. iiij. Non ampli⁹ ambuletis ſic̄ ⁊
gētes ambulāt in vanitate ſenſus ſui tene-
bris obſcuratū hn̄tes intellectū. Quartus
fuit yſaac ꝑ repromiſſionē nat⁹ in redēpti-
onis hūane p̄figuratiōe. in quo ꝓmiſſio fa-
cta eſt de incarnatiōe filij dei: qꝛ de ei⁹ ſemīe
naſci debebat. in quo etiā prefigurata ē paſ-
ſio xp̄i ꝑ eius imolationē. que tñ in vmbra
cognouit. Sctūs aūt Tho. myſteriū huma-
ne redemptionis abſconditū a ſeculis lucu-
lentiſſime ap̄uit. vnde ipēmet in principio
tertie partis ſumme theologie dicit ſic. Qꝛ
ſaluator nr̄ dñs ieſus xp̄s teſte angelo po-
pulū ſuū ſaluū faciens a peccatis eoꝝ viaꝫ
veritatis nobis in ſeipo demōſtrauit. ꝑ quā
ad beatitudinē imortalis vite reſurgendo
ꝑuenire poſſumus: neceſſe eſt vt ad cōſum-
mationē totius theologici negocij poſt ꝯſi-
derationē vltimi finis humane vite de ipo
oīm ſaluatore ac bñficijs ei⁹ humano gene-
ri p̄ſtitis: nr̄a ꝯſideratio ſubſequať. hec ibi.
ideo obtulit tertiū ſnīarum ⁊ tertiā parteꝫ
ſumme theologie in quibus de myſterio re-
demptiōis humane ſubtiliſſime ptractat.
Quint⁹ fuit iacob in ſacroꝝ cognitiōe. Nā
fugiēs a facie frīs ſui eſau poſt viſionē ſca-
le edificauit altare dño fundēs oleū deſup.
in q̊ p̄figurabať myſteriū ſacroꝝ eccl̄ie. qꝛ
ſic̄ de latere ade dormiētꝭ formata ē eua: ſic
de latere xp̄i in cruce pendētis formata eſt
eccl̄ia. Scala aūt quā vidit iacob ſignificat
crucē chriſti ex qua profluxerūt ſacra eccl̄ie
que ab ipſo verbo incarnato efficaciā hn̄t.
Sctūs aūt Tho. myſteriū ſacroꝝ eccl̄ie di-
ſertiſſime ap̄uit in q̃rto libro ſnīarū de qb⁹
inſtruxit ſufficienť miſtros eccl̄ie. iō dic̄ il-
lud Eſa. viij. Ponā vniuſos filios tuos do-
ctos a dño. Sext⁹ fuit ioſeph in panis ꝓui-
ſione. nā dū vendiť in egypto ꝯſtituiť dñs
egypti: ⁊ prouidet de frumento vniuerſo or-
bi. Sicut xp̄us dū venditur a iuda inſtituit
ſacrm̄ corpis ⁊ ſanguīs ſui ad ſaluteꝫ toti⁹
generis humani. Sctūs aūt Tho. officiū de

tanto ſacraméto inſtituit atq̧ ↄfecit q̃d ce lebraꝫ ꝑ vniuerſas eccl'ias. vñ ſibi a dño ie ſu xp̃o dictũ eſt. Bñ ſcripſiſti de me thoma quã ergo mercedeꝫ ꝓ tuo labore recipies? Qui ait. Dñe nõ aliã mercedẽ recipiã niſi teipm̃. Septim⁹ fuit moyſes in legis dei ꝓ poſitione. Nã in monte ſyna loquẽs cũ deo facie ad faciẽ. Nume. xij. Accepit legem a deo in duab⁹ tabulis: quã pp̃lo electo ꝓpo ſuit. ſ; cũctas cerimonias legis nõ clare in tellexit: q2 omĩa in figurã ↄtingebãt illis vt dr̃. i. Coꝛ. x. ⁊ Heb. x. Umbrã hñs lex fu turoꝝ bonoꝝ quo ad cerimonias. Sãctus aũt Thomas ⁊ legẽ ⁊ cerimonias diligen tiſſime expoſuit ꝓ q̃b⁹ oĩb⁹ p̄umã ſcd̃e ſum me theologie obtulit. Octau⁹ fuit Dauid ĩ regiminis approbatione. Nã in pſalterio ſuo tractauit de regimĩe xp̃i ſ̃m diuinitatẽ. pſ. Ego aũt cõſtitut⁹ ſum rex ab eo. ⁊ ſ̃m hu manitatẽ. pſ. Uirgã virtutis tue ⁊c̃. Sed beatus Thomas q̃ in pſalterio pabolice ⁊ obſcure a dauid ꝓphetata erant: in ſua po ſtilla ſup pſalterio diligẽtiſſime aperuit. ex eodẽ fonte diuinitatis vterq̧ ſecreta cele ſtia potauit. ſ; hic abyſſum diuinitatis pe netrauit vltra dauid. Nonus fuit Salomõ in rerũ naturaliũ cognitiõe. Nã interiori lu mine fuit illuſtrat⁹ ad cognoſcendũ ea que nõ excedũt limites naturalis cognitionis. Sicut de eo dicitur. iij. Reg. iiij. ꝙ locutus ẽ pabolas ⁊ diſputauit ſup lignis a cedro q̃ eſt in libano vſq̧ ad yſopũ q̃ exit de parie te: ⁊ diſſeruit de iumẽtis ⁊ volucrib⁹ ⁊ repti lib⁹ ⁊ piſcib⁹: ⁊ hoc totũ fuit ex diuina inſpi ratione. Uñ p̃mittit ibi. Dedit de⁹ ſalomo ni ſapiãm ⁊ prudẽtiã multã nimis. Sctũs aũt Thomas oĩm operũ dei cognitionẽ ha buit. vñ ſecũdũ librũ ſñiarũ obtulit ⁊ que ſtiones de potẽtia dei: ⁊ q̃ones de ſpũalib⁹ creaturis. iõ dicit illud pſ. Meditat⁹ ſuꝫ in oĩb⁹ opib⁹ tuis ⁊ in factĩ manuũ tuarũ me ditabar. Decim⁹ fuit Eſayas in gẽtiũ voca tione. Nã grauit iniq̃ ⁊ ſcelera arguit pec canti pp̃lo futura mala p̄dicit. grãm noui teſtamẽti a p̄mo ſaluatoris aduẽtu vſq̧ ad vltimũ iudiciũ de eccl'ia ſmonẽ ꝑducit. Sã ctus aũt Tho. quo ad m̃ltiplicationẽ eccl'ie penes caput ⁊ mẽbra diſertiſſime eſayã ex poſuit. Cũ em̃ ad q̃ndã paſſum ꝓphie eiuſ dẽ ſibi valde dubiũ deueniſſet ex reuelatiõe ap̃lica ſctõꝝ petri ⁊ pauli fuit ſufficient in ſtruct⁹. Undecim⁹ fuit Job in diuine ꝓui dentie atteſtatiõe. Nã q̃dã epycurei aſſere bant deũ nõ curare de hijs inferiorib⁹ dicẽ tes q̃m nubes latibulũ ei⁹ circa cardines ce li pambulat nec n̄ra ↄſiderat. Uñ Job co natus eſt oñdere diuinã ꝓuidẽtiã circa res hũanas. Sctũs aũt Tho. obuolutas rõnes ⁊ ſñias in expoſitiõe ſuper Job mirabil'r de clarauit. vt de eo dicat̃ illud pſ. Declaratio ſmonũ tuoꝝ illuiat: ⁊ ĩtellectũ dat puulis. Duodecim⁹ fuit Helyas in religiõis obſer uatiõe. Nã indutus pilis cameloꝝ: auſter⁹ pnĩa: pctã arguẽs: legẽ dei zelauit: ⁊ ſp̃m du plicẽ a deo accepit. ſ. ad ꝓphetãdũ ⁊ miracu la faciẽdũ. Sctũs aũt Tho. vt fideles aĩa ret ad cultũ dei: librũ de ꝑfectiõe xp̃iane reli gionis obtulit. ⁊ librũ ↄ retrahentes a reli gione vt ſic oẽs fideles dicere poſſunt illud Tullij lib. de achademic̃. Nos inq̃t in n̄ra vr be pegrinãtes errãteſq̧ tanq̃ hoſpites tui libri q̃ſi domũ reduxerunt vt poſſem⁹ aliq̃n q̃ ⁊ vbi eſſem⁹ agnoſcere. Tu etateꝫ patrie tu deſcriptiones tẽpoꝝ: tu ſacroꝝ iura: tu ſa cerdotũ: tu domeſticã: tu publicã diſciplinã tu ſediũ: regionũ: locorũ: tu oĩum diuinarũ hũanarũq̧ rerũ noĩa: gñra: officia: cãs ape ruiſti. hec ille. vt merito dici poſſit de eo. Eſt is lux mũdi. q̃m eſt ſol circũdãs ſctãm ma trẽ eccl'iam illuminans eã. xij. radijs in. xij. patrib⁹ veteris teſtamẽti deſignat̃. Prim⁹ eſt generis hũani gubernatio in adaꝫ. Se cundus eſt hũani generis liberatio in noe. Terti⁹ eſt trinitatis repſentatio in abrahã Quart⁹ eſt redẽptiõis hũane ꝑfiguratio in yſaac. Quint⁹ ẽ ſacroꝝ p̄cognitio in Jacob Sext⁹ eſt eucharıſtie ꝓuiſio in ioſeph. Se ptim⁹ eſt legis dei ꝓpoſitio in moyſe. Octa uus eſt regimĩs approbatio in dauid. No nus eſt rerũ naturaliũ cognitio in ſalomõe Decim⁹ eſt gentiũ vocatio in eſaya. Unde cim⁹ ẽ dĩne ꝓuidẽtie atteſtatio in iob. Duo decim⁹ eſt religiõis obſuatio in helya. Sic em̃ ſol circuit. xij. ſigna celi: ſic btũs Tho. cir cuit. xij. p̄res veteris teſtĩ ad illumĩationeꝫ ſctẽ m̃ris eccl'ie. Jta vt vere dicat̃ de eo. Eſt is lux mundi ad ſapientie decorem.

¶ Secũdo beatus thomas eſt lux mundi ad vite honorem. Sciẽdum ꝙ ſancta mat̃ eccleſia eſt illa ſponſa de qua dicitur Apoc. xxij. Ueni oſtendaꝫ tibi ſpon ſam vxorem agni. ⁊ oſtendit mihi ciuitatẽ ſanctam hieruſalem deſcendentem de celo a deo habentem claritateꝫ dei. Lumen eius ſimile lapidi precioſo: ⁊ habebat murũ ma

gnū ⁊ altū habentē portas.xij.⁊ in ipis no
mina.xij.apl'oꝝ.hec ibi. Hec ciuitas eſt illa
mulier de qua dictū eſt ſupra. quā circunda
bat ſol.xij.radijs que habet. in capite coro
nam.xij.ſtellarū.quia habet perfectiones ⁊
virtutes.xij.apl'oꝝ. Has aūt perfectiones
habuit ſanctꝰ Tho. ad honorē vite ipſius
eccleſie vt ſic vita ſancti Thome ſit corona
duodecim ſtellarū in vertice eccl'ie. Beatus
petrus floruit virtute ſapientie. Cui dicitur
Math.xvi. Beatus es ſymon bariona: qꝛ
caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi: ſed pater
meus qui in celis eſt. Beatꝰ Thomas flo
ruit ſapientia non in etate prouecta: ſed in
infantia. Sicut enī beatꝰ Johannes bapti
ſta in matris vtero cognouit ſacrm̄ dn̄ice
incarnatōis in eo ꝙ exultauit ad ſalutatio
nem factā elizabeth vt dicit Lu.i. Sic bea
tus Thomas poſitus a nutrice in balneo
chartā cōtinentē ſalutationē angelicā ſibi
de celo a deo miſſam manu accepit ⁊ dilige
ter eā intuens in ea legit: quā legens genu
flexit vt dicat illud pſ. Os meū aperui ⁊ at
traxi ſpiritū: quia mandata tua deſiderabā
Beatus andreas floruit virtute innocētie.
Fuit enī virgo mente ⁊ corpore. Unde an
dreas decorus interpretatur. Beatus Tho
mas floruit virginitate quā a deo ſibi dari
impetrauit. ⁊ ecce duo angeli cingulo caſti
tatis renes eius ſtringentes dixerunt eum
a dn̄o fore clementius exauditū. Unde po
terat dicere illud.ij.Coꝝ.xij. Datus eſt mi
hi ſtimulus carnis mee angelus ſathane q̄
me colaphizet: propter quod ter dn̄m roga
ui vt auferret a me. ⁊ dixit mihi. Sufficit ti
bi gratia mea. Beatus iacobus maior flo
ruit virtute conſtantie. parauit enī ſe ad bi
bendū calicē paſſionis pro xp̄o. Math.xx.
Beatus Tho. maxime cōſtantie fuit ad ꝑ
ſeuerandū in religione fratrū predicatorū.
Lꝫ multipliciter fuiſſet a matre ⁊ fratribꝰ ſuis
carnalibus vexatus vt ab ea diſcederet: nō
ſine graui moleſtia corporis, tandē ordini
poſt bienniū fuit reſtitutus vt poſſit dicere
illud.ij.Coꝝ.xij. Per ſene.in ſpor.di.ſū ⁊c̄.
Beatus Johannes floruit virtute beniuo
lentie: qꝛ mira charitate a dn̄o dilectꝰ fuit.
Unde petrus vidit illū diſcipulū quē dilige
bat ieſus. Joh.xxi. Beatꝰ Tho. magna cha
ritate cōpatiebat peccatoribꝰ flens pctā eo
rū velut pctā ꝓpria. vt poſſit dicere illō Job
xxx. Flebam ego ſuper eo qui afflictus erat.
Beatus Thomas floruit virtute veritatis

qꝛ ſacrm̄ reſurrectiōis dn̄ice credere noluit
donec de veritate fuit certificatꝰ vt dr̄ Joh.
xx. Beatꝰ Tho. ſuā ſciam nō tā humano in
genio q̄ꝫ diuino oraculo habuit: qꝛ quoties
diſputare: legere: ſcribere: dictare voluit: pri
us ad orōnis ſuffragiū ꝯfugit. Un̄ poterat
dicere illud Gal'.i. Qd̄ euāgelizatum eſt a
me nō eſt ſm̄ hoiem: neqꝫ enī ego ab hoīe
accepi illud neqꝫ didici: ſed per reuelationē
ieſu xp̄i. Beatꝰ Jacobꝰ minor floruit virtu
te patientie. nā ꝓpter manſuetudinē ſuam
dictꝰ eſt frater dn̄i, vt dr̄ Gal'.i. Beatꝰ tho
mas in ꝑncipio ſtudij ſui tante fuit tacitur
nitatis vt ab oībꝰ vocaret bos mutus. Nō
enī accepat licētiā a deo loquēdi q̄ viderat
⁊ audiuerat vt dicere poſſit illō.ij.Coꝝ.xij.
Audiui archana verba que nō licet hoi loq̄
Nā ſepiꝰ orās eleuabat duobꝰ cubitis a ter
ra: tūcqꝫ mens eiꝰ rapiebat in celū vbi ad
diſcebat q̄ docere debebat. In cuiꝰ ſignū tūc
incepit loqui. Qn̄ Albertꝰ magnꝰ legebat li
brū de diuinis noibus ⁊c̄. Beatꝰ Philippꝰ
floruit virtute ꝯfidētie. putauit enī ꝙ ad ſui
defenſionē ⁊ beatitudinē ſufficeret ſibi vi
ſio diuinitatꝭ dicēs illō Joh.xiiij. Dn̄e oſtē
de nobis patrē ⁊ ſufficit nobis. Btūs tho
mas valde ꝯfiſus eſt in dn̄o. cū enī cogere
tur ad gradū magiſterij ſuſcipiendū omnē
fiduciā in dn̄o poſuit. cūqꝫ neſciret q̄d pro
themate aſſumeret affuit ſenex in habitu
ꝑdicatoꝝ dicēs ei. Cōfide qꝛ qd̄ petis impe
traſti. onus magiſterij aſſume: ⁊ ꝓ tuo the
mate aſſume illud pſ. Rigās montes de
ſupioribꝰ ſuis: de fructu operū tuoꝝ ſatiabit
terra. Btūs Bartholomeꝰ floruit v̄tute in
telligētie. Nā vt dicit Dyo. in lib. de myſtica
theologia. Diuinꝰ bartholomeꝰ dicit ⁊ mul
tā eſſe theologiā ⁊ nimiā: ⁊ euangeliū latū
⁊ magnū. Btūs Tho. tāta intelligētia pre
ditus eſt vt ſecreta myſteria ſacre doctrine
oībꝰ faceret ꝑuia ⁊ clara. vn̄ in ꝑncipio pri
me ꝑtis dic̄ ſic. Quia catholice v̄itatis do
ctor non ſolum prouectos debet inſtruere:
ſed ad eum etiam pertinet incipientes eru
dire, ſm̄ illō apoſtoli.i.Coꝝ.iij. Tanq̄ꝫ par
uulis in chriſto lac potum dedi vobis non
eſcam. propoſitū noſtre intentionis in hoc
ope eſt ea q̄ ad xp̄ianā religionē ꝑtinēt eo
mō tradere ſm̄ ꝙ ꝯgruit ad eruditionē in
cipiētiū, hec ibi. Juxta illō Job.xxviij. Pro
funda fluuioꝝ ſcrutatꝰ eſt ⁊ abdita. p. in. lu
cē. hoc aūt ꝑcipue appet in expoſitiōe epl'a
rū pauli, a quo cū q̄reret an in eis verū ha

buiſſet intellectū. Rñdit. quantū q̄s viuēs
in corꝑe habere poſſet. Btūs Mathē⁹ flo⸗
ruit virtute indigētie. Nā cū eſſet reb⁹ ⁊ cu⸗
ris tꝑalib⁹ implicat⁹: vnico verbo a xp̄o vo
catus oīa reliq̄t ⁊ ſecut⁹ eſt xp̄m. Math. ix.
Btūs Tho. vt liberi⁹ vacaret cōtēplationi
dei ⁊ ſctarū ſcripturarū abiectis dignitatib⁹
⁊ diuitijs parentū ordinē p̄dicatoꝝ eſt in⸗
greſſus. Nā cū papa Clemēs ip̄m creaſſet
archiep̄m Neapolitanū addēs ei redditus
monaſterij ſcti petri oīno renuit. Vn̄ pote⸗
rat dicere illud Sap̄. viij. Prepoſui illaꝫ re
gnis ⁊ ſedib⁹ ⁊ diuitias nihil eſſe dixi in cō
paratiōe illi⁹. Btūs Symon floruit ꝟtute
obediētie. Nā ſymon interp̄taꝫ obediens.
in hoc imitat⁹ eſt xp̄m: q̄ dixit. Ego non ve
ni vt faciā volūtatē meā ſ; volūtatē ei⁹ qui
miſit me. Btūs Tho. p̄latis ſuis in oībus
obediens fuit. Nā dū ſcriberet Pariſi⁹ op⁹
ſumme in theologia de mādato prioris in⸗
uitat⁹ a ſctō Ludouico rege frācie ad pran
diū acceſſit. cūq; in menſa nihil guſtaret: ſ;
in ꝯtēplatiōe q̄dā ꝑſiſteret meditabūdus
excitat⁹ ait. nūc ꝯcluſum eſt manicheis. Jō
poterat dicere illud Thob. xij. Videbar q̄⸗
dem vobiſcū mādúcare ⁊ bibere: ſ; ego cibo
⁊ potu inuiſibili vtor. Btūs Thade⁹ floruit
pietate iuſticie: ꝑ quā multa miracula fecit
vt appꝫeret iuſticia ⁊ bonitas legis xp̄i. Be
atus Tho. multis miraculis claruit etiā cū
adhuc viueret. Nā quandaꝫ mulierē in die
paſche poſt ip̄ius predicationē a fluxu ſan⸗
guis curauit ad tactū cappe illi⁹. ſociū ſuuꝫ
etiā a febre ſanauit ⁊c̄. vt poſſit dicere illud
Act. iij. Fides q̄ ꝑ deū eſt dedit integrā ſa⸗
nitatē iſtā in ꝯſpectu oīm veſtrū. Btūs ma
thias floruit virtute hūilitatis. Qm̄ lꝫ eſſet
aſſumpt⁹ ad gradū apl̄atus: ſemꝑ tn̄ in hu
militate ꝑmāſit. Btūs Tho. ꝙuis ſctūs ⁊
doctor eſſet: nō tn̄ renuit ſociare fratrē quē
dam cōuerſum ⁊ hoſpitē ꝑ Bononiā ip̄m
ſequēdo. vt poſſit dicere illud. i. Coꝝ. ix. Cū
eſſem liber ex oīb⁹ ſeruū me feci oīm vt plu
res lucrifacerē ⁊c̄. Hijs. xij. ꝟtutib⁹ beatus
Tho. exornauit coronā ſctē mr̄is eccl̄ie ve⸗
lut. xij. ſtellis fulgētib⁹ ad honorē vite. quē⸗
admodū ⁊ apl̄i ip̄am exornauerūt vt ſic de
eo dicatur. Eſt is lux mundi. ſuis radijs ful
gentibus in vniuerſa eccleſia.

**Tertio beatus thomas** eſt lux mūdi ad vie valorē. Sciēdū ꝙ dya⸗
bol⁹ multipl̄r conat⁹ eſt īpugnare ſctāꝫ ma
trē eccl̄iam. Vn̄ Aug⁹. lib. de vera religione
dic̄ ſic. Neq; in ꝯfuſiōe paganorum neq; in
purgamētis hereticoꝝ: neq; in lāguore ſciſ
maticoꝝ: neq; in cecitate iudeoꝝ q̄rēda eſt
religio: ſ; apud eos ſolos q̄ xp̄iani catholi⸗
ci noīanꝫ integritatꝭ cuſtodes ⁊ recta ſectā
tes. Hec em̄ eccl̄ia catholica ꝑ totū orbem
valide lateq; diffuſa errātib⁹ vtiꝫ ad ꝑfect⁹
ſuos ⁊ ad eoꝝ correctionē cū euigilare vo⸗
luerint. Vtiꝫ em̄ gētib⁹ ad materiā oꝑatio⸗
nis ſue. heretiꝗ̄ ad ꝓbationeꝫ doctrine ſue.
ſciſmatiꝗ̄ ad documētū ſtabilitatꝭ ſue. iude
is ad cōꝑationē pulchritudīs ſue. hec ille.
His velut inſtrumētꝭ conat⁹ eſt dyabol⁹ de
prauare veritatē fidei catholice. Hi oēs ſi⸗
gnificanꝫ ꝑ lunā ꝓpter defectū luminis ⁊ va⸗
riationē quos ſctā mr̄ eccl̄ia pedib⁹ calcat.
vn̄ dr̄. Et luna ſub pedib⁹ ei⁹. Adiuuit autē
ſctūs Tho. in ſua doctrina iſtoruꝫ errores
ſupprimere ⁊ calcare ⁊ eos ad viā veritatꝭ
reducere. vt recte dicaꝫ de eo. qm̄ eſt is lux
mūdi. Hi autē diſtincti ſunt in. xij gradus.
Primi ſunt naturales: q̄ varios errores in
duxerūt in ꝑncipijs rerū naturaliū. Tha⸗
les Mileſi⁹ q̄ fuit prim⁹ ex ſeptē ſapiētib⁹
grecie. poſuit aquā eē ꝑncipiū rerū natura⸗
liū. Anaximāder hui⁹ diſcipul⁹ poſuit igneꝫ
eē ꝑncipiū. Anaximenes hui⁹ auditor po⸗
ſuit aerē eē ꝑncipiū. Anaxagoras poſuit in
tellectū q̄ndā ſeꝑatū eē ꝑncipiū. Archela⁹
poſuit terrā eē ꝑncipiū. Empedocles poſuit
amiciciā ⁊ litē eē ꝑncipia oīum rerū nāliū.
Et hec ꝑncipia colebāt tanq̄ȝ deos vt decla
rat Tull. lib. i. de nā deoꝝ. Sctūs tho. hos er
rores ꝯfutās obtulit librū opuſcl̄oꝝ nāliuꝫ
in q̄ manifeſtat ꝟitatē ꝑncipioꝝ nāliū. ꝓ⸗
pter qd̄ dicūt illō Sap̄. ij. Ergo errauim⁹ a
via ꝟitatꝭ: ⁊ lumē iuſticie nō luxit nob. nūc
aūt ē is lux mūdi. Scd̄i ſunt morales: q̄ va
rios errores induxerūt. Sic Socrates q̄ po
ſuit ꝙ hō hn̄s ſciaꝫ peccare nō poterat. ſ; q̄⸗
cūq; peccabat ꝑpt ignorātiā peccabat. q̄r di
xit oēs ꝟtutes prudētias. Jtē poſuit ꝙ in
ciuitate oīa debēt eē cōia. ſ. poſſeſſiōes: vxo
res: ⁊ officia debēt eē ꝑpetua. Sctūs Tho.
hos errores ꝯfutās obtulit librū de q̄ttuor
ꝟtutib⁹ cardīalib⁹ in q̄ declarat q̄d ſit tenen
dū circa iſta ſm̄ ꝟitatē. Tertij ſunt ſtoyci.
q̄ varios errores īduxerūt circa ꝟtutes mo⸗
rales. ſic picthagoras q̄ poſuit felicitatē in
ꝟtutib⁹ ⁊ ꝙ paſſio n̄ pt cadē ī virū ſapiētē
vt ꝑſeq̄ꝫ Tull. i li. de tuſculanis q̄ōni. Sctūs
Tho. hos errores ꝯfutās obtulit librū ethi

coꝝ.in quo expoſuit veritatẽ eoꝝ q̄ ꝯtingũt
circa vͦtutes morales. Quarti ſunt achade
mici:qui negauerũt hoīem ſcire aliq̄d.ſicut
Plato Pſeuſipus. Polemon. Artheſilas.
Carneades. Qui voluerunt ꝙ nihil poſſet
ſciri certitudinalr̄.ſ; ad vtrãq; partẽ poſſet
diſputari vt dicit Tulli⁹ lib. de achademic.
Sctũs Tho.hũc errorẽ confutãs obtulit li
brũ qui dr̄ quotlibeta.in quo diſputat de oī
bus rebus ad vtrãq; partẽ.docens q̄d veri
ac certi tenendũ ſit in ſingulis. Quinti ſunt
perypatetici:q̄ negauerũt creationẽ ⁊ mũ-
dũ incepiſſe eſſe. Sicut Ariſtoteles The-
miſtius. Johẽs grãmatic⁹. Auerroys.qui
poſuerũt ꝙ ex nihilo nihil fit. Sctũs Tho.
hoꝝ errores ꝯfutãs obtulit fidelẽ expoſitio
nem ſup libros philoſophie naturalis.in q̄
bus oñdit veritates naturales non ꝯtradi
cere veritatib⁹ theologicis. Sexti ſunt epy
curei qui voluerũt aīam interire cũ corpo-
re.ſicut Leucipp⁹. Democrit⁹. Ariſtipus.
qui felicitatẽ hoīs poſuerũt in voluptatib⁹
corpis vt dr̄ Sap. ij. Sctũs Tho. obtulit
iſtis librũ queſtionũ de aīa.⁊ queſtiones de
malo.in quib⁹ declarat penas hoīm.p pecca
tis:⁊ gl'iam ſempiternã.p virtuoſo viuere.
Septimi ſunt iudei q̄ negãt multas verita
tes circa fidẽ xp̄i angeloꝝ officia:grãm in-
carnationis xpi. Sctũs Tho. obtulit iſtis
queſtiones de veritate: ⁊ q̄ões de incarna
tione verbi:in quib⁹ grãm noui teſtamenti
mirabilr̄ declarat:⁊ poſtillã ſup Johannẽ.
Octaui ſunt greci:qui negãt.pceſſionẽ ſpi-
ritusſancti a filio:⁊ multa circa poteſtatem
romani põtificis. Sctũs Tho.obtulit iſtis
expoſitionẽ ſup primã decretalẽ:vltra librũ
ꝯ errores gẽtiliũ.in qua errorẽ ipoꝝ elidit.
Noni ſunt heretici: q̄ multa ꝯfingũt ꝯ fidẽ
catholicã.ſicut Origenes. Maniche⁹. Pe
lagi⁹. Sctũs Tho.obtulit eis librũ de arti-
culis fidei ad mgr̄m ordīs p̄dicatoꝝ.⁊ q̄ões
ad lectorẽ Venetũ.⁊ q̄ões ad lectorẽ
Biſuntinũ.in q̄b⁹ oīb⁹ elimīat hereſes iſto
rũ. Decimi ſunt rectores ciuitatũ q̄ multos
patiunt̄ defect⁹ in illarũ gubernatōe. Sctũs
Tho. obtulit librũ politicoꝝ ⁊ yconomicoꝝ
in q̄b⁹ docet modũ gubernãdi ciuitatẽ ⁊ fa
miliã. Undecimi ſunt ꝯtẽplatiui:in q̄b⁹ cõ-
tingit defect⁹ ex ꝯtẽplatiõe diuinoꝝ.p̄cipue
ſecretorũ celeſtiũ. Sctũs Tho.obtulit iſtis
expoſitionẽ ſup cantica canticoꝝ.⁊ librũ de
ſubſtãtijs ſepatis. in q̄b⁹ ⁊ de xp̄o ⁊ de an-
gelis mlt̄a diſſeruit.⁊ expoſitionẽ ſup quat
tuor euãgelia ex dictis ſctõꝝ ꝯtextã.quam
cathenã auream vocant. Duodecimi ſunt
actiui:p̄cipue miniſtri eccl'ie in q̄b⁹ põt eue
nire error quo ad miniſteria ſua. Sanctus
Tho.obtulit iſtis expoſitionẽ ſuper libros
Dyoniſij in quib⁹ officia miniſtrorũ eccl'ie
declarant̄ ſḃm ordines angeloꝝ. Omẽs iſti
pñt vere dicere qm̄ ſctũs Thomas eſt lux
mundi. Uñ cantat ſctã mr̄ eccl'ia. Exultet
mẽtis iubilo laudãs turba fideliũ erroruȝ
pulſo nubilo per noui ſolis radiũ ⁊c̄. Et ſic
pȝ ꝙ lunã.i.mundũ ſubiecit pedib⁹ ſctẽ ma
tris eccl'ie.pͦ. Oīa ſubieciſti ſub pedib⁹ ei⁹
Propter q̄ꝺ hodie quadruplici corona eſt
in gl'ia coronat⁹. Prima corona eſt glorie
in viſione diuine eſſentie pͦ. Gloria ⁊ ho
nore coronaſti eũ:hanc ſibi dedit pater. Di
cẽs illꝺ.i. Pet.v. Percipe īmarceſſibilẽ eter
ne gl'ie coronã.q̄ꝺ ſignificatũ eſt in appiti-
one ſtelle in modũ comete p tres dies an-
te obitũ ei⁹. Scḋa eſt corona ſapiẽtie q̄ da
tur p aureola doctorib⁹.⁊ hec ē corona au
rea de qua dr̄ Eccl'i.xlv. Corona aurea ſup
caput ei⁹ expreſſa ſigno ſctitatis. Hanc ſibi
dedit fili⁹.q̄ꝺ ſignificatũ eſt in egreſſu ei⁹ a
ſcholis p aſſociationẽ pauli apl'i. Tertia ē
corona miſcḋie in opatione miraculorũ. ⁊
hec eſt corona de lapide p̄cioſo quã dedit ſi
bi ſpũſſctũs. De qua dr̄ Eſa.lxi. Spũs dñi
miſit me vt darẽ lugentib⁹ coronã.p cinere
oleũ gaudij p luctu.i.ſanitatẽ infirmis.q̄ꝺ
ſignificatũ eſt in fratre Johãne monacho
monaſterij in quo ſctũs doctor obijt q̄ cuȝ
eſſet cec⁹ in die obit⁹ ſctī doctoris viſum re
cepit. Quarta eſt corona pudicicie ſeu vir-
ginitatis.⁊ hec eſt corona floꝝ quã ſibi de-
dit btã vͦgo. De qua dr̄ Eſa.lxij. Eris coro
na gl'ie in manu dñi: ⁊ dyadema regni in
manu dei tui. Q̄ꝺ ſignificatũ eſt in viſione
beati Auguſtini dicẽtis fratri Alberto de
Brixia. Thomas mihi par eſt in gl'ia:ſ; vir
ginitatiſ aureola me p̄cedit p gr̄aȝ xp̄i amẽ.

¶ In feſto ſctī Gregorij pape. Sermo.xxi.

**E**St fidelis ſeruus ⁊
prudẽs. Math.xxiiij.⁊ in euã-
gelio p̄ſentis ſolẽnitatis. Bea-
tus Greg.in paſtorali. dicit ſic.⁊ habetur
viij.q i.c.licet ergo. Tantum debet actionẽ
populi actio tranſcendere preſulis:quantũ
diſtare ſolet a grege vita paſtoris. Super
quo moueo talem queſtionem. Utruȝ bea
tus Gregorius debuerit eſſe ſanctior vt re-

giminí eccleſie eſſet aptior. Ad iſtam queſtioné reſpondent duo doctores noui teſtamenti. Primꝰ eſt gloſator. extra de officio cuſtodis. ca. vlti. dicēs ſic. Sufficit eligē bonū: nec oportꝫ eligē meliorē. Secūdꝰ ē ſanctus Tho. ſc̄da ſc̄de. q. clxxxv. arti. iij. dicens ſic. Circa aſſumptionē alicuiꝰ ad epiſcopatum aliq̄d eſt conſiderandū ex parte eiꝰ qui aſſumit, ⁊ aliq̄d ex parte eiꝰ qui aſſumitur. Ex parte eñ eiꝰ qui aſſumit: vel eligēdo vel ꝓuidendo requirit: ꝙ fideliter diuina miſteria diſpenſet. que quidē diſpenſari debent ad vtilitatē eccl̄ie. ſm̄ illō. i. Cor. xiiij. Ad edificationē eccleſie querite vt abūdetis. nō autem miſteria diuina hominibꝰ cōmittunt ꝓpter eoꝝ remunerationē quā expectare debent in futuro. Et ideo ille q̄ debet aliquem eligere in ep̄m vel de eo ꝓuidere: nō tenetur aſſumere meliorē ſimpliciť qd̄ eſt ſm̄ charitatem. ſed meliorē quo ad regimen eccleſie. qui ſcꝫ poſſit eccl̄iam ⁊ inſtruere ⁊ defendere ⁊ pacifice gubernare. Vñ contra quoſdā Hierony. dicit. Qd̄ quidā nō querūt eos in eccleſia colūnas erigere quos plus cognoſcunt eccleſie ꝓdeſſe. ſed quos vel ipi amāt vel quoꝝ ſunt obſequijs dedití. vel ꝓ quibꝰ maioꝝ quiſpiā rogauerit: ⁊ vt deteriora taceam. qui vt clerici fierent muneribꝰ impetrarunt. Hoc aūt ꝑtinet ad acceptōnē perſonarum que in talibꝰ eſt graue pctm̄. Vñ ſuper illud Iaco. ij. Fratres mei nolite in ꝑſonarū acceptionē ⁊c. dicit gloſa. Augu. Si hanc diſtantiā ſedendi ⁊ ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamꝰ. nō eſt putandū leue eſſe pctm̄: in perſonarū acceptōe habere fidē deū glorie. Quis eñ ferat diuitē eligi ad ſedem honoris eccl̄ie. contēpto paupere inſtructiore ⁊ ſanctiore? Ex parte aūt eiꝰ qui aſſumit nō requirit ꝙ reputet ſe alijs meliorem. hoc eñ eſſet ſuperbū ⁊ ſuperſtitioſuꝫ. ſed ſufficit ꝙ nihil in ſe inueniat: per qd̄ illicituꝫ ei reddatur aſſumere prelatiōis officiū. Unde licet petrus interrogatus eſſet. an dñm plus ceteris diligeret: in ſua reſponſione nō ſe ꝓtulit ceteris. ſed reſpondit ſimpliciť ꝙ xp̄m amaret. Studiū tamē illiꝰ qui in dignitate eſt conſtituꝰ. debet ad hoc tendere vt taleꝫ ſe exhibeat: vt ceteros ⁊ ſciētia ⁊ ſctītate ꝓcellat. Unde Symacus papa vt habet. i. q. i. dicit. Uiliſſimꝰ computandus eſt niſi ſcīa ⁊ ſanctitate precellat: qui eſt dignitate preſtantior. Sed nō eſt ſibi imputandū ſi ante prelationē nō eſt excellentior. hec thomas.

Sciendū ꝙ ad bonuꝫ publicū augendum concurrunt quattuor. Primo cōmunitas vt ſcꝫ qui eſt paſtor ꝓcuret bona cōmunia. ⁊ nō ꝓpria. i. Cor. xiij. Charitas nō querit que ſua ſunt ſed que ieſu xp̄i. Hec aūt cōmunitas exigit tria fundamēta. ſ. cōcordie vnionem. Nam ſicut dicit ph̄s. ix. Ethicoꝝ. Ad amiciciā nō pertinet concordia in opinionibus: ſed cōcordia in bonis conferentibꝰ ad vitaꝫ: ⁊ precipue in magnis: qꝛ diſſentire in aliquibꝰ paruis: quaſi nō videtur eſſe diſſenſus. Exiſtente eñ cōcordia in p̄ncipalibus bonis: diſſenſio in aliquibꝰ paruis nō eſt cōtra charitatē. Sed pax vera nō pōt eſſe niſi in bonis ⁊ bonoꝝ. Pax autē maloꝝ eſt pax nonvera: ſed apparēs. Ideo dicit Aug. xix. de ciui. dei. Qꝛ pax hoīm eſt ordinata concordia. Item exigit iuſticie adequationē. Nam res diſtribui poſſunt a cōmuni in ſingulos ⁊ cōmutari de vno in aliū. ⁊ eſt quedā diſtributio laborioſoꝝ operū ⁊ cōmutatio. Similiter qñ aliq̄s tradit rem ſuā alteri ꝑ recompenſationē alteriꝰ rei. ſicut accidit in emptione ⁊ venditione. Rurſus exigit ꝓprietatꝫ obliuionē. Unde Tulliꝰ li. i. officioꝝ dicit ſic Scire debemꝰ que in terris gignunt ad vſū hoīs creari oīa: homīes aūt hoīm cauſa fuiſſe genitos: vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. in hoc debemꝰ naturā ducē ſequi ⁊ cōmunes vtilitates in mediū afferre. qui reipublice ꝓfuturi ſunt: duo platonis precepta teneant. Unū vt vtilitatē ciuiū ſic tueātur: vt quicq̄d agant ad eam referant obliti cōmodoꝝ ſuoꝝ. Alterū vt totuꝫ corpus reipublice curent: ne dum vnā partē tuent: reliquam deſerant. hec ille. Secūdo concurrit cōmoditas: puta ſcientia in ſpeculabilibus. Unde Plato dixit. Beatas fore res publicas: ſi eas aut ſapientes regerent: aut earuꝫ rectores ſapientie ſtuderent. Itē prudētia in agibilibꝰ: qꝛ prudētia eſt virtꝰ maxime neceſſaria ad vitam humanam. Bene autem viuere cōſiſtit in bene operari. ad hoc eñ ꝙ aliq̄s bene operat: nō ſolū requirit quid faciat. ſed etiā quomodo faciat. vt ſcꝫ ſm̄ rationē rectā operet: nō ſolū ex impetu. aut paſſione. Rurſus ars in factibilibꝰ: vt ars bellica: nautica: fabrilis. Et ſic de ceteris artibus mechanicis. Tertio ꝯcurrit ſecuritas: puta lex naturalis: lex humana: ⁊ lex diuina. pſ. Lex dñi īmaculata cōuertēs aīas teſtimonium dñi fidele ſapiām preſtans paruulis. Et Iſido. dic̄ li. Ethimo. Qꝛ lex eſt nullo pri

tiato cõmodo: ſ ꝑ cõmuni vtilitate oĩm cõſcripta. Quarto cõcurrit ſanctitas ad quẽ tria expediũt. ſcʒ ſacra defenſiua. Nam ꝑ ſacrificia ciuitates defenſant. vt tempe moyſi Exod. xvij. ⁊ tpe ioſue. Joſue. vi. Et inimici debellati fuerũt. Joſue. x. Item penitentia reconciliatiua. vt niniue. Jone. iij. Rurſus innocentia ciuitatũ preſeruatiua. vt pʒ de decẽ iuſtis tpe ſubuerſionis ſodome. Gen. xviij. Et qꝛ beat⁹ Greg. floruit. tum ſctitate vite. tum ſapĩa doctrĩne. diligẽs cõitatẽ fideliuʒ: cõmoditatẽ: ſecuritatẽ: ⁊ ſctitatẽ. Jdõ dicit ꝟbũ ꝓpoſitũ. Eſt fidelis ſeruus ⁊ prudẽs.

¶ Eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens.
- Per humilitatem.
- Per vigilantiam.
- Per confidentiam.
- Per patientiam.
- Per paupertatem.
- Per pietatem.

¶ **Primo beatus gregorius** eſt fidelis ſeruus ⁊ prudẽs per humilitateʒ Nam ſicut ex cemẽto liquido ⁊ ex lapidib⁹ duris fit edificiũ. ita etiã ex humilib⁹ ⁊ igne diuini amoris induratis fit ſpũale edificiuʒ Vñ dñs Luc. xiiij. Inducit ſimilitudinẽ de homĩe qui vult turrim edificare. ꝙ prius ſedens cõputat ſumpt⁹. qui ſunt ei neceſſarij ſi habeat ad ꝑficiendũ ne inſultet ei qꝛ hic homo incepit edificare ⁊ nõ potuit cõſũmare. Sumpt⁹ aũt ad turrĩ edificãdã. vt Aug. dicit in epl'a ad Letũ. Nihil ẽ aliud ꝙ vt nũciet vnuſquiſqʒ oĩb⁹ q̃ ſunt ei⁹. Materia autem hui⁹ edificij eſt xp̃s: qꝛ fundamentũ aliud nemo põt ponere preter id qd̃ poſitũ eſt qd̃ eſt xp̃s ieſus. Cui fundamẽto apponuntur ꝓphete ⁊ apl'i. Eph. ij. Supedificati ſuper fundamentũ apl'oꝝ ⁊ ꝓphetarũ ad qd̃ fundamẽtuʒ ꝑuenit ꝑ hũilitatẽ. Vñ Aug. Magnã fabricã vis cõſtruere celſitudinis de fundamẽto ꝑ̃us cogita humilitatꝭ. Ad h̃ edificiũ eccl'ie volẽs ꝑuenire beat⁹ gregori⁹ ꝑ̃us fecit fundamentũ humilitatꝭ. ⁊ hoc quadruplicit. Primo in aĩo: qꝛ ſe petõrẽ reputabat. Unde Mauricio impatori q̃ euʒ ꝑſequebat ſic ſcripſit. Quia eñ peccator ſum credo ꝙ oĩpotẽtẽ deũ tanto vobis amplius placatis quãto ſibi male ſeruientẽ affligitis. Secũdo in ꝟbo ⁊ doctrina. Nam primus in litteris ſuis: ſeruuʒ ſeruoꝝ dei ſe appellauit. etiã doctrinã ſuaʒ vilem reputauit. Unde dixit in epiſtola ad Innocẽtiũ affrice ꝑfectũ. Si delitioſo cupitis pabulo ſaginari: beati auguſtini opuſcula legite. ⁊ ad cõparationẽ illius ſimilaginis noſtrũ furfurem nõ queratis. Tertio in ſigno. Cũ eñ quidã heremita vellet ſibi reuerentiã exhibere: ipſe ꝑ̃us ſe in terrã proſtrauit. Quarto in honore iniuncto: ei⁹ quidẽ electio fuit inuita ex parte ſui. ⁊ ideo fugit ⁊ ſe abſcondit Ex parte populi fuit volũtaria: quia omnes vnanimiter eum elegerũt. Ex parte dei fuit miraculoſa: qꝛ cum latitaret indicio colũbe manifeſtatus eſt.

**Secundo beatus gregorius** eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens per vigilantiam. Ipſe eñ poteſt dicere illud Eccli. xxiij. Ego nouiſſim⁹ vigilaui. ⁊ quaſi qui colligit racemos poſt vindemiatores in benedictictione dei ⁊ ipſe ſperaui. ⁊ quaſi vindemiãs repleui torcular. Gregori⁹ eñ interpretatur vigilans. ⁊ hoc quantũ ad quattuor. Pr̃o quantũ ad deũ per contẽplationẽ: idõ ipm deũ inuenire meruit. Eccl. xxiiij. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Meruit eñ xp̃m in peregrini ſpecie ⁊ viſibili carne videre. Meruit videre ſpm̃ſanctũ in ſpecie columbe ſuper caput eius manentẽ. Meruit videre beatã virginẽ inter choros angelorum iubilantiũ ⁊ dicentiũ. Regina celi letare. ⁊ ſibi propitiam in peſtis ꝓpulſatiõe. qñ ante imaginẽ ꝟginis turbulẽtia aeris fugit: ⁊ ſerenitas mira remãſit. Meruit videre angelos orões ſuas deo offerentes. ſic audiuit ab angelo quem in forma peregrini ſuſcepit ⁊ pauperis. Ego angelus dei ſum: ⁊ dñs miſit me ad te vt te protegã: ⁊ orationes tuas deo offeram. Etiam vidit angelũ ſibi obſequentẽ. Nam in die paſche cũ apd̃ ſanctã Mariã maiorẽ miſſam celebraret: ⁊ pax dñi ꝓnũciaret. angelus alta voce reſpõdit. ⁊ cũ ſpiritu tuo. Vñ papa eadem die celebrat in dicta eccleſia. ⁊ cũ dicit. pax dñi. ſibi minime reſpondet in hui⁹ miraculi teſtimoniũ Secũdo vigilauit quantũ ad ſe per vite perfectionẽ. Nam terrena deſpexit: celeſtia ſuſpexit: mortẽ appetijt. Unde in prologo dialogi dicit. Infelix animus me⁹ in monaſterio meminit qualis fuit. quãdo ei labẽtia tempora cuncta ſubter erant. ꝙ nulla niſi celeſtia cogitare conſueuerat. ꝙ mortem quoqʒ que pene cunctis pena eſt vt ingreſſum vite ⁊ laboris ſui ꝑmiũ amabat. Tertio vigilauit quantũ ad proximũ per ſollici

tam prouiſionem. Eccleſia enĩ dei modo pi
cta eſt in officio eccleſiaſtico multiplici colo
re. Primum colorē appoſuit xp̄s: dicens.
Hoc eſt corpus meū. Secundū appoſue-
runt apoſtoli: qñ orationē dñicam in miſſa
dicēdā ordinauerunt. Tertium appoſuit
Ignatius qui pſalmos per antiphonas di-
cendos ſtatuit. Quartū appoſuit Hylari
us qui Gloria in excelſis deo compoſuit.
Quintū appoſuit Nicena ſynodus q̄ ſim
bolum maius inſtituit. Sextum appoſuit
Athanaſius qui fidem catholicam ſufficiē
ter explicauit dicēs. Quicunq̧ vult ſaluus
eſſe ꝛc̄. Septimū adiunxit Hieronymus
qui pſalteriū per ferias diſtinxit. ꝛ Gloria
patri in fine pſalmoꝝ dicendum inſtituit.
Octauū appoſuit Ambroſius: qui cant⁹
hymnos ꝛ orationes fecit. Gregori⁹ vero
opus perfecit: qꝛ totum officiū eccleſie ordi
nauit. Ecc̄. xlvij. Stare fecit cantores circa
altare. ordinauit hymnos. Ideo ſequit̄. In
ſono eoꝝ dulces fecit modos. Ordinauit
miſſam. Ideo ſequit̄. Dedit in celebrationi-
bus decus. Ordinauit officiū in ſeptem ho
ris perpetuo decantandū. Ideo ſubdit̄. Or
dinauit templū vſq̧ ad conſummationē vi-
te. Ordinauit antiphonarium in matutinis
ſpecialiter decantandū. Ideo ſubditur. Am
pliauit mane dei ſanctitate. Ordinauit ꝙ
miſſa vocetur. quia ſacra hoſtia eſt nobis a
deo dupliciter miſſa. ſ. ꝑ incarnationē in mū
do. ꝛ ꝑ ſctificatōeꝫ ī ſacramēto. ꝛ nos eā ſi-
bi dupliciter mittim⁹. ſcꝫ per paſſionē qua deo
reconciliamur: ꝛ per quottidianā oblationē
q̄ pro nobis intercedit vt dei miſĩcordiā cō-
ſequamur. Ordinauit etiā vt miſſa in tripli
ci lingua decantaret̄. ſcꝫ greca vt Kyrie eley
ſon. hebrea. vt Amen ꝛ Alleluya. ꝛ latina:
vt alia que legunt̄. Ut ſicut iſte tres lingue
in titulo crucis poſite: cōfeſſe ſunt xp̄m tūc
morienteꝫ. Sic nunc ip̄m laudarent in celo
regnantem. Ordinauit etiam ꝙ in miſſa fi-
erent tres partes hoſtie conſecrate: quarū
vna ponitur in calice ꝛ īmergitur vino: ꝛ ſi-
gnificat beatos qui inebriantur ab vberta-
te domus dei. Alia ꝛ maior ſignificat fide-
les in mundo iſto: q̄ exponunt̄ multꝭ acerbi
tatib⁹. Tertia ꝛ minor ſignat fideles in pur
gatorio qui ſubijciuntur magnis penalita-
tibus. Quarto vigilauit quantū ad eccleſi
am per vtilem ſacre ſcripture expoſitionem
vt dicatur de eo illud Geneſ. xlix. Neptalim
ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudi-
nis. Studuit enĩ in quinq̧ libris a quibus
exemplauit omnes libros ſuos. ſcꝫ in libro
creaturarum: in quibus vidit dei potentiam
ſapientiam: ꝛ bonitatem. ꝛ ab iſto exempla
uit libros ſuos: quibus rudiores inſtruxit.
qui aliquando inſtruūtur verbis. ideo fecit
quadraginta omelias. Aliquando inſtruū-
tur exemplis. ideo fecit dialogum. Item
in libro conſcientie per viciorum extirpatio
nem: ꝛ virtutum plantationeꝫ. ꝛ ab iſto exē
plauit libros moralium. Item in libro ſci-
entie per paſtoralis officij perfectam cogni
tionem. ꝛ ab iſto exemplauit libros paſto-
ralis regiminis. Item in libro vite per iu-
gem dei meditationem. ꝛ ab iſto exempla-
uit expoſitionem ſuper Ezechielem. Item
in libro gratie per omniū gratiarum ꝛ virtu
tum poſſeſſionem. ꝛ ab iſto exemplauit or-
dinationem officij eccleſiaſtici ꝛc̄.

¶ **Tertio beatus gregorius**
eſt fidelis ſeruus ꝛ prudens per cōfidentiā
Ualde enĩ confidit in miſericordia dei. ꝛ h̄
quattuor modis. Primo per orationes ſu
as ip̄m deum ad miſericordiaꝫ inclinando.
quia traiano penam eternam pepercit. Ge
neſ. xxxij. Si contra deum fortis fuiſti ꝛc̄.
Secundo ip̄m angelum placando. Cum
enĩ beatus gregori⁹ pro peſte oraret. vidit
angelū gladium cruentatū tergentem ꝛ re-
ponentem. Tertio diabolum fugando. nā
falcem accenſam de manu petri accipiens
os eius ꝛ faciem excuſſit. ꝛ inſtar ethiopis
denigrauit. Quarto purgatorium aperien
do: ꝛ animas ab eo citius liberando. vt pꝫ
de miſſis quas fecit celebrari pro fratre iu-
ſto ꝛc̄. Que miſſe cuꝫ ſint ſatiſfactorie: nō poſ
ſunt niſi pro vno celebrari. Etiam non poſ
ſunt dici niſi ab eo qui aliter non eſt obliga-
tus. etiā miſſa cōuentualis non eſt cōputan
da in numero harum miſſarum.

¶ **Quarto beatus gregori-**
us eſt fidelis ſeru⁹ ꝛ prudēs per patiētiam
Licꝫ enĩ lāgueret. ſemꝑ tñ aut legebat: aut
ſcribebat: aut dictabat: aut orabat. ij. Coꝛ.
xij. Cū enĩ infirmor tūc fortior ſuꝫ ꝛ potēs.
Sancti enĩ viri qñ ſūt infirmi corpe: ſūt for
tiores mēte. Infirmi ad amādū terrena: for-
tes ad amādū celeſtia. Cū enĩ oraſſet ꝑ tra-
iano. angel⁹ dixit ei. qꝛ oraſti ꝑ dānato. duo
rum tibi optio datur. aut in purgatorio duo
bus dieb⁹ cruciaberis. aut omĩ tempore vi-

te tue doloribꝰ ⁊ infirmitatibus affligeris. Qui preelegit toto tempore vite ſue vexari infirmitate:qđ ⁊ factū eſt. languores tamē ſuos patienter tolerauit.

## ¶ Quinto beatus gregorius

eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens per paupertatem. Q̄uis enī multis diuitijs abundauerit:in his tñ oīnibꝰ paup̱ fuit:qꝛ oīa pauperibus erogauit. Prouer.xiij. Eſt quaſi diues cū nihil habeat: ⁊ eſt quaſi paup̱ cū in multis diuitijs ſit.qđ patet ex quattuor ſignis.

Primo enī ſex monaſteria in ſcicilia conſtruxit:⁊ ſeptimū in domo ꝓpria fundauit.

Secūdo indigentiū noīa ſcripta habuit ⁊ eis neceſſaria miniſtrabat. Vñ quottidie duodecim pauperes in menſa ſecū habebat

Tertio tribꝰ milibꝰ ancillis dei ꝓ quottidianis ſtipendijs.lxxx. auri pondera annuati offerebat. Quarto ex reuelatiōe facta cuidam heremite:qui petens a deo qualē gloriam in celis haberet.reſponſum eſt ei ꝙ eq̄lem cū btō gregorio q̄ diuitias nō amando ſed pauperibꝰ erogando diſtribuit.

## ¶ Sexto beatus gregorius

eſt fidelis ſeruus ⁊ prudēs ꝑ pietatē. Nam ⁊ iuſtus fuit in puniendo:⁊ pius in cōpatiēdo. talis debet eſſe quilibet prelatꝰ vt cōſtituatur ſuper familiā xp̄i.hic per grām:⁊ tandem per gloriam. Amen.

## ¶ In feſto ſancti Benedicti abbatis Sermo.xxij.

Eius memoria in benedictiōe eſt. Eccli.xlvi.⁊ in epiſtola preſent̄ ſolemnitat̄. Geñ.xxiiij.dr̄. Ingredere benedicte dñi.cur foris ſtas?paraui locū bonū camelis tuis. Sup̱ quo talē queſtionē moueo. Utrū beatꝰ bñdictꝰ in viſione q̄ vidit totū mūdū ſpecifice viderit diuinā eſſentiā beatifice. Ad iſtam q̄ſtionē rñdēt duo doctores noui teſtamēti

Primꝰ eſt beatꝰ Greg̃.li.ij.dialogoꝝ dicēs Qꝛ beatꝰ bñdictꝰ vidit totū mūdū in diuino lumīe nō qđ eſt deꝰ ſed qđ eſt ab ip̄o deriuatū. ſm̄ illđ pš. In lumīe tuo videbimꝰ lumē

Secūdꝰ ē ſctūs Tho.i.quotlibe.q.i.dicēs ſic. Corpꝰ corruptibile aggrauat aīam. vt dr̄ Sap̄.ix. Sūma aūt eleuatio mētis hūane ē vt ad diuinā videndā eſſentiā ptingat. Vñ impoſſibile ē vt mēs hūana dei eſſentiā videat. vt Aug̃.dicit.xij.ſup̱ Geñ.ad lr̄am. Niſi huic vite mortali hō funditꝰ intereat:vel ſic alienet̄ a ſenſibus:vt neſciat vtrū ſit in corpore:an extra corpꝰ. Sicut de Paulo legit̄ ij.Coꝛ.xij. Beatꝰ aūt bñdictꝰ qñ illā viſionem vidit.nec huic vite funditꝰ mortuꝰ erat:nec a corporeis ſenſibꝰ alienatꝰ. Qđ pꝫ ꝑ h̄ ꝙ dū adhuc in eadē viſione ꝑſiſteret aliūm ad idem videndū aduocauit. vt Greg̃.dic̄. Vñ manifeſtū eſt ꝙ dei eſſentiā non vidit. hec tho. Sciendū ꝙ benedictio eſt triplex ſcꝫ nature:grē:⁊ glorie. Benedictio nature fuit in p̄ma rerū creatōe: qñ bñdixit nos deus in p̄mo parēte:vt multiplicaremur naturaliter. Vñ Geñ.i.dr̄. Benedixit eis deꝰ dic̄ Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replere terram que quidē multiplicatio ꝟtute huiꝰ bñdictionis debebat eſſe cū innocētia. Vñ Anſel. dicit lib.de cōceptu ꝟginali. Qđ ſimul cū rationalē haberent aīam iuſti eſſent:quos generaret hō ſi nō peccaſſet. Item hec multiplicatio fuiſſet ſine mortalitate. Vñ Aug̃. in li.de q̄ſtionibꝰ noui ⁊ veteris teſtamēti. dicit. Qđ deꝰ fecit hoīem qui q̄diu nō peccaret immortalitate vigeret:vt ipe ſibi auctor eſſet.aut ad vitā vel ad mortē. Rurſus hec multiplicatio fuiſſet ſine penalitate. Nā corpus homīs in ſtatu innocentie poterat preſeruari:ne pateret̄ leſioneꝫ ab aliquo duro. partim quidē per ꝓpriā rōnē per quā poterat nociua vitare.partim etiā per diuinā ꝓuidentiā que ſic ip̄m tuebat̄:vt nil ei occurreret ex improuiſo a quo lederet̄. Benedictio grē fuit in diuini ꝟbi incarnatiōe. Tūc enī deus pater nos bñdixit: quādo ad nos filium ſuū miſit.in quo om̄es benedicimur. Quantū ad plenitudinē grē Geñ.xij. In ſemine tuo.i.in xp̄o benedicent̄ om̄es gētes. Nam ꝓpter pctm̄ p̄mi homīs triplex maledictio introiuit in mundū. Prima terre ſterilitas. Geneſ.ij. Maledicta terra in opere tuo:ſpinas ⁊ tribulos germiābit tibi Secunda laboris anxietas. Vñ dr̄ ibidem. In labore comedes ex ea cūctis diebꝰ vite tue.

Tertia doloris mľtiplicabilitas. Vñ dicit̄ ibidē. Multiplicabo erūnas tuas ⁊ ꝯceptꝰ tuos. In dolore paries. Xp̄s in hūc mūdū veniēs loco innocētie perdite attulit grām. Apľs. Gratia ⁊ veritas per ieſum xp̄m facta eſt.loco mortis attulit vitā. Ioh.x. Ego veni vt vitā habeāt.loco penalitatis attulit im̄ortalitatē.cuiꝰ exēplar apparuit in reſurrectione ip̄iꝰ. Ideo dr̄.ij.Coꝛ.xv. Si xp̄s reſurrexit ⁊ nos reſurgemꝰ. Benedictio glīe

nobis dabit in fine mūdi.quantū ad corpꝰ
ꝛ aīam ſimul. Math.xxij. Erūt hoīes ſicut
angeli dei in celo. Nam ad beatitudinē con
ſequendā cōcurrūt duo.ſ.natura ꝛ grā. Ipa
uo pfectio beatitudinis q̄ eſt pfectio totiꝰ
vniuerſi.puta perfecta beatitudo ſanctoꝝ
erit in fine mūdi. Sed iſta ꝯſūmatio pceſſit
cauſaliter.quantū ad naturā quidē in pma
rerū inſtitutione.quantū ad grām vero in
incarnatōne xpī:ſicut aūt in ſeptimo die fu
it cōſūmatio nature:in incarnatiōe xpī ꝯſū
matio grē.cū moriens in cruce dixit. Conſū
matū eſt. Ioh.xix. Sic in fine mūdi erit cō-
ſūmatio glorie. Math.xiij. Hanc triplicem
benedictionē habuit beatꝰ benedictꝰ.prout
fuit ſibi oſtenſū in illa viſione qua vidit to
tum mundū. Ideo dicit. Ut eius memoria
in benedictione eſt.

Eius memoria eſt in benedictione.
- Angelorum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Apoſtolorum.
- Martyrum.
- Confeſſorum.
- Virginum.
- Electorum.
- Contemplatiuorum.
- Actiuorum.

Primo memoria beati be
nedicti eſt in benedictione angelorum:quo-
rum benedictio eſt hoīm cuſtodia. circa q̄s
agunt quattuor. Primo aſſiſtunt homini
ne a diabolo ſuffocetur:ꝛ in pfundū infer-
ni demergatur. Secūdo illumināt hoīem
vt ſe ꝛ pctm̄ ſuū agnoſcat:ꝛ vt proximū de-
linquentem charitatiue corripiat. Tertio
excitant hoīem vt ad deum cōuertat.ꝛ hoc
per cōtritionē:ꝛ ne vlterius in peccatū reci-
dat. Quarto orationes hoīm deo preſen-
tant.vt pꝫ de Raphaele qui dixit Thobie
Quādo tu orabas cū lachrymis ego orati-
onē tuā obtuli corā dn̄o. Beatꝰ benedictus
iſta officia angeloꝝ ſe habuiſſe demonſtra-
uit. Primo aſtitit placido puero ꝛ mona-
cho:quē a raptu fluuij ꝛ ſubmerſione libera
uit. Secūdo illuminauit monachos eos
charitatiue corripiendo. ꝙ ſibi vinū vene
no mixtū obtulerāt.qꝛ diſtrictius regulā ſer
uari volebat. Tertio excitauit florentium
preſbyterū vt a malicia ſua ceſſaret:q̄ vinū
dei perſequebat. Quarto monachum ab
oratione exeūtē ſic ꝯſtantē reddidit:vt deiceps
demon nō fuerit auſus illū ab oratione diſtra
here.vt ſic quilibet iſtoꝝ dicere poſſit illud
Act.xij. Nunc ſcio vere quia miſit dn̄s an-
gelum ſuum ꝛc.

Secundo memoria beati
benedicti eſt in benedictiōe patrichaꝝ:int
quos fuerūt precipue quattuor quoꝝ veſti-
gia ē ſecutꝰ. Primꝰ eſt Abraham de quo
dicit Geñ.xij. Egredere de terra tua ꝛ de co
gnatiōe tua ꝛ de domo patris tui:ꝛ veni in
terrā quā monſtrauero tibi.faciamq̄ꝫ te cre
ſcere in gentē magnā ꝛ benedicā tibi ꝛ ma-
gnificabo nomē tuum:eriſq̄ꝫ benedictꝰ.vbi
dn̄s hortat beatū benedictū ad mūdi contē
ptum ꝛ ad religionis ingreſſū.que duo ple
ne obſeruauit. Grego. deſpectiſq̄ꝫ ſtudijs re
licta domo:rebuſq̄ꝫ patris ſctē cōuerſatiōis
habitū queſiuit. Secūdꝰ eſt Loth.de quo
dicit Geñ.xix.ꝙ angeli loth extra ſodomā
poſuerunt.precipiētes ne poſt tergū reſpice-
ret.ꝛ ne in omī loco circa regionē maneret.
Sic angeli beatū benedictū eduxerūt de ſo
doma mundi:ne cū mūdanis habitaret eti
am corporalit.in hoc ꝙ preceperūt ne poſt
tergū aſpiciat dederūt intelligere ne rediret
ad mundū etiā mētaliter. Tertius eſt Ia-
cob qui in deſerto triplicē benedictionē ob-
tinuit ab angelo. Unā qꝛ neruus femoris
emarcuit.i.cōcupiſcentia debilitata fuit. Se
cundā qꝛ nomē mutauit ſcꝫ iſrael.i. videns
deum. Tertiā qꝛ contra deū fortis fuit:vt di
xit ei angelus. Hanc triplicem benedictio-
nem habuit beatus benedictus in deſerto
religionis.ſ.carnis incorruptionem.vt patꝫ
de merula que ante eiꝰ faciē volitabat.cūq̄ꝫ
magna carnis cōcupiſcentia eū temptaret.
ſigno crucis edito mox nudū ſe inter ſpinas
ꝛ vepres proiecit.vt ſic per vulnus corporis
vulnus ſanaret mentis. Deut.xxxiij. Bene-
dictio illiꝰ q̄ apparuit in rubo veniat ſup ca
put ioſeph. Rubus qui ardebat ꝛ nō com-
burebatur eſt caſtitas que a cōcupiſcentia
nō ſuperatur.habuit celeſtiū ꝯtemplationē
vt pꝫ qn̄ nutricē ſuā occulte fugiēs in quen-
dam locū venit in campania q̄ diſtat a Ro
ma per.xl.miliaria.vbi tribꝰ annis incogni-
tus hominibꝰ permāſit.excepto quodā mona
cho nomīe Romano:qui ſibi ſedule neceſ-
ſaria miniſtrabat. Geñ.xxvij. In pingue-
dine terre ꝛ in rore celi deſuper erit benedi-
ctio tua.habuit deuotā orationē que deum

vincit, vt pꝫ de capiſterio fracto ad eiꝰ oratione reintegrato. Oſee xxv. Inualuit iacob ad angelū ꝛ confortatꝰ eſt: ꝛ fleuit ꝛ rogauit eum. Quartꝰ eſt populus iſrael q̄ ex egypto exiens venit in deſertuꝫ, de deſerto in terrā ꝓmiſſionis in qua p̄mos fructꝰ terre comedit. deinde ꝑuenit in hierl'm. Sic beatus benedictꝰ bene de mūdo tenebroſo ꝑuenit ad deſertū penitētie ꝛ inde ad guſtuꝫ celeſtis gr̄e: tandē ad cōtemplationē ſupne patrie. Et ſicut in deſerto deꝰ miniſtrauit populo iſrael māna. ſic beato benedicto per romanū monachū neceſſaria ſubminiſtrauit. licet diabolꝰ tintinabulū fregerit.

Tertio memoria beati benedicti eſt in benedictiōe ꝓphetarum inter quos fuerūt p̄cipue quattuor. Primꝰ fuit Moyſes cū quo magnā ſimilitudinē habꝫ beatꝰ bn̄dictꝰ. Naꝫ ſicut ille egyptū. ſic iſte mundū deſeruit. ecce nociui derelictio. Sicut ille deſertū: ſic iſte clauſtrū petijt. ecce ꝓficui electio. Sicut ille iudeos in deſertum. ſic iſte monachos in heremū deduxit. ecce multitudinis gubernatio Sicut ille legem: ſic iſte regulam tradidit. ecce populi inſtructio. Sicut ille temptationes populi: ſic iſte temptationes diaboli ſuperauit. ecce temptationū ſubiugatio. Sicut ille multis ꝛ ſtupendis miris: ſic iſte crebris miraculis claruit. ecce miraculoꝝ opatio ꝛc̄. Secundus fuit dauid q̄ habuit ſpm̄ ꝓphetie quo ad p̄terita: p̄ſentia ꝛ futura. vn̄ factꝰ eſt rex ſuꝑ populū iſrael. Sic beatꝰ benedictꝰ ſpū ꝓphetie viguit cognoſcēs occulta p̄ſentia. ſicut pꝫ in monacho ſibi ſeruiēte de ſupbia tēptato. Unde factꝰ ē p̄nceps monachoꝝ. Tertiꝰ fuit Helyas q̄ latēs in ſpelūca paſtus eſt a deo miniſterio corui deferētis ei panes ꝛ carnes. Sic beatus bn̄dictꝰ poſt mortē romani monachi refectꝰ eſt in die paſche: dū latitaret in ſpecu ꝑ quendā ſacerdotē a deo miſſū. Quartꝰ fuit helyſeus q̄ ſtās in cellula ſua cognouit q̄d egerat Giezi puer eiꝰ in via cū Naamā Syro. vt dr̄. iiij. Reg. v. etiā cū quidam macerā ſuccidiſſet ꝛ caderet ferrū ſecuris in aquā tulit helyſeus manubriū ꝛ ferrū enatauit. vt dr̄. iiij. Reg. vi. Sic beatꝰ benedictꝰ ſpū ꝓphetico cognouit monachos extra monaſteriū comediſſe. Similit̄ cū circa monaſteriū eiꝰ quidā cum falcaſtro vepres abſcideret ferrum de manubrio ꝓſiliens in quendā lacū profundū cecidit. cumq̄ ille de hoc nimis anguſtiaret̄: vir dei manubrium in lacu poſuit: ꝛ mox ferrū enatauit.

Quarto memoria beati bn̄dicti eſt in bn̄dictōe apl'oꝝ: quibꝰ aſſimilatur in q̄ttuor. Prio in humilitat̄ ſubiectione. Un̄ dr̄ Math. xviij. Q̄ accſſert diſcipuli ad ieſuꝫ dicētes. Quis putas maior eſt in regno celoꝝ: ꝛ aduocās ieſus paruulum ſtatuit eū in medio eoꝝ ꝛc̄. Sic beatꝰ bn̄dictus iuxta numerū. xij. apl'oꝝ. xij. gradꝰ hūilitatis diſtīxit: ꝛ in vita ſua obſeruauit. Secundo in eccleſiarū fundatione. Nā apl'i diſcurrentes ꝑ mūdū nouas eccl'ias fundauerunt: ꝛ xp̄o dedicauerūt. Sic beatꝰ bn̄dictꝰ iuxta numerū. xij. apl'oꝝ. duodecī monaſteria cōſtruxit: ꝛ ea monachis repleuit. Tertio in prolis ꝓpagatiōe. Nā apl'i ſua p̄dicatione multos filios genuerūt xp̄o ſpūaliter i. Coꝝ. iiij. In xp̄o ieſu ꝑ euāgeliuꝫ ego vos genui. Sic beatꝰ bn̄dictꝰ ꝑ regulā ſuā innumerabiles filios genuit. Deut. xxxiij. Benedictus in filijs aſſer. ſit placēs fratribꝰ ſuis. multos eñ filios ſpūaliter generauit. generatos temporalibꝰ ſubſidijs enutriuit. nutritos ad promotiōnes ꝛ abbatias promouit. Quarto in miraculoꝝ opatiōe. Nam q̄dā miracula fecit in elemētis. ſ. in igne purgatorij. Sicut q̄n ꝓ monialibꝰ defunctis orauit In igne fantaſtico quē ſuis meritis extinxit. In aere q̄n lucē celeſtē aſpexit. In aqua q̄n placidū puerū liberauit. In t̄ra q̄n aquā de terra ꝓduxit. In celo: q̄n aīam ſororis in ſpecie colūbe aſcēdentē vidit. In morte hominis q̄n monachū quē diabolꝰ ex ruina parietis oppreſſerat liberauit. Poſt mortē hominis q̄n monachū q̄ ad parētes viſitādos ſine bn̄dictiōe iuerat adiuuit. ꝛ ſic de alijs.

Quīto memoria beati benedicti ē in bn̄dictōe martyrū: q̄uis eñ nō fuerit martyr effectu. ardētiſſime tn̄ deſiderauit martyriū affectu. q̄d patꝫ q̄druplici ſigno. Prio ex feruēti deuotōe ꝑ iugē dn̄ice paſſionis recordationē. ps. Intinguat̄ pes tuus in ſanguie. Secūdo ex monumēti apertione. Fecit eñ ſibi monumētū apiri q̄d indicat moriēdi alacritatē. Iob. iij. Gaudent vehement̄ cū inuenerint ſepulchrū. Tertio ex loci veneratōe. fecit eñ ſe cōferri in eccl'ia vt preſtaret̄ dei bonitatē ꝓpt̄ bn̄ficia recepta. Quarto ex diuina reuelatiōe. predixit eñ diem ſui obitus ꝛ ſacramentuꝫ euchari

ſtie deuotiſſime ſuſcepit.

¶ Sexto memoria beati benedicti eſt in bñdictõe cõfeſſoꝝ: quoꝝ vitã imitatꝰ eſt quo ad quattuor. Primo in cõpaſſione. Greg. Benedictꝰ religioſus ⁊ piꝰ puer cũ nutrice ſuã flere conſpiceret. illiꝰ dolori cõpaſſus eſt: ⁊ ideo meruit diuinã miſerationez. Math. v. Beati miſericordes qm̃ ipſi miſericordiã cõſequent. Secũdo in oratione. ideo meruit exaudiri. Ecc. iiij. In oratione dierũ exaudietur. Tertio in lectione. ideo meruit diuina ſapiẽtia impleri. i. Thi. iiij. Attende lectioni: exhortationi ⁊ doctrine. Quarto in efficaci locutione. ideo meruit plures deo lucrari. Greg. Dum ei cibos deferrebant corporis: ab eiꝰ ore verba referebant vite. ptz ex miraculo dolij qð impletum eſt oleo tempore illiꝰ magne famis ⁊c.

¶ Septimo memoria beati benedicti eſt in bñdictiõe virginũ. Fuit em̃ virgo mẽte ⁊ corpore. Greg. A pueritia cor ſenile geſſit: etatẽ quidẽ moribꝰ tranſiens, nulli animũ ſuũ voluptati dedit. iſtud patet q̃druplici ſigno. Pͥo qꝛ fuit talis ĩ ſenectute q̃lis ĩ iuuẽtute. nã pſeuerauit ĩ eadẽ fortitudine operis. pſ̃. Fortitudinẽ meaz ad te cuſtodiã. Secũdo quia perſeuerauit in eadem alacritate mẽtis. Prouer. xvij. Animꝰ gaudẽs etatẽ floridã facit. Tertio quia fuit in eodẽ calore amoris. Cañ. viij. Fortis ẽ vt mors dilectio. Quarto quia ſemꝑ profecit in dei cognitõe. Unde mũdana ⁊ trãſitoria ſibi deſipuerunt. Eſa. xlviij. Implebit dñs ſplendoribꝰ aĩam tuam.

Octauo memoria beati benedicti eſt in benedictione electorũ. Nomẽ em̃ eius ſicut ceteroꝝ ſanctoꝝ eſt magnificatum quadrupliciter. Primo quia ſemꝑ eſt coram oculis diuine maieſtatis. pſ̃. Honorabile nomẽ eoꝝ coram illo. Secũdo qꝛ in honore habetur ab angelis. ij. Reg. vi. Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorũ. Tertio quia eſt ſcriptũ in celis Luce. x. Gaudete quia noĩa veſtra ſcripta ſunt in celis. Quarto quia honoratur ab om̃ibꝰ eccleſijs. Eccli. xliiij. Sapientiã ſanctorum narrant populi ⁊ laudem eorum nunciat eccleſia. nomina autez eoꝝ vi. in ſeculũ ſeculi.

¶ Nono memoria beati benedicti eſt in benedictiõe cõtemplatiuorum Sicut em̃ lucerna accenſa extinguit aut per negligentiã aut nimiam abundantiã aut ꝑ nimiam penuriam. Sic contemplationem mentis quidã perdunt per negligentiam. vt virgines fatue. Math. xxv. Quidam per nimiam abundantiam. pſ̃. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Quidã per aduerſitatem illatam. Ecc. xxi. Cor fatui quaſi vas confractum: omnẽ ſapientiam non tenebit Beatꝰ autẽ benedictꝰ fuit expeditꝰ ad ambulandũ: ne torpeſceret per negligentiã. idõ dicit Deut. xxxiij. Ferrum ⁊ es calciamẽtũ eius. Fuit em̃ calciatus ere. quia nõ marceſcebat per proſperitatem nimiam. Fuit etiã calciatus ferro. vt eſſet firmus cõtra aduerſitatem illataz. vnde quia fuit in contemplatione aſſiduus meruit celeſtibus reuelationibus illuſtrari. pſ̃. Reuela oculos tuos et conſiderabo mirabilia de lege tua. In cuius ſignum viſio quedam vtiq̧ certa monſtrata eſt vni fratri moranti in cella ⁊ alteri longe poſito. viderunt nãq̧ viam pallijs ſtratam atq̧ innumeris chorruſcam lampadibus a cella ſancti benedicti verſus orientez vſq̧ ad celum tendentẽ. Cui venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens Cuius eſſet via quam cernerent inquiſiuit. quibꝰ cuz neſcire ſe dicerent ait. Hec eſt via qua dilectus domini benedictꝰ celũ aſcendit. Sicq̧ certificati ſunt ambo pariter.

¶ Decimo memoria beati benedicti eſt in benedictiõe actiuoꝝ. nã erectus int̃ manꝰ diſcipuloꝝ vitã finiuit. Quidam em̃ moriunt̃ iacentes: qui a bonis operibus vacauerunt. Quidã proſtrati qui per pctm̃ corruerũt. Quidã claudi: qui fidẽ ſine operibꝰ habuerũt. Quidã ab infirmitate ſanati ſunt: q̃ poſt pctm̃ ad penitentiã redierũt Quidã erecti ſunt ſic̃ viri ſctĩ: qui a pctõ ſũt liberati: bonis operibꝰ pleni ⁊ in intentione recti. Has differentias tangit aplꝰs. Heb. xij. Remiſſas manus ⁊ genua ſoluta erigite: ⁊ greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret: magis aũt ſanetur. Beatus aũt benedictꝰ in ſignũ rectitudinis ſue actiuitatis inter diſcipuloꝝ manus imbecillia membra ſuſtentans, erectis in celum manibus ſtetit ⁊ vltimũ ſpiritum inter v̾ba oratiõis efflauit. Ideo vt dicitur Eſa. xxxiij. Regem in decore ſuo videt ſciꝫ ieſum xp̃m per infinita ſecula. Amen.

In feſto annunciationis beate
Marie virginis Sermo.xxiij.

# Quomodo fiet iſtud

Luce.i.ꝛ in euangelio preſentis
ſolēnitatis. Beatus Bernardꝰ
in quadā epl'a dicit ſic. Nemo hominū noꝛ
uit nec noſcere poteſt ad plenū. Quid boni
ad grām, quid congruentie ad ſapientiā. q̄d
decoris ad gloriā. quid cōmodi ad ſalutē. pe
nes ſeipām cōtineat huiꝰ venerandi miſte-
rij. ſcʒ humane redemptionis: inſcrutabilis
altitudo. hec ille. Super quo talem moueo
queſtionē. Utrum ad generis humani poſt
lapſum reparationē: congruū fuerit ſubſeq̄
verbi dei incarnationē. Ad iſtam q̄ſtioneʒ
rn̄dent tres doctores noui teſtamēti. Pri
mus eſt beatꝰ Aug.li.xiij. de trinitate dicēs
ſic. Oſtendamꝰ nō aliū modū poſſibilē deo
defuiſſe: cuiꝰ poteſtati om̄ia equaliter ſubia
cent: ſed ſanande miſerie noſtre conuenien
tiorem aliū modū non fuiſſe. Secūdus eſt
Damaſcenꝰ in ꝑncipio tertij libri: dicēs ſic.
Per incarnationis miſteriū mōſtrat̄ ſimul
bonitas: ſapiētia: iuſticia ꝛ potētia: vel virtꝰ
dei. Bonitas quidē q̄m nō deſpexit proprij
plaſmatis infirmitatē. Juſticia vō q̄m ho-
mine victo non aliū facit vincere tyrannuʒ
neqꝫ vi eripit ex morte hoīem. Sapiētia vō
q̄m inuenit difficillimi decētiſſimā ſolutōeʒ
Potentia vō ſiue virtꝰ infinita: q2 nihil eſt
maius ꝙ deū fieri hoīem. hec ille. Tertiꝰ
eſt ſanctꝰ Tho.iij. parte.q.i.arti.xi. dicēs ſic
Aliqua ſatiſfactio pōt dici ſufficiens dupli
citer. Uno modo perfecte q2 eſt cōdigna ꝑ
quandā adequationē ad reparatōnē cōmiſ
ſe culpe. ꝛ ſic hoīs puri ſatiſfactio ſufficiēs
eſſe non potuit. Tum q2 tota natura hūana
erat per pctm̄ corrupta: nec bonū alicuiꝰ per
ſone: vel pluriū poterat per equiparantiam
totius nature detrimentū recōpenſare. Tū
etiā q2 pctm̄ cōtra deū cōmiſſuʒ quandā in
finitatē habet ex infinitate diuine maieſtat̄
Tanto eīm̄ offenſa eſt grauior: quāto maior
eſt ille in quē peccat̄ ſeu delinquit̄. vn̄ opor
tuit ad condignā ſatiſfactionē: vt actio ſatiſ
facientis haberet efficaciā infinitā: vt puta
dei ꝛ hoīs exiſtens. Alio modo pōt dici ſa-
tiſfactio ſufficiens imperfecte. ſcilʒ ſm̄ acce-
ptationē eius q̄ eſt ea contentꝰ: ꝙuis non
ſit cōdigna. ꝛ hoc modo ſatiſfactio puri ho
minis eſt ſufficiens. Et q2 om̄e imperfectū
preſupponit aliq̄d perfectū a quo ſuſtentet̄
Inde eſt ꝙ om̄is puri homīs ſatiſfactio effi
caciam habet a ſatiſfactione xp̄i. hec Tho.

Sciendū ꝙ congruū fuit deū incarnari ꝓ
pter duo. Primo ꝓpter remotionē mali. ꝓ
pter quattuor cauſas. Primo q2 ꝓ hoc hō
inſtruit̄ ne ſibi diabolꝰ preferat ꝛ eum ve-
neretur qui eſt auctor peccati. Unde Aug.
dicit.xiij. de trini. Quādo ſic deo cōiungi po
tuit humana natura vt fieret vna pſona ſu
perbi illi maligni ſpūs non ideo ſe audeant
homini preponere q2 nō habēt carnē. Se-
cundo q2 ꝓ hoc inſtruimur quanta ſit digni
tas humane nature ne eam inquinemꝰ peccā
do. Un̄ dicit Aug.li. de vera religione. De-
monſtrauit nobis deꝰ ꝙ excelſum locū int̄
creaturas habeat humana natura in hoc ꝙ
hominibꝰ in vō hoīe apparuit. Et Leo papa
dicit in ſmo. de natiuitate. Agnoſce o xp̄ia
ne dignitatē tuā: ꝛ diuine conſors factꝰ na-
ture: noli in veterem vilitatē degeneri cōuer
ſatione redire. Memento cuiꝰ ſis capitis: ꝛ
cuiꝰ corporis mēbrū. Reminiſcere q̄m exu
tus de poteſtate tenebrarū tranſlatus es in
dei lumē ꝛ regnū. Tertio quia ad preſum-
ptionem hoīs tollendā grā dei nullis meri-
tis noſtris precedentibꝰ in noīe xp̄i nobis
cōmendat̄. vt dicit Aug.iij. de trinita. Et ſic
ſupbia hoīs que maximū impedimentū eſt
ne inhereat deo: per tantā dei humilitatē re
darguat̄ atqꝫ ſanet̄. vt Aug. dicit ibidem.

Quarto ad liberandū hoīem a ſeruitute.
Qd̄ quidē vt dicit Aug.xiij. de trini. fieri de
buit ſic. vt diabolꝰ iuſticia hoīs ieſu xp̄i ſu-
peraretur qd̄ factuʒ eſt xp̄o ſatiſfaciente ꝓ
nobis. Homo aūt ꝑus ſatiſfacere non pote
rat pro toto humano genere: deus aūt ſatiſ
facere nō debebat. vnde oportebat deū ꝛ ho
minē eſſe ieſum xp̄m. Unde Leo papa dic̄
in ſmone de natiui. Suſcipitur a maieſtate
humilitas. a vtute infirmitas. ab eternitate
mortalitas: vt quod noſtris remedijs ꝯgru
ebat, vnus atqꝫ ideʒ dei ꝛ hoīm mediator ꝛ
mori ex vno: ꝛ reſurgere poſſet ex altero. Ni
ſi eīm̄ eſſet verus deus: nō afferret remediū
niſi eſſet verus hō: non preberet exēplū. hec
ille. Secūdo congruū fuit deū incarnari ꝓ
pter ꝓmotionē hoīs in bono. Primo quā-
tum ad fidē que magis certificat̄ ex hoc ꝙ
ipſi deo loquenti credit. Unde Aug. dic̄.xi.
de ciui. dei. Ut homo fidentius ambularet
ad veritatem ipſa veritas dei filius homīe
aſſumpto: conſtituit atqꝫ fundauit fidem.

Secundo quantū ad ſpem que per hoc ma

ſtime erigitur. Vñ Aug. dic. xiij. de trinita.
Nihil tam neceſſariũ fuit ad erigendã ſpem
noſtrã ꝙ vt demonſtraretur nobis quantũ
diligeret nos deꝰ. Quid vero huius rei iſto
iudicio manifeſtius ꝗ ꝙ dei filius noſtre
nature dignatus eſt inire conſortiũ. Tertio
quantũ ad charitatez que maxime per hoc
excitatur. Vñ Aug. dicit in lib. de catheti-
zandis rudibꝰ. Que maior cauſa eſt aduẽ-
tus dñi niſi vt oſtẽderet deꝰ dilectionẽ ſuaz
in nobis: Si amare pigebat: ſaltẽ reamare
nõ pigeat. Quarto quãtũ ad rectã opatio
nem in qua nobis exemplũ ſe prebuit. Vñ
Aug. dicit in quodã ſermone de natiuitate
dñi. Hõ ſequẽdus nõ erat q̃ videri poterat
Deus ſequẽdus erat q̃ videri nõ poterat.
Ut ergo exhiberetur hoĩ ⁊ qui ab homĩe vi
deretur: ⁊ quẽ hõ ſequeretur deus factꝰ eſt
hõ. Et ſic plenã participationẽ diuinitatis
que vere eſt hoĩs beatitudo ⁊ finis huma-
ne vite poſſideret. Vñ deus aſſumendo car
nem ſuã maieſtatẽ nõ minuit: ſ; ex hoc nob
appropinquare voluit ꝑ incarnationez vt
magis nos ad ſe cognoſcendũ attraheret.
Unde patet quomodo fiet iſtud. ſcilicet tã
altum ſacramentum incarnationis.

Fiet iſtud
- Juſtorum conſilio.
- Angelorum miniſterio.
- Uirginis arbitrio.
- Deuotorum obſequio.

Primo fiet iſtud ſacra-
mentũ incarnatiõis iuſtoꝝ ꝯſilio. Quoniã
dyabolus humani generis inimicꝰ: verita-
tis aduerſariꝰ: caput ſcelerũ: princeps oĩm
vitioꝝ: ſuaſor malarũ cogitationũ: inuẽtor
mortis: ⁊ pater oĩm maloꝝ. inſatiabilis ho
micida: inuidẽs hoĩ calido ſtercore in ocu-
los dormientis immiſſo ipm miſerũ hoĩez
excecauit multis bonis atq; virtutibus ſpo
liauit pariter ⁊ pemit ſ. naturalibꝰ ⁊ gratuitꝭ
atq; in ſui ſeruitutẽ captiuauit. ſup quo pu
tabat ſe exercere ptãtez ꝑpetuo eo ꝙ ꝑ ino
bedientiã cecidiſſet. qꝛ qui facit peccatũ eſt
ſeruus peccati. ⁊ a quo quis ſuperatus eſt
eius ſeruꝰ eſt. Nouerat tñ deũ oĩpotentẽ ſue
volũtatis arbitrio hominis morbo exhibere
medicinã ⁊ remediũ. non tñ niſi ꝑ euz qui
ſoluerat damna fraudis cõmiſſe. Ideo cõ-
cludebat ꝙ neq; deꝰ q̃ pati non debet: neq;
homo qui impotens erat ſatiſfacere pote-
rat. propterea mirabatur ꝙ ſacra ſcriptura
ꝓnũciaret xp̃m venturũ neſciens ꝙ ex ho-
mine qui pati põt. ⁊ ex deo qui eſt oĩpotens
poſſit ꝯſtitui vnus redẽptor. imo in ſupbia
ſemꝑ creſcẽs deridebat multũ ſanctos qui
erant in lymbo. ⁊ frequenter ſuper flumĩa
babylonis interrogabat verba cantionũ a
captiuis dicens. Eligite ex vobis viruz qui
deſcendat mecũ ad ſingulare certamen: ve-
niat ⁊ liberet vos. atq; exprobrabat fideli-
tatẽ ſanctoꝝ in obſeruantiã legis dei ⁊ dice
bat. Uanus eſt oĩs q̃ ſeruit deo: ⁊ qꝺ emo-
limẽtũ qꝛ ſeruiuiſtis ei: Ubi ſunt dij veſtri
in quibꝰ habebatis fiduciã: Surgãt ⁊ opi-
tulentur vobis: ⁊ in neceſſitate vos ꝓtegãt
Talia impropabat ſctis aſſidue in illa ma
gna valle miſerie. vbi ꝑſeuerabãt gemitibꝰ
ſauciati. cũ ſe noſcerẽt de plateis ſupne ſyõ
exules filij eue. Collegerũt tandẽ ꝯſiliũ pa
triarche ⁊ ꝓphete vt ꝑ pace acq̃renda lega
tionẽ dirigerẽt deo ſuo. Dauid aũt exurgẽs
in medio eoꝝ dixit. Cõgregate illi ſctõs eiꝰ
q̃ ordinauerũt teſtm̃ eiꝰ ſup ſacrificia. imo-
la deo ſacrificiũ laudis ⁊ redde altiſſimo vo
ta tua. Sic eñi dixit deꝰ. Inuoca me in die
tribulationis: eruã te ⁊ honorificabis me.
Sacrificiũ laudis honorificabit me: ⁊ illic
iter quo oſtendã illi ſalutare dei. Placuit di
ctũ dauid. ⁊ habita diligẽti inq̃ſitiõe: elege
runt q̃ttuor pr̃es magne ſctĩtatis. ſ. Eſayã
Jeremiaz Job ⁊ Dauid. quos ſtatuerũt in
medio ⁊ dixerũt. hi ſunt viri mĩe in q̃bꝰ per
ſeuerat bona hereditas. Naz Eſayas futu
ra rerũ in xp̃o ⁊ eccl̃ia ꝓuidit dño reuelãte
Jeremias ſctĩficatꝰ eſt in vtero mr̃is a deo
⁊ in ꝓphetã gentibus datꝰ eſt. Job erat vir
ſimplex ⁊ rectus ac timẽs deũ ⁊ recedẽs a
malo. cui ſimilẽ in terra nõ inuenit deꝰ. Da
uid vero teſtimoniũ habuit a deo dicẽte. In
ueni hoĩem ſm̃ cor meũ. Iſti ſunt viri ſcti
quos elegit dñs in charitate nõ ficta. ⁊ de-
dit illis prudẽtiaz ⁊ virtutẽ. Pergãt itaq;
in ſpũ ad dñm orãtes ꝑ ſalute oĩm. Et flen
tes dixerũt. Exaudiat dñs orõnes nr̃as ⁊
recõcilief nob: nec nos deſerat in tp̃e malo
Deꝰ miſereaf noſtri ⁊ bñdicat nob: illumi-
net vultũ ſuũ ſuper nos ⁊ miſereaf noſtri.
His dictis prexerũt iſti q̃ttuor viri ad dñz
ꝑ ſalute generis hũani depcaturi. Primo
ſurrexit Eſayas purgatꝭ labijs ⁊ hũilif fle
xorſus eſt. lxiiij. c. Utinã diſrũperes celos
⁊ deſcẽderes vt notũ fieret nomẽ tuũ inimi
cis tuis. A facie tua gẽtes turbarenf. Ecce
tu iratꝰ es qꝛ peccauimꝰ ⁊ facti ſumꝰ vtimũ

dus oēs nos:q̄ſi pann⁹ mēſtruate vniuerſe iuſticie nr̄e.nō eſt q̄ inuocet nomē tuum ⁊ ſurgat ⁊ teneat te. ⁊ nunc dn̄e pr̄ noſter es tu:nos vero lutū tu fictoꝛ nr̄ ⁊ opera manuū tuarū oēs nos. Ciuitas ſctā tua deſerta ſctā ē: ſyō deſerta facta ē:hierl'z deſolata ē:domꝰ ſctificatiōis ⁊ gl'ie nr̄e. Ne iraſcaris dn̄e ſatis ⁊ ne vltra memineris iniq̄tatis nr̄e. Ecce reſpice dn̄e:ppl's tuꝰ oēs nos. Oīa deſiderabilia nr̄a verſa ſunt in ruinas. Nūq̄d ſup his ꝯtinebis te dn̄e. tacebis ⁊ affliges nos vehemēter.hec ibi. Tūc deus pr̄ rn̄dit Eſaye dicēs illud.lxiij.c. Ecce ego ad gentē que neſciebat me ⁊ que nō inuocauit nomen meū. Expādi manꝰ meas tota die ad ppl'm incredulū q̄ gradit̄ in via non bona poſt cogitatiōes ſuas:pplꝰs q̄ ꝓuocat me ad iracundiā:ante faciē meā ſemꝑ. Qui dicūt recede a me nō appropinques mihi:q2 īmūdus es.ecce ſcriptū eſt corā me non tacebo:ſed reddā ⁊ retribuā in ſinū eoꝝ iniq̄tates vr̄as ⁊ iniq̄tates patrū veſtroꝝ ſimł. Hec ibi. Reſumptis viribꝰ Eſayas dixit illud.lvij.c. Iuſtus perit ⁊ nemo eſt q̄ recogitet in corde ſuo ⁊ viri miſcdie colliguntur ⁊ nō eſt q̄ intelligat. A facie eīn malicie collectus eſt iuſtꝰ. Ueniat ergo pax ⁊ req̄eſcat ī cubili ſuo.hec ibi. Iratꝰ dn̄s reſpondit illud q̄d ibi ſequit̄. Sup quē dilataſti os tuuz ⁊ eieciſti linguā. Nunq̄d vos filij ſceleſti ⁊ ſemen mendax: Nunq̄d ſup his nō indignabor: Territꝰ aūt Eſayas fugit a facie domini:⁊ ad ſuos reuſus cū lachrymis ait. Obſtupeſcite pple meꝰ conturbamini confidētes exuite vos ⁊ cōfundamini: plangite ſuper regionē deſiderabilem.quoniā non eſt pax impijs dicit dominus. Secundo perrexit Ieremias ad dominū loquenſq3 verba pietatis cū planctu ait. Recordare domīe q̄d acciderit nobis intuere ⁊ reſpice obprobriū noſtrū. Pupilli facti ſumus abſq3 patre:matres noſtre quaſi vidue. Patres noſtri peccauerunt ⁊ non ſunt:⁊ nos iniquitates eoꝝ portauimus. Serui dominati ſunt noſtri:non fuit qui redimeret de manu eorum. Defecit gaudiuz cordis noſtri:verſus eſt in luctuz chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri:ve nobis quia peccauimus. Tu autem domine ineternuz permanebis ſoliuum tuum a generatione in generationē Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri:derelinquens nos in longitudinem dierum. Conuerte nos domine ad te ⁊ ꝯuertemur: innoua dies noſtros ſicut a principio. Sz proijciens repuliſti nos:iratꝰ es cōtra nos vehementer. Tunc dominus reſpondit dicens illud Iere.xv. Si ſteterint moyſes ⁊ ſamuel corā me:non eſt anima mea ad populū iſtū. Eijce illos a facie mea vt egrediantur:tu reliquiſti me retroꝛſum abijſti. Et extendā manū meā ſuper te:⁊ interficiā te. Reſumptis viribus dixit iteruz Ieremias illud.viij.c. Doloꝛ meus ſuper doloꝛē in me coꝛ meuz merens. Ecce vox clamoꝛis filie populi mei de terra longinq̄. Nunquid dn̄s non eſt in ſyon: aut rex eius non eſt in ea: aut non eſt medicus ibi. Quare non eſt obducta plaga filie populi mei. Iratus dn̄s reſpondit illud Iere.xi.c. Tu ergo noli oꝛare pro populo iſto:⁊ ne aſſumas ꝑ eo laudez ⁊ oꝛationē. Quia non exaudiā in tempoꝛe clamoꝛis eoꝝ ad me in tempoꝛe afflictiōis eoꝝ. Dixit iterū Ieremias illud.xv.c. Dn̄e deus prophete dixerunt eis. Non videbitis gladiū.ſ.pene inferni ⁊ fame.ſ.diuine viſionis nō erit in vobis: ſed pacē verā dabit in loco iſto. Rn̄dit dn̄s Ieremie. Falſi ꝓphete vaticinantur vobis in nomine meo. Nō miſi eos ⁊ nō precepi eis neq3 locutus ſuz ad eos. Uiſionē mendacē ⁊ diuinationez fraudulentā ⁊ ſeductionē coꝛdis ſui ꝓphetant vobis. Idcirco in gladio ⁊ fame cōſumentur prophete illi ⁊ populi quibus prophetauerunt. Territus autez Ieremias fugit a facie dn̄i ⁊ ad ſuos reuſus cū lachrymis ait. Deducant oculi mei lachrymas ꝑ diē ⁊ noctē ⁊ non taceant:qm̄ contritione magna ꝯtrita eſt virgo filia populi mei plaga peſſima vehement̄. Tertio perrexit Iob ad dn̄m loquēs amaritudines coꝛdis ſui ⁊ dicens illud.vi.c. Quis det vt veniat petitio mea:⁊ q̄d expecto tribuat mihi deꝰ. Sed tamen ad omnipotentē loquar ⁊ vias meas in conſpectu eius arguā ⁊ ipſe erit ſaluatoꝛ meus. Quare tacens conſumoꝛ: Duo tm̄ ne facias mihi: ⁊ tūc a facie tua non abſcōdar. Manū tuā lōge faca me: ⁊ foꝛtitudo tua non me terreat. Uoca me ⁊ ego reſpōdebo tibi. Sed quātus ego ſum qui reſpōdeam ei ⁊ loquar verbis meis cum eo. Et hec ſit mihi conſolatio vt affligens me nō parcat nec contradicam ſermonibus ſuis. Que eſt enim foꝛtitudo mea vt ſuſtineam aut quis finis meus vt patienter agā. Nec foꝛtitudo lapidum foꝛtitudo mea:nec caro mea enea eſt. Ecce non eſt auxiliuz mihi in

me. Nolo multa fortitudine contendat me
cū: nec magnitudinis ſue mole me premat
Proponat equitatē contra me: ⁊ tūc perue-
niet ad victoriā iudiciū meū. Tunc domi-
nus reſpondit Job dicens illud. xxxviij. c.
Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermo-
nibus imperitis? Nunquid irritū facies iu-
diciū meū ⁊ condemnabis me vt tu iuſtifi
ceris? Quis enī reſiſtere poteſt vultui meo
aut quis dedit mihi ante ⁊ reddā ei? Omīa
que ſub celo ſunt mea ſunt. Non parcā enī
verbis potentibus: ⁊ ad deprecandū compo
ſitis. Reſumptis viribus Job humiliter vt
molli ſermone frangeret iram dei ait. xlij. c.
Scio quia omnia potes: ⁊ nulla te latet co
gitatio. Ideo inſipienter locutus ſuꝫ ⁊ que
vltra modū excedunt ſcientiā meā. Idcir-
co meipſe reprehendo ⁊ ago penitentiaꝫ in
fauilla ⁊ cinere. Iratus dñs reſpondit iob
dure, dicēſ illō. viij. Uſquequo loqueris ta
lia ⁊ ſpiritus multiplex ſermonis oris tui.
Nunquid deus ſupplantat iudiciū: ⁊ omni
potens ſubuertit quod iuſtū eſt. Nunquid
deo comparari poteſt homo etiaꝫ cū perfe-
cte fuerit ſcientie? Quid prodeſt deo ſi iuſt⁹
fueris: aut quid ei conferes ſi immaculata
fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te
⁊ veniet tecū in iudiciū: ⁊ non propter ma
liciam tuā plurimā ⁊ infinitas iniquitates
tuas? Territus autē Job fugit a facie do-
mini: ⁊ ad ſuos reuerſus cū lachrymis ait.
Cogitationes mee diſſipate ſunt torquen-
tes cor meū. Pereat dies in qua natus ſuꝫ
⁊ nox in qua dictū eſt cōceptus eſt homo.
Quare non in vulua mortuus ſum: egreſ-
ſus ex vtero non ſtatim perij? Quare data
eſt miſero lux ⁊ vita his qui ī amaritudine
anime ſunt? Quarto perrexit dauid cū pſal
terio ad dominuꝫ ⁊ ait. Ad te domine cla-
mabo deus meus: ne ſileas ne quando ta-
ceas a me ⁊ aſſimilabor deſcendentibus in
lacū. deus meus clamabo per diē ⁊ non ex-
audies. Ecce propter te mortificamur tota
die. eſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis vbi
ſunt miſericordie tue domine: ſic iuraſti da
uid in veritate tua. Tu dixiſti. Clamabit ad
me ⁊ ego exaudiā eū cū ipō ſum in tribula
tione: eripiā eū ⁊ glorificabo eū. Exurge q̄
re obdormis dñe: exurge ⁊ ne repellas in fi
nē. Educ de carcere animas noſtras vt cō-
fiteamur nomini tuo dñe. Exurge dñe ad-
iuua nos ⁊ redime nos. Rñdit dñs ad da
uid dicēs. Quis eſt hō q̄ viuet ⁊ non vide
bit mortem: eruet aīam ſuā de manu inferi.
Interroga patrē tuū: quoniā iniqtateꝫ me
ditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni vie nō
bone: maliciā autē non odiuit. Dilexit ma
liciā ſuper benignitatē: iniquitatē magis lo
qui q̄ꝫ equitatē. Dilexit omnia verba preci
pitationis. Ecce mater tua parturiuit iniu-
ſticiā concepit dolorē ⁊ peperit iniquitateꝫ.
Lacū apuit ⁊ effodit eū: ⁊ incidit in foueā
quā fecit. Cōuertetur dolor eius in caput
eius: ⁊ in verticē ipſius iniquitas eius de-
ſcendet. Reſumptis viribus ait dauid. Ti
bi domine derelictus eſt pauper: orphano
tu eris adiutor. Deſideriū pauperū exaudi
uit dominus: preparationē cordis eoꝝ au-
diuit auris tua: quoniā requirēs ſanguinē
eoꝝ recordatus es. non es oblitus clamo-
rem pauperū. vt quid domine repuliſti in fi
nem: irat⁹ eſt furor tu⁹ ſup oues paſcue tue
Memor eſto ꝯgregatiōis tue quā poſſedi-
ſti ab initio. Rñdit dñs dicens. Uanū eſt
vobis ante lucē ſurgere: quia que procedūt
de labijs meis nō faciā irrita. Territus aūt
dauid fugit a facie dñi: ⁊ ad ſuos reuerſus
cū lachrymis ait. Laboraui ī gemitu meo
laboraui clamās: rauce facte ſt fauces mee
defecerunt oculi mei dū ſpero in deum meū:
quoniā abiectus ſum a facie oculoꝝ eius.
Factus ſum tanq̄ꝫ vas perditū: qm̄ audiui
vituperationē iuſtorū in circuitu. Tunc oēs
ceperunt planctū magnū omnis maritus
ſumpſit lamentū. ⁊ que ſedebant in thoro
maritali plangebāt. ſpes oīum ꝯtrita eſt. ⁊
tota poſteritas ade induit confuſionē. Sic
ergo plorabant in illa valle miſerie ⁊ tene-
braruꝫ afflicti vehemēter in mendicitate ⁊
ferro induti confuſione. Sancti patres con
uocato iterū conſilio: quid agenduꝫ foret.
Quō fiet iſtud tā profunduꝫ myſteriū hu-
mane redemptiōis. Surrexit dauid dicēs.
Intellexi a domino qm̄ in eternuꝫ ſeruabo
dauid miſericordiā meaꝫ ⁊ teſtm̄ meum fi
dele ipſi. Et ponam in ſeculuꝫ ſeculi ſemen
eius ⁊ thronū ei⁹ ſicut dies celi ⁊ dixerunt.
Nūc clamemus in celū: ⁊ miſerebit nr̄i de⁹
noſter. Tunc ait Eſayas. Uiſiones pphe-
tarū multiplicate ſunt. Qm̄ egredietꝛ virga
de radice ieſſe: ⁊ flos de radice ei⁹ aſcēdet ⁊c̄
Ecce enī virgo concipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vo
cabitur nomen eius emanuel. ⁊ Jeremias
ait. Nouū faciet domin⁹ ſuper terrā: mulier
circumdabit virū. ⁊ Job ait. Uidi ſolē cum
fulgeret ⁊ lunam incedentem clare: ⁊ leta-

tum eſt cor meū in abſcondito. Dauid vero
ait. Surge dn̄e ī requiē tuā: tu ⁊ archa ſan
ctificationis tue. Sacerdotes eiꝰ induā ſa⸗
lutari: ⁊ ſancti eiꝰ exultatiōe exultabūt. Tūc
ſancti patres dixerūt. Queramꝰ ergo ado⸗
leſcentulā virginē ⁊ ſpecioſam: ⁊ ſtet coraꝫ
rege ⁊ foueat eū: dormiatq̃ȝ in ſinū eiꝰ ⁊ ca
lefaciat dn̄m noſtrū regem. iij. Reg. i. ⁊ ſic
reconcilietur nobis ⁊ faciat pacē. Reſpon
dit Salomon dicens. Mulierēꝫ fortē quis
īueniet? Cui dauid ait. Jurauit dn̄s dauid
veritatē ⁊ non fruſtrabitur eū: de fructu vē⸗
tris tui ponā ſuper ſedē tuā. Reſpondit Sa
lomon illud Cant. vi. Uide vt pulchra ſit:
ſuauis ⁊ decora ſicut hierl'm: terribilis vt ca
ſtrorūꝫ acies ordinata. Cui dauid ait. Os
meū loquetur ſapiētiā: ⁊ meditatio cordis
mei prudentiaꝫ. Et ait ad ſanctos patres.
Uoce mea ad dn̄m clamabo: voce mea ad
dn̄m deprecabor: effundā in cōſpectu eius
oratione meā: ⁊ tribulationē meā ante ipꝫ
pronūciabo. Aperiā in parabolis os meū:
loquar propoſitiones ab initio. Benedicaꝫ
dn̄m in omni tempore: ſemper laus eius in
ore meo. Jn dn̄o laudabitur aīma mea: au
diant manſueti ⁊ letētur. Magnificate do
minū mecū: ⁊ exaltemus nomen eius in id
ipm. Exquirā dn̄m ⁊ exaudiet me: ⁊ ex omi
bus tribulatōnibus meis eripiet me. Uos
autē benedicite deū: ⁊ enarrate oīa mirabi
lia eius. Confitemini ei corā omibus viuē
tibus: quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuā.
Reſpōderūt ſancti patres ⁊ dixerūt. Mit
tat tibi dn̄s auxiliū de ſctō: ⁊ de ſyon tueaṫ
te. Memor ſit dn̄s ſacrificij tui: ⁊ olocauſtuꝫ
tuū pingue fiat. Tribuat tibi ſm̄ cor tuum
⁊ oē ꝯſiliū tuū ꝯfirmet. Letabimur in ſalu
tari tuo: ⁊ in noīe dei nr̄i magnificabimus.
Jmpleat dn̄s oēs petitiōes tuas: exaudiat
te dn̄s in die tribulatōis nr̄e. Tūc dauid in
ſpū ſecꝰ celū aſcēdēs ait. Aꝑite mihi portas
iuſticie: ⁊ ingreſſus ī eas ꝯfitebor dn̄o. Di
xerunt angeli ad ſeinuicē. Ueniūt legati ex
egypto: ꝓueniamꝰ eos ⁊ ſciamꝰ quid q̄rūt
a deo. Et Michael archāgelꝰ ait. Quis eſt
hō q̄ vult vitā: diligit dies videre bonos. ſ.
redemptionis humane. Dauid aūt timēs
ne ſibi ſolito moleſtus fieret: humiliter re⸗
ſpondit dicēs. Obſecro dn̄e deſine ab ira ⁊
derelinque furorē: noli emulari vt maligna
ris. Dixit ei michael. Reuela per me domi⸗
no viam tuam: ⁊ ſpera in domino: ⁊ dabit
tibi petitiones cordis tui. Reſpōdit dauid
dicēs. Eructabit cor meū verbū bonū: dicā
ego opa mea regi. Quis ex vobis deducet
me in ciuitatē munitā? Nōne ipē deꝰ qui re
pulit nos: ipſe dabit nob auxiliū de tribula⸗
tione? Dixit ei michael. Uide ne diutiꝰ gra⸗
nes regē ſermone ꝓlixo. Tu ſcis quoniam
vir linguoſus non diligiṫ in hac terra. Rn̄
dit dauid dicens. Lingua mea calamꝰ ſcri⸗
be: velociter ſcribētis. Tūc ibāt angeli cha⸗
ritate preuenti ad dominū ⁊ dicebāt. Me⸗
mento domine dauid: ⁊ omnis manſuetu
dinis eius. Et ad illos ait dominus. Jnue
ni dauid ſeruūꝫ meū: oleo ſancto meo vnxi
eū. Et veritas mea ⁊ miſericordia mea cū
ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabiṫ cornu eiꝰ.
Reuerſi ſunt angeli ad Dauid dicentes.
Quaſi proximum ⁊ quaſi fratrem noſtrūꝫ
ſic te propoſuimus coram domino. Ueni
ergo ⁊ accede ad deū ⁊ illuminare: ⁊ facies
tua non confundetur. Oculi domini ſuper
iuſtos: ⁊ aures eius in preces coꝝ. Clama
uerunt iuſti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex
omnibus tribulationibꝰ eoꝝ liberauit eos.
Juxta ē dominꝰ his qui tribulato ſunt cor⸗
de: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit. Reſpondit
dauid ad michaelem archāgelum. Factus
ſum ſicut homo nō audiēs: imo ſicut equꝰ
⁊ mulus quibus non eſt intellectus. Uide
domine ne ſileas: ne quādo diſcedas a me
cum fuero in conſpectu dei. qm̄ aduena ego
ſum apud te: ⁊ peregrinus ſicut omnes pa
tres mei. Dixit illi michael. Jntellectum ti⸗
bi dabo ⁊ inſtruaꝫ te in via hac qua gradie
ris: firmabo ſuper te oculos meos. Firme⸗
tur manus tua ⁊ exaltetur dextera tua: qm̄
mīa ⁊ veritas precedent faciem tuam. Jn
troductus ergo dauid tranſiens de hierar⸗
chia in hierarchiā: de ordine in ordinē ꝑue⸗
nit ad tribunal dei vbi reſidebat ſancta tri⸗
nitas perſonarum in vnitate deitatis: quaꝫ
cum aſpexiſſet proſtratus humiliter adora
uit dicēs. Benedicat nos deus deus noſter
benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omēs
fines terre. Cumq̃ȝ eleuaſſet oculos ⁊ aſpi⸗
ceret loci amenitatem ait. Quā dilecta ta⸗
bernacula tua domine virtutum: concupiſ⸗
cit ⁊ defi. a. m. in atri. domi. Elegi abiectus
eſſe in domo dei mei ma. q̄ꝑ ha. in taber. pec
catorum. Beati qui ha. in do. tua do. in ſe.
ſecu. lau. te. Et ait dominus ad dauid. Ego
ſum dominus deus tuus qui eduxi te de ter
ra egypti dilata os tuum ⁊ ego implebo il⸗
lud. Poſtula a me: ⁊ dabo tibi. Dauid

autē cadens in faciē ſuā: iterū adorauit eū
dicēs, Specioſus forma pre filijs hoīm dif
fuſa eſt gratia in labijs tuis. Ecce dn̄e dra
co iſte quem formaſti ad illudendū nobis.
Quāta malignatus eſt inimicus in ſancto
omnia te expectant vt des illis eſcā in tp̄e.
Quia miſc̄diam ꝛ veritatē diligit deus: gra
tiam ꝛ gloriā dabit dn̄s. Non priuabit bo-
nis eos q̄ ambulant in innocentia: dn̄e vir
tutū beatus homo qui ſperauit ī te. Accin-
gere gladio tuo ſuper femur tuū potentiſſi-
me, ꝛ veni ad liberandū nos dn̄e deus vir-
tutū. Oſtēde faciē tuā ꝛ ſalui erimus. Quia
indurata ſunt nobis. Emitte verbū tuū ꝛ li
quefacies ea: ꝛ ſitientibus nobis ad te deū
fontē viuū. Flabit ſpūs tuus ꝛ fluent aque
gratiarū. Stabit aūt regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato circundata varietate: quā
tibi deſponſabis in gaudio. Adducentur re
gi virgines poſt eā: proxime eius afferent
tibi in leticia ꝛ exultatōe. Et ait dn̄s ad da
uid. Omnis gloria eius filie regis ab intus
in fimbrijs aureis. Cui dic. Audi filia ꝛ vi
de ꝛ inclina aurē tuā ꝛ obliuiſcere populuꝫ
tuū ꝛ domuꝫ patris tui. Et concupiſcet rex
decorē tuū. Deus in medio eius non cōmo
uebitur. Adiuuabit eā deus mane diluculo
Reſpondit dauid. Cōfitebor tibi dn̄e in to
to corde meo: narrabo om̄ia mirabilia tua
Narrabo nomen tuū fratribus meis in me
medio eccleſie iuſtorū laudabo te. Reuer-
ſus autē dauid ad ſuos cū gaudio ait. Qui
timetis deū laudate eū: vniuerſuꝫ ſemen ia
cob glorificate eū. Timeat eū omne ſemē
iſrael quoniā non ſpreuit nec deſpexit depre
cationē pauperis. Nec auertit faciē ſuam a
me: ꝛ cū clamarē ad eū exaudiuit me. Viri
liter agite ꝛ confortetur cor veſtrū omnes
qui ſperatis in dn̄o. Et factū eſt conſilium
magnū ante tribunal pacis inter miſericor
diā veritatē ꝛ iuſticiā: ſup myſterio huma
ne redemptionis. Primo locuta eſt miſeri
cordia dicēs. Piū eſt hoī miſero nō valen
ti p ſe ſurgere miſicorditer ſubuenire. Om̄
miſericordie dn̄i multe ſunt nimis. Et mi-
ſericordia dn̄i ab eterno ꝛ vſqꝫ ineternū ſu
per timentes eū. Et loquens ad dominum
ait. Tu exurgens miſereberis ſyon: quia tē
pus miſerēdi eius qꝛ venit tempus. Quia
proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de
celo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus
compeditoruꝫ: ꝛ ſolueret filios interempto
rum. Secūdo locuta eſt veritas dicēs. Do
mine deus virtutū quis ſimilis tibi: potens
es domine ꝛ veritas tua in circuitu throni
tui eſt. Sed tu dixiſti homini: in quacunqꝫ
die comederis ex eo morieris. Cū ergo ſis
deus ꝛ non mentiaris: quia non eſt deus vt
homo vt mentiatur. ergo iſta redemptio fi
eri non poteſt. Reſpondit miſericordia di
cens. Si maledixiſti terre in opere ade: ſal-
tem poteſt fieri nou⁹ homo cui nihil de adā
proueniat. ꝛ ſic per eum poterit fieri redem-
ptio iſta. Nunquid ineternū proijciet deus
aut non apponet vt complacitior ſit adhuc:
aut in finē miſericordiā ſuā abſcidet a gene
ratione in generationē: aut obliuiſcetur mi
ſereri deus: aut continebit in ira ſua miſeri-
cordias ſuas. Veritas ait. Verūtamē vni-
uerſa vanitas omnis homo viuens. Si no
uus homo fieret non maioreꝫ fiduciā in eo
haberē q̄ꝓ in prothoplauſto. Unde ad hāc
redemptionē faciendā nec homo nec ange
lus eſt ydoneus. Miſericordia reſpondit.
Facienda eſt hec miſericordia propter me.
ſi non propter adam immotu que pio affe
ctu coniuncta mihi es: que mihi nunqꝫ de-
fuiſti viſita mecū miſerū hominē. deprime
dyaboli tyrannidē qui tuū hoīem ſeducen
do cōtra te iniurioſe egit. Veritas ait. Ve
re tibi non conſentire aſperuꝫ ꝛ crudele fo
ret: imo nec a me quicqꝫ exigeres. quod nō
ſubito concederē. Juſticia videns veritatē
miſericordie cōſenſiſſe ait. Quid facis o ve
ritas. vide qm̄ nullatenus tibi dimittaꝫ do
nec ſatiſfeceris vſqꝫ ad minimū quadrātē.
Filius dei cui datū eſt omne iudiciū a patre
auditis allegationibus vtriuſqꝫ partis di-
xit. Juſticia dicit pij ſi adā non moriatur.
Miſericordia dicit perij ſi adā miam non
conſequatur. Hec eſt ergo diffinitiua ſnīa
ſup hoc. Fiat mors bona ꝛ habebit vtraqꝫ
qd̄ petit. Obſtupuerūt oēs in verbo ſapiē-
tie ꝛ dixerūt. Quō fiet iſtud: Mors eſt cru
deliſſima: imo amariſſima. qm̄ mors pecca
torū peſſima. quō ergo erit bona: Judex ait.
Mors eſt crudeliſſima peccatorib⁹: iuſtis
vero bona. Nōne mors erit bona ſi ſoluet
debitū ade: ſi aperiet ianuā paradiſi. Que
reſponderunt. Quomodo fiet iſtud: Judex
ait. Si moriatur quis ex charitate qui non
ſit dignus mori. Sermo iſte bonus viſus
eſt. vtpote fidelis ꝛ omni acceptione dign⁹
ſi poterit inueniri innocens qui velit mori
ſuo beneplacito ꝛ non ex debito aut malo
ſuo merito. Veritas circuit per totum orbē

terre: ꝛ nemo inuentus eſt mūdus a ſorde
nec infans vnius diei ſuꝑ terrā. Miſericoꝛ
dia celū omne ꝑluſtrat: ꝛ in angelis mino⸗
rem inuenit charitatē. Tandē redeunt mi⸗
ſericoꝛdia ꝛ veritas que obuiarunt ſibi an⸗
xie plurimū ꝙ non inuenerant ſm̄ latā ſen
tentiā. Tunc iuſticia ꝛ pax oſculate ſunt. ꝛ
pax ait. Uos neſcitis quicꝗ̄ nec cogitatis:
quoniam omnes homines declinauerunt ſi
mul inutiles facti ſunt. Non eſt q̄ faciat bo
num non eſt vſqꝫ ad vnū. Hoc em̄ eſt iudi⸗
ciū. Qui tulit ſententiā ꝛ dedit conſiliū ipſe
ferat ꝛ auxiliū. Filius dei audito iudicio pa
tris ait. Ut video mihi onus ſatiſfaciēdi ꝑ
homine per moꝛtē imponitur. Tunc pater
ait. Omnia in ſapientia fecimus mundū
creando: ſic omnia in ſapiētia faciem⁹ mū⸗
dum reparando. Reſpondit filius. In capi
te libꝛi ſcriptū eſt de me vt facerē volunta⸗
tem tuā deus me⁹: volui. Annunciabo iuſti
ciam tuā in eccleſia magna. Nō abſcondaꝫ
miſericoꝛdiā tuam ꝛ veritatē tuā a conſilio
multo. Holocauſtū ꝛ pro peccato non poſtu
laſti: tunc dixi ecce venio. Et ſic patet quo⸗
modo in tertio cōſilio diffinitū eſt quomo
do fiet iſtud taꝫ altū ſacꝛm̄ incarnationis.

¶ Secūdo fiet iſtud ſacra
mentū incarnationis angeloꝝ miniſterio.
Pater etern⁹ ait filio. Legatū opoꝛtet nos
mittere ad ſponſam qui eā animet ad con⸗
ſenſum ne ſecreta coniugia abnuat deuota
virgo. Cuius pudoꝛ illeſus maneat: atqꝫ ei
epiſtolā ꝛ mandata dirigamus. Reſpon⸗
dit filius dicens. Ita pater. Quoniā ſic pla
citū eſt ante te. Pater autē ait vt dicit Au
guſti. ſermone ꝑmo de annūciatione dñica
Ueni inquit o gabriel miniſter efficito ter
ribilis ſacramēti: abſconditū obſecūda mi
raculū. Ad requiſitionē ꝛ redēptionē errā⸗
tis ade: a meis cogoꝛ deſcendere ſedibus.
Illū em̄ quē ad ymaginē meā creaui: pecca
tuꝫ inueterauit: tabeſcēc quē feci, obfuſcauit
quē plaſmaui decoꝛē. Lupus meū depaſcit
pec⁹. Deſerta eſt paradiſi poſſeſſio. Lignuꝫ
vite ab ignea rumphea ſeruatur. Clauſus
eſt voluptatis agellus. Miſereoꝛ errantis
ꝛ appꝛehendere cupio hoſtem. latere autē
volo omnes celeſtes virtutes: tibi ſoli pan
do ſecretum. Ad virginem mariam perge.
Uade ad animatam ciuitatem: de qua dici
tur. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. va
de ad rationalem meum paradiſum. perge
ad oꝛientalē ſplendidā poꝛtā. vade ad mei
verbi dignū habitaculū. perge ad ſecunduꝫ
in terra celū. vade ꝛ denūcia ei mee pꝛeſen⸗
tie ymbꝛem. perge ad pꝛeparatū mihi ſan⸗
ctuariū. Uade ad ſponſaꝫ incarnationis fi
lij mei mundū thalamum natiuitatis eius.
Loq̄re in aures rationales archana. Pꝛe⸗
para mihi auris introitū: ſed ne conturbes
nec terreas virginis animū vehemēter ſan
ctuariū appara. pꝛimā mei vocē gaudij ꝓ⸗
clama. Tu dicito virgini marie. Aue gra⸗
tia plena. vt miſerear ego malignitati eue.
Audiuit angelus hec ꝛ intra ſe cogitabat
dicens. Stupendū eſt hoc miraculuꝫ: ꝛ oīs
cōſcientie pꝛecellit ſenſum. qui in cherubin
terribilis eſt: ꝛ in ſeraphin inuiſibilis: ꝛ in
omibus virtutibus angelicis incompꝛehē
ſibilis: puelle ſui habitaculi pꝛeſentiā repꝛo
mittit. ꝛ qui euā cōdemnauit eius familiaꝫ
gloꝛificare in tantum cogitur: vt dicat pꝛe⸗
parari ſibi per aurē ingreſſum. ꝛ poteſt vte
rus capere eū qui nō capitur. Hec ꝛ huiuſ⸗
cemodi angelo cogitante ait ad eum dñs.
Quid turbaris ꝛ miraris o gabꝛiel? Nūqd
non pꝛius a me miſſus es ad Zachariā ſa⸗
cerdotē: ꝛ natiuitatē Johānis ei nūciaſti?
Nōne pro incredulitate ſnīam ei ſilentij ꝓ
tuliſti? Nūquid non condemnaſti ſenē ſine
voce eū eſſe faciens? Nunquid non decre⸗
uiſti ego aūt confirmaui? Nunquid nō nū⸗
ciationis tue effectū pꝛoſecutus eſt? Nun⸗
quid non effugata ſterilitate concepit ſteri
lis ꝛ nature vacatio aufugit? Nunquid nō
tunc eſt ſeges illa fertilis facta que iam a⸗
rebat? Nūqd impoſſibile eſt apud me qcꝙ̄
q̄ creaui omnia verbo? Cur ergo ambigis?
Ad hec angelū reſpōdentē audiamus. Do
mine inquit ſanare culpas nature: diſſolue
re paſſionū languoꝛē: defunctionē artus ad
vitalem reuocare virtutem: imparare natu
re pꝛocurationis filioꝛum effectum: ſoluere
ſterilitatem ꝛ vetuſtiſſimoꝛum membꝛoꝛū
vetuſtam ariditatē in viriditatis refoꝛma⸗
re ſtatum. ſterilisqꝫ aruo manipuloꝛum re⸗
pente oſtendere partuꝫ: opus exiſtit tue vir
tutis qđ ex moꝛe ꝑficitur. Teſtis eſt Sar
ra. ꝛ poſt illam Rebecca. ꝛ iterum Anna q̄
miſerie ꝛ ſterilitatis ſimul ſeruiētes a te li⸗
bertatem acceperunt. virginem autem pa⸗
rere que de viro genitura non eſt: ſuperat
omnem legum naturam. ꝛ tuaꝫ quomodo
puelle annunciabo pꝛeſentiam? Te eniꝫ ce
li ꝛ terre non capiūt fines: ꝛ quomodo vte

rus capiet virginalis? Aut quomodo fer-
ret maria ignē deitatis tue ſedis? Et domi-
nus ait. Si leſit ignis preſentia in ſolitudi-
ne rubũ: ledet vtiqꝫ ⁊ mariã mea preſentia.
Si vero ignis ille qui figurauit diuini mei
ignis e celo aduentũ. inflammabat quidē
rubũ: non aũt cõburebat. quod vtiqꝫ dices
de veritate. non in ignis flamma: ſed in ſpe-
cie pluuie deſcendente. Concionãte deo mi-
rantur ſedes: ſtupēt throni: poteſtates oẽs
ac diuini exercitus ſilent. Pater nihilomi-
nus curis nuptialibus occupatus inſtat vo-
tis. Vade inquit gabriel ⁊ celeri raptu no-
ſtra iuſſa perfice: ethereas rũpe ſedes: atqꝫ
antiquũ pro ſeculo conſiliuꝫ virgini noſtre
defer marie. Hec incolit menia parua naza-
reth. Anguſta quidē illi domus: ſed celi pa-
latia patent. Cui ego vnicũ meũ quo alter
charior nemo eſt. ⁊ vt plenius dicã alteruꝫ
me donare volo ⁊ vt ſit illa mater cui ſum
ego pater. Ac ne dubitet fiēda que mando
ſpiritus implebit aluũ: viſcera celeſtis au-
ra fouebit. Erit illa ſine marito mr̃: cui ſum
ego ſine coniuge pater. Sic mundo ſuccur-
rere volo: tibi inquit hec munera dono. Iã
non dicatur viuentiũ mater eua: ſed maria
det accipietqꝫ fidē: ⁊ arras illi celeſti mune-
re dabis. ſed regna promitte: ipius erit to-
tũ cuius filius poſſidet celũ. Hec ergo cun-
cto celitus audiente ſenatu: Pater gabrie-
li mandata dabat. Sꝫ ille fulmineos obtu-
tus atqꝫ ora tonãtia pauens. archanis pa-
rat parere tremefactus imperijs: moxqꝫ vo-
latu rapido ſecat axem aſtriferuꝫ nubeſqꝫ
profundas celer adit. Ipſe per medios ce-
li ſinus: flammineos artus vibrans: ignito
aere fertur donec extrema in tecta radiãs
magno lumine coruſcãs intraret. Hec au-
guſtinus. Et ſic pꝫ quõ fiet iſtud tã altũ ſa
cramẽtũ dñice icarnatõis ãgelorum miſterio

Tertio fiet iſtud tam al-
tum ſacrm̃ dñice incarnatiõis virginis ob
ſequio. Unde Aug. in quodã ſermone in-
troducit beatã virginē ſic loquentē. Eram
inquit maria i domo mea puella iudea: ex
ſemine David regis generata. Adulta fa-
cta ſum ⁊ deſponſata. Deſponſata ſum con
iugi ⁊ placui alteri non interueniente adul
terio: ſed intercedēte ſpirituſancto. Deſpon
ſata ſuꝫ homini iudeo: ⁊ placui homini deo
Deſponſauit me vir iudeus: ⁊ amauit me
xp̃s deꝰ. Ignorauit q̃dē ioſeph ſpõſus meꝰ
ꝙ me adamaſſet deus meꝰ: ⁊ putauit ꝙ de
adulterio imp̃gnatꝰ eſſet venter meꝰ. Nãqꝫ
ignorante ioſeph ſponſo meo venit ad me
quidã magnꝰ xp̃i panimphus: nõ patriar-
cha primꝰ aut pp̃heta egregiꝰ. Sed gabriel
archangelus: facie rutilãs: veſte coruſcãs
ingreſſu mirabilis: aſpectu terribilis: ⁊ viſi-
tauit me. Hec ille. Beata virgo in domo cõ
ſiſtens erat aſſociata duodecim puellis vir
tuoſis q̃ notant̃ in euangelio hodierno in-
ſtruẽtes eã in tã alto sacro. Prĩa fuit dña
ſecreta: que inſtruebat beatã virginē vt me
ditaret̃ ea q̃ ꝯtinebant̃ in illo pſ. Bñdixi-
ſti domine terrã tuã: auertiſti captiuitateꝫ
iacob. Remiſiſti ⁊c. Mitigaſti ⁊c. Cõuer
te nos ⁊c. Nunq̃d ineternũ ⁊c. Deꝰ tu con-
uerſus ⁊c. Unde nobis dñe ⁊c. Et ait dña
ſecreta. O ſi veniret angelꝰ gabriel q̃ ſecre-
ta myſteria dei nob̃ reuelaret. Hic eñ tria
magna hꝫ officia. Prĩo aſſiſtit añ deũ. Lu-
ce. i. Ego ſum angelus Gabriel qui aſſiſto
ſemper ante deũ. Scõo eſt victor in prelijs
Unde Gabriel prelijs prepoſitus eſt. Iõ
fortitudo dei interp̃tat̃ vt dicit glo. Dañ.
viij. Tertio reuelat ſecreta. Dañ. viij. Ga-
briel fac iſtã itelligere viſionē. Cũqꝫ ſic me
ditaret̃ ecce angelꝰ gabriel miſſus a deo in
ciuitatem galilee cui nomen nazareth: pul
ſabat ad hoſtiũ. Statimqꝫ dña ſecreta cu-
currit ad hoſtiuꝫ: nec ſubito aperuit: ſed per
ſpeculaꝫ aſpiciens ait. deo gratias. ⁊ ange
lus ait ſemper. Interrogauit dña ſecreta.
Pacificus ne ingreſſus tuus? Reſpondit
angelus. Ego ſum gabriel angelus miſſus
nunciare totius mundi ſalutē deferens ade
reuocationis conſcriptũ: miſſus ad anima-
tũ regis angelorum palatiũ preparare mũdũ
ſponſo thalamũ: miſſus miles referans re
gis ſecretũ: quod cognoſcit̃ fide ⁊ non diſ-
cuſſione quod deifice glorificatur ⁊ non in-
ueſtigatur miſſus ad virginem deſponſatã
viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid
⁊ nomē virginis Maria. Beata virgo ait
Audiã quid loquatur in me dominus deꝰ:
qm̃ loquet̃ pacē in plebē ſuã. Et ſup ſctõs
ſuos ⁊c. vſqꝫ gl̃ia in terra nr̃a. Et tunc dña
ſecreta ap̃uit hoſtiũ. Scda fuit dña intelli-
gentia: que inſtruebat beatam virginem vt
peteret intellectum eorum que legebat. vnde
ipſa dicebat. Da mihi itellectũ ⁊ ſcrutabor
legem tuam. Qm̃ declaratio ſermonũ tuo
rũ illumĩat: ⁊ intellectũ dat puulis. Et ſubi
to angelus ingreſſus ad eã dixit. Aue gr̃a

plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulierib⁹.
Aue ſponſa dei genitrix īmaculata.aue aīa
tum templū dei.aue ſacrariū ſpiritusſancti.
dn̄s tecū in corde:dn̄s tecuꝫ in vtero: dn̄s
tecū in auxilio. Tertia fuit dn̄a erubeſcētia
que inſtruxit beatā virginē ne ſtatim rn̄de
ret. ideo cū audiſſet turbata eſt in ſermone
ei⁹ ⁊ cogitabat qualis eſſꝫ iſta ſalutatio.qꝛ
pudicicia hꝫ verecūdiā honeſtatis. Turba
ta eſt in introitu angeli cogitans ꝙ ſic be/
nedixerit ei que modeſtū retinens apud ſe
ꝓpoſiti ſancti ſilentiū ⁊ incognitū hn̄s viri
ſe colloquiū. Stupet angelo ſalutāte:ſibiqꝫ
taliṫ bn̄dicēte: nō tn̄ ē auſa ꝑuenire loquē/
tem. Turbata eſt em̄ non turbatione impa
tientie:ſed verecūdie ⁊ pauoris ⁊ admira/
tionis ꝓpter īmēſitatē luminis.qꝛ expaue/
ſcit virgo de lumine ꝓpter nouā ⁊ inſolitaꝫ
ſalutationē. Quarta fuit dn̄a taciturnitas
que inſtruebat beatā virgineꝫ vt cogitaret
intra ſe altitudinē ꝯſilij diuini ſuper ſalute
generis humani. O annunciatio mirifica.
O ſalutatio ꝑegrina plenitudinis copiam
portans ⁊ virgineū corpus illuſtrās.preue/
niens itaqꝫ iudicē:preco tā preclar⁹ ⁊ mirꝗ.
feſtinus prepat vt in pretorio virginitatis
ſuſcipi poſſit de⁹ maieſtatꝭ. Cogitabat nāqꝫ
beata virgo qualis eſſꝫ iſta ſalutatio: quia
de plenitudine ipius debebāt accipe vniuer
ſi captiui redēptionē.triſtes ꝯſolatiōeꝫ.pec
catores veniā.iuſti grām.angeli letitiā.de/
niqꝫ tota trinitas gliam. fili⁹ dei carnis hu/
mane ſubſtantiā. Quinta fuit dn̄a timoro
ſa: q̄ inſtruebat beatā virginē ne cito aſſen/
tiret his verbis. Salutat angelus puellam
viri ſalutatiōis ignarā.terreṫ virgo nouita
te verboꝝ.ad quā āgel⁹. Ne timeas maria
Ne inq̄t aſpectu meo mater dn̄i mei terre/
aris. Ego ꝯceptionis tue miniſter adueni:
non vt virginitatē amittas interueni. Ipſe
me miſit ad te qui eſt naſcitur⁹ ex te. Ideo
dicit dn̄a timoroſa. Hic eſt bon⁹ angel⁹ con
fortās ⁊ letificās. Sexta fuit dn̄a hōeſtas:
que inſtruebat beatā virginē vt ſtaret cuꝫ
oculis depreſſis ad terrā ⁊ cū multa mode
ſtia. Tanta eniꝫ fuit honeſtas ei⁹ vt nemo
vnq̄ꝫ tēptationē vllā carnis de ea habuerit
Nihil em̄ in maria toruuꝫ in oculis:nihil in
verbis procax:nihil in actu inuerecūdū:nō
geſtus fractior:nō inceſſus ſolutior:nō vox
ꝑtulātior. Ne timeas maria neqꝫ expaueſ/
cas ṽgo ꝑtū:neqꝫ metuas neqꝫ formides
multū inexꝑta;tm̄ crede ⁊ cōcepiſti;ama ⁊
ꝑperiſti. Qm̄ inueniſti grām apud deum:
Quā gratiaꝫ: Dei ⁊ hoīm pacē:mortis de
ſtructionē:vite repationē. Concipies em̄ ⁊
paries filium:non cuiuſlibet meriti hoīem
ſed totius ſecli ſaluatorē. Recole maria in
libro Eſaye ꝓphete virginē quā parituraꝫ
legiſti ⁊ gaude ⁊ exulta: qꝛ tu eſſe meruiſti
tu ibi ꝑfigurata es virgo . Ecce tu in vtero
ꝯcipies:nō de viro:ſꝫ de ſpiritusſancto.graui
da eris ⁊ incorrupta manebis . Paries q̄/
dem filiū: ⁊ virginitatis non patieris detri/
mentū.efficieris grauida: ⁊ eris mater ſem
per intacta. Septima fuit dn̄a prudentia q̄
inſtruebat beatā virginē vt ſic prudēter re/
ſponſionē temperaret ꝙ hoc fieri poſſe non
dubitaret:ſꝫ de modo fiēdi interrogaret.iō
ipſa ait. Quō fiet iſtud:qm̄ virū nō cogno
ſco: habebo filiū ⁊ neſcio virū.portabo fetū
que fugio partū. Quō vacuo vtero genera
bo: vnde prebebo lac labijs infantis ſuge/
re poſtulātis: Octaua fuit dn̄a virginitas:
q̄ inſtruebat beatā virginē vt qd̄ ſemel deo
deuouerat ꝑpetuo obſeruaret. ꝓpterea an/
gelus ait. Noli expaueſcere:noli de tue vir/
ginitatis ꝑmanentia ſollicitudineꝫ gerere.
Intacta manebis:de ꝓle gaudebis:ſine cō
iunctione mortalis viri efficieris nur⁹ altiſ/
ſimi.ꝑinde nō eſt qd̄ metuas:ſꝫ inde eſt qd̄
gaudeas. Tūc em̄ dolor ſequereṫ partum
ſi ꝑcederet libido ꝯceptū. Nūc ṽo ſpūſſan/
ctus ſupueniet in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obum
brabit tibi.i.refrigerabit tibi ſub vmbracl̄o
ſpūſſcti.ne in feruore ꝯcupiſcētie torrearis
Erit in te ꝯceptio: ⁊ nō cōcupiſcētie libido.
Nō em̄ erit eſtus vbi vmbrā faciet ſpūſſan
ctus. Nona dn̄a fuit obediētia:q̄ beatā vir
ginē inſtruebat:tā grandi ſacramēto aſſen
ſum ꝑbere dicēs. O btā maria ſeculū om̄e
captiuū:tuū depcaṫ aſſenſum. Te de⁹ nun/
cio ſue fidei aſſiſtere fecit. Noli morari vir/
go nūcio:feſtināter rn̄de verbū ⁊ ſuſcipe fi
liū. Tunc maria ſic ſalutata ſic ꝯfortata ſic
de magnifica ꝓle letificata:ſic de pudore cer
tificata. Ecce ſtatim ſurrexit: genua in ter/
ram fixit:terrā oſculata fuit:oculos ad celū
leuauit:brachia ad celuꝫ extendit. Et ſic cū
magno gaudio dixit . Ecce in quo notatur
promptitudo obedientie. Decima fuit dn̄a
humilitas que inſtruebat beatam virgineꝫ
vt de ſe non alta ſaperet dicens. O venerā/
da virginitas. O predicāda humilitas ab
angelo mater domini appellaris:ſed te an/
cillam domini ꝯfitearis;ideo ipſa ait. Ecce

ancilla dñi tanq̄ diceret. Paratū cor meū
deus: q2 intactus pmanet vterus me⁹. Re
ſpexit em̄ hūilitatē ancille ſue. Venit ergo
manſuet⁹ implens celos: tanſiliens per hu-
milem ad ſupbos: ꝛ celos non derelinquēs
vt inflatos tumore ſuperbie appoſito humi
litatis remedio mitis medicus ipe curaret.
Venit em̄ manſuet⁹ ꝛ mitis ſedens ſup nu
bem leuem. i. ſup mariā humilē. Undeci-
ma fuit dñā deſideroſa: que inſtruebat bea
tam virginē: vt adimpleret deſideriū ſancto
rum patrū dicentiū illō Eſa. xlv. Rorate ce
li deſuper: ꝛ nubes pluant iuſtū. aperiat̄ ter
ra ꝛ germinet ſaluatorē. Naȝ deſideriū pau-
perum exaudiuit dñs: preparationē cordis
eorū audiuit auris tua. Ideo ipa ait. Fiat
mihi. Duodecima fuit dñā fidelis q̄ inſtru
ebat beatā v̄ginem vt verbis angeli crede
ret. Vñ ipſa ait. Contingat mihi o gabriel
archangele ſm verbū tuū: veniat ad cubicu
lum ſuū: qui in ſole poſuit tabernaculū ſuū.
Oriatur mihi v̄gini pmanēti ſol iuſticie: in
cui⁹ pennis eterna permanet ſanctitas, cui
perpetua caſtitate floreſcens mea pduret
integritas. Egrediat̄ ſicut ſplendor iuſtus
ꝛ ſaluator vt lampas accēdat̄. pcedat iam
ſponſus de thalamo ſuo: q2 ſecura facta ſuȝ
de pposito meo. Nec dū reuertit̄ nunci⁹: et
virginalē thalamū ingreditur xp̄s. efficitur
ſub typo pregnans beata dei genitrix: ꝛ cun
cta per ſecula p̄dicat̄. ſine mora vt aſſenſus
v̄ginis pandit̄: celeſtis ſponſus immacula-
tum corpus ingredit̄: ꝛ qui toto mūdo non
capitur puelle intacte mēbris infundit̄. Cre
didit monita qō audiuit: meruit ſanctificata
qō credidit. deniq3 tm̄ ſe ad celi faſtigia ſub
leuauit. vt verbū apud deū in p̄ncipio. i. dei
filiū de ſumma celi arce ſuſciperet. ꝛ ſic p3.
Quomodo fiet iſtud tam altū ſacramentū
dñice incarnatiōis virginis arbitrio.

¶ Quarto fiet iſtud tam al-
tum ſacramentū dñice incarnatōnis deuo-
torū obſequio. Mox em̄ vt beatiſſima vir-
go angelo aſſenſum prebuit. Spiritusſctūs
in eam deſcendit: que filiū dei cōcepit. Tūc
populus ſanctoꝝ patrū qui erant in lymbo
viderunt lucē magnā. Eſa. ix. Populus qui
habitabat in tenebris vidit lucem magnā.
Habitantib⁹ in regione vmbre mortis: lux
orta eſt eis. Et letati ſunt gaudio magno.
Surrexerūt aūt q̄ttuor pphete cōfortātes
ꝛ animātes oīes q̄ erant in lymbo. Pri-
mo ſurrexit Moyſes ꝛ ait. Manna deſcen
dit de celo gaudeant oēs eſurientes. Se
cundo Dauid dicēs. Exortū eſt in tenebris
lumē rectis corde: miſericors ꝛ miſerator ꝛ
iuſtus dñs. gaudeant omnes egrotantes.
Tertio Salomon dicēs. De vinea celi bo
trus erupit. gaudeant oēs ſitiētes. Quar
to Daniel dicens. Lapis ſine manib⁹ de mō
te preciſus eſt. gaudeant fideles credentes
miſerūt aūt legatos ad beatā v̄ginē qui gra
tias egerūt ꝛ benedixerūt eam vna voce di
centes. Tu gloria hieruſalē. tu leticia iſrael.
tu honorificētia populi noſtri que feciſti vi-
riliter: ꝛ confortatū eſt cor tuū: eo q̄ caſtita-
tem ſeruaueris: ꝛ manus dñi cōfortauit te.
ideo eris benedicta in eternum. Judith. xv.
Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm ꝛc̄
vſq3 Abrahā ꝛ ſemini eius in ſecula. Amē.

In feſto reſurrectōis dñi Sermo xxiiij.

V Iderūt iuuenē ſedē
tem in dextris. Marc. vlti. ꝛ in
euangelio preſentis ſolēnitatis.
Act. x. dr̄. Hūc de⁹ ſuſcitauit tertia die ꝛ de
dit eū manifeſtū fieri nō oīmi pplo: ſed teſti
bus preordinatis a deo. Sup quo talē mo
ueo queſtionē. Utrū xp̄s reſurgēs virtuoſe
reſurrexerit etiā glīoſe. Ad iſtā q̄ſtionē re
ſpondēt duo doctores noui teſtamēti. Pri
mus eſt Paul⁹. Phil. iij. Reformabit cor-
pus humilitat̄ noſtre configuratū corpori
claritatis ſue ꝛc̄. Secūdus eſt ſanct⁹ Tho.
iij. parte. q. liiij. arti. ij. vbi dicit ſic. Corp⁹ xp̄i
in reſurrectione fuit glorioſū. Et hoc appa
ret triplici rōne. Primo quidē q2 reſurre-
ctio xp̄i fuit exemplar ꝛ cauſa noſtre reſur-
rectionis, vt habet̄. i. Cor. xv. Sancti autē
in reſurrectione habebūt corpa glorioſa. ſic
dicit̄ ibidē. Seminat̄ in ignobilitate ſurget
in gloria. Vñ cū cauſa ſit potior cauſato, et
exemplar exemplato. Multo magis corp⁹
xp̄i fuit glorioſū in reſurrectiōe. Qui em̄ ē
cauſa ſalutis alioꝝ etiā ipe debet ſalutē cō-
ſequi. Sicut legit̄ de Raab meretrice. Jo-
ſue. vi. ꝛ de obſtetricib⁹ iudeorū in egypto.
Exo. i. Secundo q2 p hūilitatē paſſionis
meruit gloriā reſurrectiōis. Unde ꝛ ipſe di
cebat Joh. xvij. Nunc aīa mea turbata eſt:
qō ptinet ad paſſionē. ꝛ poſtea ſubdit. Pat̄
clarifica filiū tuū. in quo petit gloriā reſurre
ctionis. Unde oportet humilē exaltari ꝛ cū
te cōſumptū putaueris vt lucifer orieris. vt
patet de Joſeph qui vendit⁹ ꝛ humiliatus

ſu͛ compedibꝰ. ſubito factus eſt rex egypti ⁊
fratrũ liberatoꝛ: ⁊ in curru aureo ductꝰ: vbi
ſicut ſol reſplenduit vultus eiꝰ. Tertio qꝛ
a ꝓncipio ſue conceptõis aĩa xp̄i fuit glorio
ſa ꝑ fruitionẽ diuinitatis ꝑfectã. Eſt aũt diſ
penſatiue factum vt ab aĩa gloria nõ redũ-
daret in corpꝰ. ſcȝ ad hoc ꝙ miſteriũ noſtre
redemptõnis ſua paſſione impleret. ⁊ ideo
ꝑacto hoc miſterio paſſiõis ⁊ mortis xp̄i
gl͞ia xp̄i ſtatim in corpꝰ in reſurrectiõe reſũ-
ptum ſuã gloriaȝ redundauit ⁊ deriuauit:
⁊ ita factũ ẽ corpꝰ illud glorioſuȝ. hec Tho.
Sciendum ꝙ reſurrectio xp̄i fuit glorioſa
quantũ ad quattuoꝛ. Primo qꝛ xp̄s ĩmoꝛ
talis reſurrexit. Cũ eñ reſurrectio ſit repara
tio a morte in vitã. Perfecta reſurrectio eſt
quãdo aliq̃s eripit͛ nõ ſolũ a morte ſed etiã
a neceſſitate ⁊ poſſibilitate moriendi. Et ſic
xp̄s reſurgẽdo ꝑuenit ad vitaȝ penitꝰ ĩmoꝛ
talem. ſꝫm illud Rom. xi. Xp̄s reſurgẽs ex
mortuis iam nõ morit͛: moꝛs illi vltra non
dominabit͛. Secũdo qꝛ xp̄s reſurrectionẽ
ſuã cauſauit. Job. x. Nemo tollit aĩam meã:
ſed ego pono eam ⁊ iterũ ſumo eam. Natu-
ralis oꝛdo rerũ diuinitꝰ inſtitutꝰ hoc habet:
vt quelibȝ cauſa ꝓmo operet͛ in id qd̄ eſt ſi-
bi ꝓpinquũ. ⁊ per id operet͛ in alia magis
remota. Sicut ignis ꝓmo calefacit aerẽ ꝓ-
pinquũ ꝑ quẽ calefacit coꝛpoꝛa diſtincta: et
ipſe deꝰ illuminat ꝓmo ſubſtãtias ſibi pro-
pinquas ꝑ quas illuminat magis remotas
vt Diony. dicit. xiij. Cel. iere. Et ideo verbũ
dei primo attribuit vitam ĩmoꝛtalẽ coꝛpori
ſibi naturalit͛ vnito: ⁊ ꝑ ip̄m operat͛ reſurre
ctionẽ in om̄ibꝰ alijs. Tertio qꝛ reſurrectio
bū q̄ntū ad aīam. Math. xxvi. Mittēs hec
mulier vnguentū hoc in corpus meū ad ſe
pelienduꝫ me fecit. Et pš. Tollite portas p̄n
cipes vr̄as ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ i
troibit rex glie. Dextrū eſt reſurrectio. Lu
ce vlti. Oportebat xp̄m pati ⁊ reſurgere a
mortuis tertia die. Siniſtrū eſt paſſio vſq̄
ad mortē. Unde Aug. lib. xiij de trini. dicit.
Sanande noſtre miſerie ꝯuenientior modꝰ
aliꝰ non fuit ꝙ̄ p xp̄i paſſionem ⁊ mortem.

Octauo euacuatum eſt
ſcandalū crucis xp̄i virtutuꝫ moderatione.
Primo per crucē intellectualē. cuiꝰ ſublimi
tas eſt ſapia q̄ ꝯſiderat altiſſimas cauſas.
vt dr̄. i. Macha. Un̄ ꝯuenient iudicat ⁊ or
dinat de oībus: q2 iudiciū ꝑfectū ⁊ vl'e ha-
beri non pōt niſi p reſolutionē ad primas
cāſ. ꝓfundū eſt ſcientia q̄ eſt de ꝯcluſioībꝰ
demonſtratis ex p̄ncipijs. dextrū eſt intelle-
ctus q̄ eſt habitꝰ principioꝝ ſm̄ ſe ꝯſidera-
toꝝ. Siniſtrū eſt ꝯſiliū qḋ ꝑficit rōneꝫ pra-
cticā. Scd̄o p crucē moralē. cuius ſublimi-
tas eſt prudētia q̄ ꝑficit rōneꝫ. ꝓfundū eſt
tp̄antia q̄ ꝑficit ꝯcupiſcibilitatē. dextrū eſt
iuſticia q̄ ꝑficit volūtatē. ſiniſtrū eſt fortitu
do q̄ ꝑficit iraſcibilitateꝫ. Tertio p crucem
tranſformalē p quā hō ſupra rōnem extol-
litur. cuiꝰ ſublimitas eſt virtꝰ exēplaris per
quā hō ad diuina ſe trahit ꝙ̄tū pōt. Mat.
v. Eſtote perfecti ſicut pať vr̄ celeſtis perfe
ctus eſt. Profundū eſt virtꝰ politica p quā
viri boni reipublice ꝯſulūt: vrbeſq̄ tuētur.
Dextrū eſt virtꝰ purgati animi q̄ terrenas
cupiditates nō reprimit: ſꝫ penitꝰ obliuiſciť
⁊ poſſeſſiones nō vincit: ſꝫ penitꝰ ignorat. ſi
niſtrū eſt virtꝰ purgatoria q̄ quadā huma-
noꝝ fuga ſolū ſe ingerit diuinis. Un̄ Aug.
dicit li. xix. de ci. dei ꝙ ociū ſanctū q̄rit chari-
tas veritatis: negociū iuſtū ſuſcipit neceſſi
tas charitatis. quā ſarcinā ſi nullus īponit
ꝑcipiēde atq̄ intuēde vacandū eſt verita-
ti. ſi aūt imponiť ſuſcipiēda eſt ꝓpter chari
tatis neceſſitatē. Quarto p crucē doctrina
lē cuiꝰ ſublimitas ē ſpes q̄ ē ad caput cruci-
fixi: q2 bn̄ ſꝑantiū ſuꝑna expectatio eſt. ꝓ-
fundū eſt gr̄uita gr̄a q̄ mēti occulte a deo in

funditur. Dextrū eſt bona opa. ſiniſtrū eſt
perſeuerātia in bono opere. vt Aug. dicit
libro de gratia veteris teſtamenti.

Nono euacuatū eſt ſcan
dalū crucis xp̄i pctōꝝ recōciliatiōe. Primo
p crucē vniuiuā. cuiꝰ ſublimitas eſt repatio
ruine angelice. Col. i. Pacificās p ſangui-
nē cruc̄ eiꝰ ſiue q̄ in celis ſiue q̄ in terris ſūt
Profundū eſt liberatio ſctōꝝ patrū de lym
bo. Zach. ix. Tu quoq̄ in ſanguine teſti tui
emiſiſti vinctos de lacu in quo nō erat aq̄.
dextrū eſt vocatio vtriuſq̄ ppl'i. ſ. iudayci ⁊
gētilis. Criſo. eni dicit ꝙ xp̄s in cruce expā
ſis manibꝰ moriť vt altera manu veterem
ppl'm: altera eos q̄ ī gētibꝰ ſunt trahat. ſini
ſtrū eſt ꝯtinuatio redempti ppli. Joh. xvij.
Pr̄ ſctē ſerua eos in noīe tuo quos dediſti
mihi vt ſint vnū ſicut ⁊ nos. Scd̄o per cru
cem iuſtificatiuā. ſ. pnīe. cuiꝰ ſublimitas eſt
amor dei quē offendiſti. ꝓfundū ē dolor ꝓ
gr̄a quā amaſti. dextrū eſt timor mortis ad
quā curris. ſiniſtrū eſt horror pene ad quā
trāſcurris. Tertio p crucē mortificatiuam
cuiꝰ ſublimitas eſt mortificatio ꝓprie volū
tatis. Gal. ij. Viuo ego iā non ego ſꝫ viuit
in me xp̄s. ꝓfundū immortificatio carnis.
Gal. v. Qui aūt ſunt xp̄i carnē ſuā crucifi-
xerūt cū vitijs ⁊ concupiſcētijs. dextrū eſt
mortificatio in mūdanis. Gal. vlti. Mihi
mūdus crucifixꝰ eſt ⁊ ego mūdo. ſiniſtrū ē
mortificatio in naturalibꝰ. Apl's. Mihi vi
uere xp̄s eſt ⁊ mori lucrū. Quarto p crucē
gratificatiuā. ſcꝫ p iuſtificationē impij. cuiꝰ
ſublimitas eſt gratie infuſio. ꝓfundū eſt re
miſſio culpe. dextrū eſt motus liberi arbitrij
in deū ipm̄ ſequēdo. ſiniſtrū eſt motꝰ liberi
arbitrij in pctm̄ ipm̄ deteſtādo. pš. Dixi cō
fitebor adūſum me iniuſticiā meā dn̄o ⁊c.

Decimo euacuatum eſt
ſcandalū crucis ſpūali innouatiōe. Primo
p crucē originatiuā. cuiꝰ ſublimitas eſt nati
uitas ſpūalis. Joh. iij. Niſi q̄s renatꝰ fuerit
ex aq̄ ⁊ ſpūſctō nō pōt introire in regnū dei
Profundū eſt natiuitas corpalis. Joh. iij.
Nūq̄d pōt hō iterato introire in ventrē ma
tris ſue ⁊ renaſci. dextrū eſt natiuitas ex ma
trimonio. Geñ. ij. Creſcite ⁊ multiplicamini.
ſiniſtruꝫ eſt natiuitas ex adulterio. hi mōi
fuerunt in patribus vn̄ eſt genealogia xp̄i.
Math. i. Scd̄o p crucē pegrinatiuā. cuius
ſublimitas eſt poſſe nō peccare. ſ. in ſtatu in

nocentie. ꝓfundū eſt nō poſſe. ſ. ſub origina li. dextrū ē nō poſſe peccare. ſ. in ſtatu glīe. ſiniſtrū ē poſſe peccare. ſ. in ſtatu grē. vt decla rat mgr̄ lib. xi. ſniarum. Tertio per crucē re ſtauratiuā cuiꝰ ſublimitas ē diuina inſpira tio. Apoc. iij. Ego ſto ad hoſtiū ⁊ pulſo. Et pſ̄. Audiā qd loquat̄ in me dn̄s deꝰ meus. ꝓfundū eſt ꝯtritio cordis. Joel. ij. Scindi te corda vr̄a ⁊ ꝯuertimini ad dn̄m deū vr̄z ⁊c̄. dexterū eſt ꝯfeſſio oris. Jaco. v. Cōfitemini alterutrū pc̄tā vr̄a ⁊ orate ꝓ inuicē vt ſalue mini. Siniſtrū eſt ſatiſfactio opis. Lu. xix. Si qd aliquē defraudaui reddo q̄druplū. Quarto ꝑ crucē defectiuā; cuiꝰ ſublimitas ē amor dei. ꝓfundū eſt amor ꝓximi. dextrum eſt amor ſui. ſiniſtrum eſt amor inimici.

Undecimo euacuatū eſt ſcandalū crucis xp̄i aīe beatificatiōe. cuius ſublimitas ē clara ⁊ meridiana viſio dei in patria. Jo. iij. Scimꝰ qm̄ cū appuerit ſil̄es ei erimꝰ ⁊ videbimꝰ eū ſicuti eſt. deorſum eſt viſio veſpertina rerū in ꝓprio gn̄e. dextrū ē cōprehenſio. i. Cor. ix. Sic currite vt cōpre hendatis. ſiniſtrum eſt ſempiterna fruitio ⁊ delectatio. pſ̄. Delectationes in dextera tua vſq̄ in finem.

Duodecimo euacuatum eſt ſcandalū crucis xp̄i corporis glorificatio ne. cuiꝰ ſublimitas eſt claritas. ꝓfundū eſt agilitas. dextrū eſt impaſſibilitas. ſiniſtrū eſt ſubtilitas. q̄ ſunt q̄ttuor dotes corporis glorificati in reſurrectione. Lignū aūt cruc̄ xp̄i lȝ diu ſub terra latuerit. tn̄ hodie clarū ſplendeſcit ꝓpt̄ mlt̄a. Prio qr regina ſaba illud p̄uidit. Scdo qr xp̄s ſuo cruore illud decorauit. Tertio qr cōſtatino in celo oñſuȝ fuit. Quarto qr helena illud repiens orna uit. qr reptor ꝑ martyrij palmā triūphauit Sexto qr fidelis ꝑ hoc ſignū dyabolū effu gauit. hec oīa patēt ī legēda huiꝰ diei. Et ſic pȝ quō ꝑ inuentionē cruc̄ xp̄i euacuatū eſt ſcandalū eiꝰ. hic ꝑ grām: tādē ꝑ glīaȝ. amē.

In feſto corone domini Sermo. xxxi.

Exiuit ieſus portās coronā. Jo. xix. ⁊ in euāgelio p̄ ſentis ſolēnitat̄. Apl̄s ad Col̄. ij. dic̄ ſic. Eſtis ī illo repleti q̄ eſt caput oīs ꝑncipatꝰ ⁊ ptāt̄. Sup q̄ moueo talē q̄onē. Utrū xp̄s q̄ electos ī glīa celeſti coronat ſit caput ecclīe ꝑ grāȝ q̄ ipaȝ decorat. Ad iſtā q̄onem r̄ndet duo doctores noui teſti. Pri mꝰ ē btūs paulꝰ Eph. i. dicēs ſic. Oīa ſubie ciſti ſub pedibꝰ eiꝰ. ⁊ ipm̄ dedit caput ſupra oēm ecclīaȝ q̄ ē corpꝰ ipiꝰ ⁊ plenitudo ipiꝰ. qr oīa in oībꝰ adimpleuit. Scd̄s ē ſcūs Tho. iij. pte. q. viij. art̄. i. dicēs ſic. Sic tota ecclīa dr̄ vnū corpꝰ myſticū ꝑ ſilitudinē ad corpꝰ naturale hoīs ſm̄ ꝙ diuiſa mēbra hn̄t diuer ſos actꝰ. vt apl̄s dic̄. Rom. xij. ⁊ i. Cor. xi. Jta xp̄s dr̄ caput ecclīe ſm̄ ſilitudinē hūa ni capit̄. ī q̄ tria poſſumꝰ ꝯſiderare. ſ. ordinē ꝑfectiōeȝ ⁊ vtutē. Ordinē: qr caput ē pria ps hoīs īcipiēdo a ſupiori. Et inde ē ꝙ oē p̄ncipiū ꝯſueuit vocari caput. ſm̄ illō Jer. ij. Ad om̄e caput me poſuiſti lupanar tibi. Perfectiōeȝ āt: qr ī capite vigēt oēs ſenſus ⁊ interiores ⁊ exteriores. cū in ceteris mē bris ſit ſolꝰ tactꝰ. ⁊ inde ē qō dr̄ Eſa. xi. Se nex ⁊ honorabil̄ ipſe ē caput. Uirtutē vo: qr virtꝰ ⁊ motꝰ ceteroꝝ mēbroꝝ ⁊ guberna tio eoꝝ ī ſuis actibꝰ ē a capite ꝓpt̄ vim ſen ſitiuā ⁊ motiuā ibi dn̄anteȝ. vn̄ ⁊ rector dr̄ caput ppl̄i. ſm̄ illō. i. Reg. xiij. Cū eēs puu lus ī ecclijs tuis caput ī tribubꝰ iſrl̄ factꝰ es Hec aūt tria cōpetūt xp̄o ſpūalr̄. Prio eni ſm̄ ꝓpinq̄tatē ad deū grā xp̄i altior ⁊ prior ē. ⁊ ſi nō tpe: tn̄ dignitate. qr oēs alij accepe rūt grām ꝑ reſpectū ad grām ipiꝰ. ſm̄ illud Rom. viij. Quos p̄ſciuit hos ⁊ p̄deſtina uit ꝯformes fieri ymagini filij ſui vt ſit ipe p̄genitꝰ in mult̄ frībꝰ. Scdo vo ꝑfectionē hȝ q̄ꝫtū ad pleitudinē oīm grārū. ſm̄ illud Jo. i. Uidimꝰ eū plenū grē ⁊ vitat̄. Tertio vtutē hūit influēdi grāȝ ī oīa mēbra ecclīe ſm̄ illō Jo. i. De pleitudīe eiꝰ oēs accepimꝰ Sciēdū ꝙ oēs electi veluti capilli ſūt ī xp̄o radicati ꝑ etn̄ā p̄deſtiatōeȝ. Un̄ dr̄ Apoc. i. Jn medio ſeptē cādelabroꝝ aureoꝝ vidi ſil̄em filio hoīs. Caput āt eiꝰ ⁊ capilli erāt cādidi velut lana alba ⁊ tāq̄ȝ nix. Predeſti natio ei pōt ꝯſiderari duplr̄. Uno mō ſm̄ ipȝ actū p̄deſtiand̄. ⁊ ſic p̄deſtiatio xp̄i nō ē cā nec exēplar p̄deſtiatiōis ſcōꝝ cū vno ⁊ eodē actu eterno p̄deſtinauerit deꝰ xp̄m ⁊ electos. Alio mō pōt ꝯſiderari p̄deſtiatio ſm̄ terminū ⁊ effectū p̄deſtinatiōis. ⁊ ſm̄ hoc p̄deſtinatio xp̄i eſt cā ⁊ exēplar nr̄e p̄ deſtinationis. ⁊ hoc duplr̄. Prio quātū ad bonū ad qō p̄deſtinamur. xp̄us eni p̄deſti natꝰ ē ad hoc ꝙ eēt dei filiꝰ naturalis. Nos aūt p̄deſtinamur ad filiationē adoptōis q̄ eſt quedā ꝑticipata ſilitudo filiatiōis natu ralis. Rom. i. Quos p̄ſciuit hos ⁊ p̄deſti nauit ꝯformes fieri ymagīs filij eiꝰ. ⁊ Jo. i.

dedit eis ptātē filios dei fieri. Scḋo q̄tū ad modū ꝯſequendi iſtud bonū qḋ ē ꝑ grām vt ꝑ ieſum xp̄m cōpleret̃. Sub p̄deſtinatione enī eterna cadit nō ſolū id qḋ fiendum in tp̄e: ſʒ etiā modꝰ ⁊ ordo ſ̄m queʒ cōplēdꝰ eſt in tp̄e. Vn̄ ſi xp̄s nō fuiſſʒ incarnādus deus p̄ordinaſſet hoīes ſaluari ꝑ aliā cām. Sʒ q̄ꝛ p̄ordinauit incarnationeʒ xp̄i ſimul cum hoc p̄ordinauit vt eſſet cā nr̄e ſalutis. Dicit enī Aug. lib. de p̄deſtinatione ſctōꝝ. Eſt p̄clariſſimū lumen p̄deſtinatiōis ⁊ grē ipſe ſaluatoꝛ: ipſe mediatoꝛ dei ⁊ hoīm hō xp̄s ieſus. Et Eph. i. dicit̃. Predeſtinauit nos in adoptionē filioꝝ ꝑ ieſum xp̄m. Et ſicut apud deū cognitꝰ eſt numerꝰ electoꝝ ſicut dicit Aug. lib. de correctione ⁊ grā ꝙ certꝰ eſt p̄deſtinatoꝝ numerꝰ qui nec augeri pōt nec minui. ſic xp̄s tanq̄ȝ caput eccl'ie hʒ noticiā oīm ſaluādoꝝ in merito ſue paſſionis. Vn̄ glo. ſup illud Apoc. v. Dignus eſt agnꝰ qui occiſus eſt accipe diuinitatē ⁊ ſciaʒ. dicit. i. animū ⁊ cognitionē q̄ꝛ ad xp̄m ⁊ ad eiꝰ dignitatē ſpectāt quodā mō oīa inq̄tū ſubiecta ſunt ei oīa. Ip̄e enī eſt oīm iudex ꝯſtitutꝰ a deo q̄ꝛ filiꝰ hoīs eſt. vt dicitur Ioh. v. Et Ioh. iij. dicit̃. Ip̄e enī ſciebat q̄d eſſet in hoīe. Et Mathei. x. Capilli capitis veſtri oēs nūerati ſunt. Circa electos autē conſiderant̃ q̄ttuoꝛ. Primo q̄ꝛ ſicut capilli q̄nq̄ȝ radicant̃ in capite ⁊ q̄nq̄ȝ decidūt: ſic quidā radicant̃ in xp̄o ꝑ grām ꝑſeueraturi ⁊ quidā nō ꝑſeueraturi. Eſt enī liber vite ꝯſcriptio ordinatoꝝ in vitā eternā ad quā ordinat̃ aliq̄s ex duobꝰ. ſ. ex p̄deſtinatione diuina. ⁊ hec ordinatio nunq̄ȝ deficiet. ⁊ ex grā. Quicūq̄ȝ enī hʒ grāʒ ex hoc ip̄o dignꝰ eſt vita eterna. ⁊ hec ordinatio deficit interduʒ. q̄ꝛ aliq̄ ordinati ſunt ex grā habita ad habendū vitā eternā ex p̄deſtiōe diuina. a qua tn̄ deficiūt ꝑ pctm̄ mortale ſequēs. ps̄. Deleant̃ de libro viuētiū ⁊ cū iuſtis nō ſcribant̃. De ꝑſeuerantibꝰ aūt dr̄ Luc. xij. Capillꝰ de capite vr̄o nō ꝑibit. Scḋo q̄ꝛ ſic capilli q̄nq̄ȝ lauātur ab eo cuiꝰ ſunt: q̄nq̄ȝ ab alio ſic electi q̄nq̄ȝ lauant̃ a xp̄o ꝑ ꝓprium ſanguinē. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is in ſanguīe ſuo. Et q̄nq̄ȝ p̄cibus ſctōrum. Nā Gen. xxv. dr̄ ꝙ yſaac rogauit deū ꝑ Rebecca vxore ſua: ⁊ dedit ꝯceptum rebecce. Ex illo aūt ꝯceptu natꝰ eſt iacob q̄ fuit p̄deſtinatꝰ. Nō fuiſſet aūt impleta predeſtinatio ſi natꝰ nō fuiſſet. Vn̄ p̄deſtinatis conandū eſt ad orandū ⁊ bn̄ opanduʒ q̄ꝛ ꝑ iſta p̄deſtinatiōis effectꝰ certitudinalr̄ter implet̃. ꝓpter qḋ dicit̃. ij. Pet. i. Satagite vt ꝑ bona opa certā veſtrā vocationē ⁊ electionē faciatis. Tertio q̄ꝛ ſicut Abſalon ꝑ capillos fuit ſuſpenſus in ligno. ij. Reg. xviij. Sic xp̄s fuit ſuſpenſus in cruce ꝓpter electos. Per hoc enī hō cognoſcit q̄ntū deꝰ diligat hoīem. ⁊ ꝑ hoc ꝓuocat̃ ad diligendū ip̄m in quo ꝑfectio humane ſalutis cōſiſtit. Vn̄ apl's dicit Roma. v. Cōmendat deꝰ ſuā charitatē in nobis. qm̄ cū inimici eſſemus: xp̄s ꝑ nobis mortuꝰ eſt. Quarto q̄ꝛ Abacuch fuit portatꝰ ꝑ capillos in babylonem in lacū. Dan̄. xiiij. Sic xp̄s deſcendit ꝓpter dilectos ad inferos. Eph. iiij. ꝙ autem aſcendit quid eſt niſi q̄ꝛ deſcendit primū in inferiores partes terre. glo. i. ad īferos. Et Zach. ix. Tu quoq̄ȝ in ſanguine teſtamēti tui emiſiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Ideo dicitur Dan̄. vij. Capilli capitis eius velut lana munda. Et his modis exiuit chriſtus portans coronam.

Exiuit ieſus portans coronam
Sanctificationis.
Glorificationis.
Redemptionis.
Exaltationis.
Adorationis.
Retributionis.
Premiationis.

¶ Primo exiuit ieſus portans coronā ſanctificatiōis. Nā ſanctificari eſt aliq̄d fieri ſanctū. Fit aūt aliquid non ſolū ex cōtrario: ſed etiā ex negante vel priuante oppoſito. ſic albū fit ex nigro ⁊ etiaʒ ex non albo. Nos aūt ex peccatoribꝰ ſancti efficimur ⁊ ita ſanctificatio noſtra ē ex peccato. i. Coꝛ. vi. ⁊ hoc qḋ fuiſtis aliq̄n. ſ. peccatores: ſed abluti eſtis ſed ſctīficati eſtis. Sed xp̄s quidē ſ̄m hoīem factus eſt ſcūs q̄ꝛ hanc gratie ſanctitatē non ſemꝑ habuit non tn̄ factus eſt ſcūs ex peccatore. q̄ꝛ peccatū nunq̄ȝ habuit. Sed factꝰ eſt ſanctꝰ ex non ſancto ſ̄m hoīem. nō quidē priuatiue vt ſcilicet aliquando fuerit homo ⁊ nō fuerit ſanctus. ſed negatiue: quia ſcilicet quando non fuit homo non habuit ſanctitatem humanam. ⁊ ideo ſimul factus fuit homo ⁊ ſanctus homo. propter quod dicit angelus Luce. i. Quod naſcetur ex te ſanctum. Quod exponens Greg. xviij. moral. dicit. Ad diſtinctiōeʒ noſtre ſanctitatis. ⁊ ſic ſan

ctus naſciturus aſſeritur. Nos quippe ſi ſan
cti efficimur nō tamē naſcimur: qꝛ ip̄a natu
re corruptibilis conditiōe cōſtringimur. Il-
le autē ſolus veraciter natꝰ eſt ſanctꝰ: qui ex
cōiunctiōe carnalis copule ꝯceptꝰ nō eſt. Et
Ioh. x. Quē pater ſctificauit ⁊ miſit in mun
dum. Et ſicut ꝑ verbuꝫ dei oīa facta ſunt: ita
ꝑ verbū incarnatū ſunt oēs hoīes ſanctifi-
cati q̄ ſanctificant̄. Heb. ij. Qui ſanctificat
⁊ q̄ ſanctificant̄ ex vno oēs. Eſt aūt duplex
ſanctificatio. Una quidē adultoꝝ: qui ſcḋm ꝓ
priū actū ſanctificant̄. Alia autē pueroꝝ
qui nō ſanctificant̄ ſcḋm ꝓpriū actū fidei: ſed
ſcḋm fidē eccleſie vel parentū. Prima aūt ſan
ctificatio eſt ꝑfectior ſecūda: ſicut actus eſt
ꝑfectior q̄ habitꝰ. ⁊ qḋ eſt per ſe eo qḋ eſt ꝑ
aliud. Sanctificatio vero xp̄i fuit perfectiſ-
ſima: qꝛ ſic ſanctificatꝰ eſt vt eſſet alioꝝ ſan
ctificator dupliciter. Primo quidē per eius
paſſionē. Heb. xiii. Xp̄s vt ſanctificaret per
ſuū ſanguinē populū: extra portā paſſus ē.
Secundo per baptiſmum Iohānis. iij. Ni-
ſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpūſctō ⁊c̄. qꝛ
grā collata eſt aīe xp̄i: ſicut cuidā vniuerſali
ꝑncipio gratificatiōis in hūana natura. ſcḋm
illḋ Eph. i. Gratificauit nos in dilecto filio
ſuo. Et ſic exiuit ieſus portans coronā ſan-
ctificatiōis noſtre. Ideo dr̄ Eccli. xxxij. Or-
namentū grē accipias coronā.

**Secundo exiuit ieſus por**
tans coronā glorificatiōis. pſ. Gloria ⁊ ho
nore coronaſti eū: ⁊ ꝯſtituiſti eū ſuꝑ opera
manuū tuarū. Oīa ſubieciſti ſub pedi. eiꝰ ⁊c̄.
Nam xp̄o collata eſt maior gloria q̄ ade ꝑ
mo homini in ſtatu innocētie. vt pꝫ ex ꝑui
legiis vtriuſqꝫ q̄ fuerūt duodecim ⁊c̄. Pri
mū fuit formatiōis. Dicitur enī. i. Cor. xv.
Primꝰ hō de terra terrenꝰ. Secūdus de ce-
lo celeſtis. Xp̄s enī dr̄ de celo deſcendiſſe du
pliciter. Uno modo rōne diuine nature. nō
ita q̄ diuina natura eſſe in celo deſierit. ſed
qꝛ in infimis nouo modo eſſe cepit. ſcilꝫ ſcḋm
naturā aſſumptam. ſcḋm illud Ioh. iij. Nemo
aſcendit in celū niſi q̄ deſcēdit de celo filius
hoīs q̄ eſt in celo. Alio modo rōne corporis:
nō qꝛ ip̄m corpꝰ xp̄i ſcḋm ſuā ſubſtantiā de ce
lo deſcēderit. Sed qꝛ ꝟtute celeſti. i. ſpūſſcti
eſt eiꝰ corpꝰ formatū. Un̄ Aug. dic̄ ad Oro
ſium expōnēs auctoritatē inductā dic̄. Cele
ſtem dico xp̄m qꝛ nō ex hūano cōceptꝰ eſt
ſemine. Et hoc modo etiaꝫ Hilariꝰ exponit
lib. de trini. Adam ergo fuit de terra terrenꝰ
xp̄s aūt de celo celeſtis. Secundū fuit im-
pletionis. Naꝫ incarnatiōis miſteriū eſt pri
mo homī reuelatū. vt pꝫ ꝑ hoc qḋ dixit. hoc
nūc os ex oſſibꝰ meis ⁊c̄. qḋ apl's dicit eſſe
magnū ſacramentū in xp̄o ⁊ in eccl'ia. vt pꝫ
Eph. v. Sed ꝑ ieſum xp̄m eſt impletū. Un̄
Aug. dic̄ in lib. de ꝟbis dn̄i expōnēs illḋ qḋ
habet̄ Luce. xix. Uenit filiꝰ hoīs querere ⁊
ſaluare qḋ perierat. Si hō nō peccaſſet filiꝰ
hoīs nō veniſſet. Et. i. Thim. i. ſuꝑ illḋ ꝟbū
xp̄s venit in hūc mūduꝫ peccatores ſaluos
facere. dic̄ glo. Nulla cauſa fuit veniēdi xp̄o
dn̄o niſi peccatores ſaluos facere: tolle mor
bos: tolle vulnera ⁊ nulla ē cauſa medicine

Tertiū fuit viſionis. Nam ꝑmus hō vidit
deū vt viator in enigmate. Homo enī in pa
radiſo fuit beatꝰ: nō illa ꝑfecta beatitudine
in quā trāſferēdus erat: q̄ in diuine eſſentie
viſione ꝯſiſtit: habebat tn̄ perfectā vitā ſcḋm
quendā modū in q̄rtū habebat integritateꝫ
⁊ ꝑfectionē quandā naturalē. vt dic̄ Aug.
xi. ſuꝑ Gen̄. ad lr̄am. Un̄ dr̄. i. Cor. xv. Nō
prius qḋ ſpūale eſt: ſꝫ qḋ aīale eſt. Xp̄s aūt
vidit deū vt viator ⁊ cōprehenſor ſine enig
mate. qꝛ diuine eſſentie viſio cōuenit omībꝰ
beatis ſcḋm participationē luminis deriuati
ad eos a fonte verbi dei. ſcḋm illud Eccli. v.
Fons ſapiētie ꝟbū dei in excelſis. Huic au
tem ꝟbo dei ꝓpinquiꝰ cōiungit̄ aīa xp̄i que
eſt vnita ꝟbo in ꝑſona q̄ quevis alia crea-
tura. ⁊ ideo pleniꝰ recipit influentiā luminis
in quo deꝰ videt̄ ab ip̄o verbo q̄ quecunqꝫ
alia creatura. ⁊ ideo pre ceteris creaturis per
fectius videt ip̄am ꝑmā veritatē q̄ eſt diui-
na eſſentia. Ioh. i. Uidimꝰ gloriā eiꝰ quaſi
vnigeniti a patre plenū nō ſolū grē ſꝫ etiam
ꝟitatis. Et Eph. i. Deꝰ cōſtituit eū ſcꝫ xp̄m
in celeſtibꝰ ſuꝑ oēm ꝑncipatū ⁊ ꝑtātē ⁊ vir-
tutē ⁊ dn̄atiōnē: ⁊ ſuꝑ oē nomē qḋ noīatur
nō ſolū in hoc ſeculo ſꝫ etiā ī futuro. Quar
tum fuit cognitiōis. Nam ꝑmꝰ hō de rebꝰ na
turalibꝰ ⁊ ſupnaturalibꝰ tm̄ cognouit q̄tuꝫ
erat neceſſariū ad gubernatiōnē vite hūane
ſcḋm ſtatū innocētie. Alia ꝟo q̄ nec naturali
hoīs ſtudio cognoſci pn̄t: nec ſunt neceſſa-
ria ad gubernationē vite hūane. ꝑmꝰ homo
nō cognouit ſicut ſunt cogitatiōes hoīm. fu-
tura contingentia: ⁊ quedā ſingularia puta
quot lapides iacent in flumine ⁊ hmōi. xp̄s
aūt cognouit omīa ſcḋm ſtatū diuinū. qꝛ aīa
xp̄i cognoſcit totā ſuā potentiā ⁊ oīa in que
pōt. pōt aūt in emūdatiōnē infinitoꝝ pecca
toꝝ. ſcḋm illud. i. Ioh. ij. Ip̄e eſt ꝓpiciatio ꝓ

peccatis noſtris:nõ aũt ꝓ noſtris tm̃:ſ3 etiã
ꝓ totiꝰ mũdi. Ideo aĩa xp̄i cognoſcit infini
ta:q2 oĩa q̄ ſunt in potẽtia creature. Vñ cu3
in potentia creature ſint infinita: ꝑ hũc mo⸗
dum ſcit infinita.p̄ſertim cu3 ſit nobis datꝰ
a deo in doctorẽ.ſm illud Iohel.ij. Letami
ni in dño deo veſtro q̄ dedit vobis doctorẽ
iuſticie. Quintũ fuit p̄ſeruatiõis. Nã p̄mꝰ
hõ nõ poterat decipi niſi pctõ preuentꝰ q2 in
tellectꝰ nõ poterat decipi ꝑ extimationẽ fal
ſi. Vñ ⁊ seductio mulieris ⁊ ſi p̄ceſſerit pec
catũ opis. ſubſecuta eſt tñ pctm̃ interne ele
ctionis.dicit em̃ Aug.xi.ſuꝑ Gen̄.ad lr̃am
ꝙ mulier verbis ſerpentis nõ crederet niſi
iam ineſſet menti eiꝰ amor ꝑprie poteſtatis
⁊ quedã de ſe ſuꝑba p̄ſumptio. Xp̄s aũt nõ
potuit eſſe peccato p̄uentꝰ. Ioh.viij. Quis
ex vobis arguet me de peccato. Et.i. Pet.ij.
Qui pctm̃ nõ fecit nec dolus inuentꝰ eſt in
ore eiꝰ. Sextũ fuit dãnatiõis. Na3 p̄mꝰ
hõ habuit dominiũ ſuꝑ oĩa naturalia q̄tu3
ad effectus naturales. Dicit em̃ Gen̄.i.de
hoĩe. Preſit piſcibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi: ⁊
beſtijs terre. In alijs em̃ aĩalibꝰ inuenit ſm
extimationẽ naturalẽ. queda3 participatio
prudẽtie ad aliquos ꝑticulares actꝰ. In ho
mine aũt vniuerſalis prudẽtia q̄ eſt recta rõ
oĩm agibiliũ.oẽ aũt qd̄ eſt per participatio⸗
nem ſubdit ei qd̄ eſt ꝑ eſſentiã. ⁊ hoc natu⸗
ralit. Vñ eſt naturalis ſubiectio alioꝝ aĩali
um ad hoĩem. Xp̄s aũt habuit dominiũ ſu
per oĩa q̄tũ ad effectꝰ ſupnaturales. Nam
aĩa xp̄i ſm qd̄ eſt inſtrumentũ v̄bi dei ſibi
vniti habuit inſtrumentalẽ v̄tutẽ ad oĩes
imutatiões miraculoſas ordinabiles ad fi⸗
nem incarnatiõis q̄ eſt inſtaurare ſiue que
in celis ſiue q̄ in terris ſunt. Math.vlti. Da
ta eſt mihi oĩs ptãs in celo ⁊ in terra. Se⸗
ptimũ fuit aſſimilationis. Nam adã nõ aſſi
milabat niſi i duplici ſtatu hoĩm. Nõ em̃ ꝑ
tinebat hoc ad originalẽ iuſticiã quã adam
habuit in ſtatu innocẽtie: ꝙ aĩa hoĩs habe⸗
ret v̄tutẽ tranſmutandi corpꝰ ꝑpriũ in quã
cunq3 formã: ſ3 ꝙ poſſet ip̄m ꝯſeruare abſq3
nocumẽto. ⁊ hanc etiã v̄tutẽ xp̄s aſſumere
potuiſſet ſi voluiſſet. Sed cũ ſint tres ſtatꝰ
hoĩm.ſ.innocẽtie: culpe: ⁊ glorie. Adã nõ fu
it in tertio ſtatu. xp̄s aũt ſicut de ſtatu glie
aſſumpſit cõprehẽſionẽ: ⁊ de ſtatu innocen
tie immunitatẽ a peccato. ita de ſtatu culpe aſ
ſumpſit neceſſitatẽ ſubiacendi penalitatibꝰ
huiꝰ vite. Heb.ij. Debuit ꝑ oĩa fratribꝰ aſſi⸗
milari. Octauũ fuit incorruptiõis. Nam hõ
in ſtatu innocẽtie erat icorruptibilis ex ꝑte
cauſe efficientis.q2 vt dic̄ Aug.li.de q̄ſtioni
bus veteris ⁊ noui teſtamẽti. Deus fecit ho
minẽ q̄ q̄diu nõ peccaret in mortalitate vi⸗
geret vt ip̄e ſibi actor eſſet aut ad vita3 aut
ad mortẽ. Non em̃ erat corpꝰ eiꝰ indiſſolubi
le ꝑ aliquã indiſſolubilitatis vigorẽ in corpo
re exiſtentẽ: ſ3 inerat nature aĩe vis q̄dã ſuꝑ
naturalit data ꝑ quã poterat corpꝰ ab omi
corruptione preſeruare: q̄diu ip̄a deo ſubie
cta manſiſſet. Unde vis illa p̄ſeruandi cor⸗
pus a corruptõe nõ erat aĩe hũane natura⸗
lis ſ3 ꝑ donũ gr̃e. ⁊ q̄uis gr̃am recuperaue⸗
rit ad remiſſionẽ culpe ⁊ meritũ glorie non
tamẽ ad amiſſe imortalitatis effectu3. Hoc
em̃ reſeruabat xp̄o ꝑ quẽ nature defectꝰ in
meliꝰ reparandus erat. Xp̄s aũt habuit im
mortalitatẽ per gr̃am ⁊ gloriam. poterat em̃
ſuã paſſionẽ ⁊ mortẽ impedire. Primo q̄⸗
dem aduerſarios repmendo: vt eũ aut non
vellent aut nõ poſſent interficere: vt pluries
fecit. Secũdo q2 ſp̄us eiꝰ habebat poteſta
tem cõſeruandi naturã carnis ſue. ne a quo
cunq3 leſiuo inflicto opprimeret. qd̄ q̄dẽ ha
buit aĩa xp̄i q2 erat verbo dei cõiũcta in vni
tate p̄ſone. vt dicit Aug.li.iiij.de trini. No
num fuit ꝑfectiõis. Nã p̄mꝰ hõ habuit ꝑfe⸗
ctionẽ oĩs v̄tutis ſm ſtatꝰ ſui cõdecẽtiam.
Vñ Aug.omel.xi.dicit ſic. Princeps oĩm
vicioꝝ dñ vidit adã de lymo terre ad imagi
nem dei factũ: pudicicia ornatũ: temperan⸗
tia cõpoſitũ: charitate ſplendidũ. habentur
iſta de pnĩa diſ.ij.§.p̄nceps. Et ſic homo in
ſtatu innocẽtie aliqualit habuit oẽs v̄tutes
q2 ratio erat deo ſubiecta. ⁊ inferiores vires
erant rõnis ſubiecte. Virtutes autẽ ſunt q̄⸗
dam ꝑfectiões quibꝰ ratio ordinat in deu3
⁊ inferiores vires aĩe diſponunt ſm regulã
rõnis. Vñ rectitudo p̄mi ſtatꝰ hoc exigebat
vt homo aliqualiter oĩes v̄tutes haberet.
Xp̄s aũt habuit ꝑfectiões oĩum v̄tutũ ſm
plenitudinẽ gr̃e: q2 q̄to aliqd̄ p̄ncipiũ eſt ꝑ
fectiꝰ: tanto mag̃ imp̄mit ſuos effectꝰ. Cu3
aũt gr̃a xp̄i fuerit ꝑfectiſſima ido ab ip̄a ꝓ⸗
ceſſerũt oẽs v̄tutes ad ꝑficiendũ ſingulas
potentias aĩe q̄tũ ad oẽs aĩe actus. Vñ ſu⸗
ſuꝑ illud p̄s. Sed in lege dñi fuit voluntas
eiꝰ. dicit glo. Hic oſtendit xp̄s plenus oĩ
v̄tute ⁊ bono. Decimũ fuit gubernatiõis.
Nem p̄mus hõ eſt gubernator ⁊ caput oĩ3
naſcentiu3 naturalit: q2 homo eſt naturalit
animal ſociale. Unde hoĩes in ſtatu inno⸗
centie vixiſſent ſocialiter. Socialis aũt vita

multoꝝ nō poſſet eſſe niſi aliquis preſideret qui ad bonum cōmune intenderet. Multi enī per ſe intendūt ad multa. vnus vero ad vnum. Ideo philoſophꝰ dicit .i. politice. Oꝛ quandocunqꝫ multa oꝛdinantur ad vnum ſemper inuenitur vnum vt principale ⁊ dirigens. Xp̄s aūt eſt gubernatoꝛ ⁊ caput oīm naſcentiū ſpiritualiter ſed ſm̄ diuerſos gradus. Primo ⁊ p̄ncipaliter eſt caput eoꝛum qui actu ſibi vniuntur per gloꝛiam. Secundo eoꝛum qui actu vniuntur ſibi per charitatem. Tertio eoꝛum qui actu ſibi vniuntur per fidem. Quarto eoꝛum qui ſibi vniunt̄ in potentia nondum ad actum redacta que tamen eſt ad actum reducenda ſm̄ diuinaꝫ predeſtinationem. ſicut ſunt infideles per conuerſionem. Undecimū fuit aſſimilationis. Naꝫ p̄mus homo fuit ſimilis deo ſm̄ duplicem imaginē. Xp̄us autem ſm̄ triplicem. Unde ſuper illud pſ̄. Signatum eſt ſuper nos lumē vultus tui domine. Gloſa diſtinguit triplicem imaginem. ſcꝫ creationis recreationis: ⁊ gloꝛificationis. Imago enī dei reperitur in homīe tripliciter. Uno modo ſm̄ qȯ homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum ⁊ amandū deum. ⁊ hec aptitudo conſiſtit in ipſa natura mentis que eſt cōmunis oīnibus hoībus. Alio modo ſm̄ qȯ homo actu vel habitu cognoſcit ⁊ intelligit deum ſed imperfecte. ⁊ hec eſt imago per confoꝛmitateꝫ gratie. Tertio modo ſm̄ ꝙ homo actu deum cognoſcit et amat perfecte: ⁊ ſic attēditur imago ſm̄ humilitatem gloꝛie. primis duobus modis fuit imago dei in adam in ſtatu innocentie: ſꝫ omnibus modis fuit in chꝛiſto. Duodecimum fuit tranſlationis. Nam p̄mus homo fuit poſitus in paradiſo terreſtri Geneſ. ij. Tulit deus hominē ⁊ poſuit eum in paradiſo voluptatis. Xp̄us autem eſt aſſumptus in paradiſo celeſti. Eph. iiij. Aſcendit ſuper oīnes celos vt adimpleret oīnia pſ̄. Aſcendit ſuper celum celi ad oꝛientem. Et ſic patꝫ coꝛona gloꝛificationis ieſu xp̄i.

¶ Tertio exiuit ieſus poꝛtās coꝛonā redemptiōis. Gentiles enī coꝛonā ſpineam capiti ſuo impoſuerunt: quē cruentantes deriſoꝛie ſalutauerunt. Iudei autē ip̄m ceſari poſtpoſuerunt: ⁊ crucifige crucifige clamauerunt. In ipſo enī modo paſſionis xp̄i prefiguratus eſt effectus redemptionis quo ad vtroſqꝫ ſcꝫ iudeos ⁊ gentiles. Primo enī paſſio xp̄i habuit effectum ſalutis in iudeis. quoꝛum plurimi in moꝛte xp̄i baptizati ſunt. vt patꝫ Act. ij. ⁊ iij. Secūdo vero iudeis p̄dicātibꝰ effectū paſſionis xp̄i tranſiuit ad gentes. ⁊ ide cōueniens fuit vt xp̄s a iudeis pati inciperet. ⁊ poſtea iudeis tradentibꝰ per manus gentiliū eius paſſio finiretur. Quia vero xp̄s ad oſtendendaꝫ abundantiā charitatis ſue ex qua patiebat̄ in cruce poſitus veniā peccatoꝛibꝰ poſtulauit. Huiꝰ petitionis fructꝰ ad iudeos ⁊ gentiles peruenit: a quibꝰ patiebat̄. Ideo dicit̄ Cañ. iij. Egredimini filie ſyon ⁊ videte regem ſalomoneꝫ in dyademate quo coꝛonauit eum mater ſua. Debemus autē egredi a q̄ttuoꝛ que nos impediunt a fructu redemptionis. Primo a vicio confoꝛmādo volūtatem noſtrā diuine voluntati. Math. xxvi. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu vis: qȯ dicit qꝛ rectum vult eſſe hoīem ⁊ ad deū dirigit. vt Aug. exponit in Enchiridion. Et ſup illud pſ̄. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum coꝛ habet q̇ vult qȯ deus vult. ſcꝫ vt homo velit aliq̇d ex charitate ſicut deus vult. Secundo ab odio. Nam odium nūꝙ̄ vinceret amoꝛē: niſi ꝑpter amoꝛē maioꝛem cui odium coꝛreſpondet. ſicut homo magis diligit ſeip̄m ꝙ̄ amicuꝫ. ⁊ ꝑpter hoc ꝙ diligit ſe habꝫ odio etiā amicū ſi ſibi contrarietur. Tertio a paſſione. Roma. vij. Iudico aliam legē in membꝛis meis repugnantem legi mentis ⁊ captiuantē me in lege peccati qꝛ paſſio ligat rationē. imo cū paſſiones intendunt̄ ligant totaliter vſum rōnis. Multi enī ꝑpter abundantiā amoꝛis ⁊ ire verſi ſunt in inſaniam. Quarto a vindicta. Naꝫ peccatū iudeoꝝ crucifigentiū xp̄m qȯ proceſſit ex inuidia. odio ⁊ vindicta fuit grauiſſimum ſicut dixit xp̄us pylato. Ioh. xix. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet.

¶ Quarto exiuit ieſus poꝛtans coꝛonā exaltatiōis. Naꝫ meritū impoꝛtat quandā equalitatem iuſticie. Unde apoſtolus dicit. Ei qui operatur merces imputatur ſm̄ debitum. Cum enim aliquis ſibi ex iuſta voluntate ſubtrahit quod debet habere: meretur vt ſibi amplius aliquid ſuperaddatur quaſi merces iuſte voluntatis. Et inde ē ꝙ ſicut dicit̄ Luc. xiiij. Qui ſe humiliat exaltabitur. Cum autem chꝛiſtus in ſua paſſione ſe humiliauerit infra ſuam dignitatem vſqꝫ ad confuſionem: ⁊ oppꝛobꝛia que

ſuſtinuit. Ideo ꝑ ſuã paſſionẽ ⁊ precipue ꝑ
coronationẽ ſpinarum. meruit exaltationẽ
ꝙtum ad conſeſſum paterne dextre ⁊ ma-
nifeſtationẽ diuinitatꝭ ipſius. ſm̃ illud Eſa.
lij. Exaltabitur ⁊ eleuabitur ⁊ ſublimis erit val-
de ſicut obſtupuerũt ſuꝑ eũ multi. ſic inglo-
rius erit inter viros aſpectꝰ eiꝰ. Et Phil. ij.
dr̃. Factꝰ eſt obediẽs vſqꝫ ad mortẽ: mortẽ
aũt crucis. ꝓpter qḋ ⁊ deꝰ exaltauit illum ⁊
donauit illi nomẽ qḋ eſt ſuꝑ om̃e nomẽ. ſcꝫ
vt ab om̃ibꝰ nominetur deꝰ: ⁊ oẽs ſibi reuerẽ-
tiam exhibeant ſicut deo. ⁊ hoc eſt qḋ ſubdi-
tur vt in noĩe ieſu om̃e genu flectatur cele. ter.
⁊ infer. Et Eſa. xxviij. Eris corona gl'ie ma-
nu dñi: ⁊ dyadema regni in manu dei tui.

## Quinto exiuit ieſus por-
tans coronã adoratõis. Cum em̃ in xp̃o ſit
vna tantũ ꝑſona diuine ⁊ humane nature
⁊ etiã vna ypoſtaſis. ⁊ vnũ ſuppoſitũ. ideo
eſt eiꝰ vna adoratio: ⁊ vnus honor ex parte
eius q̃ adoratur. Vñ Damaſ. li. iij. dicit. Ado-
ratur caro xp̃i incarnato dei ṽbo nõ ꝓpter
ſeipſam: ſꝫ ꝓpter vnitũ ei ſm̃ ypoſtaſim ver-
bum dei. Et ſuꝑ illud pſ̃. Adorate ſcabellũ
pedũ eiꝰ. dicit glo. Qui adorat corpꝰ xp̃i nõ
terrã intuetur: ſꝫ illũ potiꝰ cuiꝰ ſcabellũ eſt: in
cuiꝰ honore ſcabellũ adorat. Et in capitulis
quinte ſynodi dr̃. Si quis duabus naturis
adorari dicit xp̃m. ex quo due adorationes
introducuntur: ſꝫ nõ vna orõne deũ ṽbum in-
carnatũ cũ ꝓpria ipſiꝰ carne adorat ſicut ab
initio eccleſie dei traditum eſt. talis anathe-
ma ſit.

## Sexto exiuit ieſus portãs
coronã retributõnis ꝙtum ad poteſtatẽ iu-
diciariã. Vñ dr̃ Iob. xxxvi. Cauſa tua qua-
ſi impij iudicata eſt. ꝓpterea iudicium cau-
ſamqꝫ recipies. Et Aug. li. de ṽbis dñi dicit
Sedebit iudex q̃ ſtetit ſub iudice. Damna-
bit veros reos q̃ falſo factꝰ eſt reus. Naꝫ iu-
diciaria poteſtas hoĩ xp̃o cõpetit. Tuꝫ ꝓpter
diuinã ꝑſonã. Tum ꝓpter capitis dignitatẽ
Tum ꝓpter plenitudinẽ grẽ habitualis. Tũ
ex merito. ſ. vt ſm̃ dei iuſticiaꝫ iudex eſſet: q̃
pro dei iuſticia pugnauit ⁊ vicit ⁊ iniuſte iu-
dicatus eſt. Unde ipſe dicit Apoc. iij. Ego
vici ⁊ ſedi in throno patris mei. In throno
autẽ intelligitur iudiciaria ptãs. ſm̃ illḋ pſ̃
Sedet ſuper thronũ ⁊ iudicat equitatem.

## Septimo exiuit ieſus por-
tans coronam premiationis. pſ̃. Poſuiſti
in capite eius coronam de lapide precioſo.
Sicut em̃ lapides precioſi firmantur in coro-
na ⁊ ipſam ornant: ⁊ ipſa eſt ornamentũ co-
ronati. Sic in merito xp̃i firmantur om̃es ele-
cti: ⁊ ſunt ad ornamẽtũ g'orie ſue: prout pa-
tuit in ioſeph q̃ venditꝰ a fratribꝰ ſuis ductꝰ
eſt in egyptũ ⁊ nõ fuit factꝰ eunuchꝰ ne pha-
rao abuteretur eo quẽ a tam graui pctõ dñs
cuſtodiuit pharaone infrigidato. Vñ ꝓpter
fidẽ ⁊ caſtitatẽ a domina ſua accuſatꝰ incar-
ceratꝰ fuit. Inde aũt extractꝰ ⁊ dñs egypti
ꝯſtitutꝰ. dũ circuiret egyptũ decliauit ad do-
mũ phutifaris ꝓ̇ncipis ſatraparuꝫ pharao-
nis: cui erat filia ſpecioſiſſima noĩe arſeneth
ſed idolatra que idola abiecit vt ioſeph ha-
beret ſponſuꝫ. Ad hanc aũt deſponſandã ac-
ceſſit ioſeph indutꝰ tunica candida: ⁊ cũ au-
rea corona in curru aureo. In corona vero
erant inſerti duodecim lapides ꝓ̃cioſi: ſuper
q̇bꝰ erãt duodecĩ aſtra aurea ⁊ virga regia
in manu eiꝰ. vt dr̃ in ſpeculo hiſtoriali li. ij. c.
cxviij. Hec oĩa fuerũt figura xp̃i: ꝓ̃cipue co-
rona in qua ſunt duodecim tribꝰ iſrael: ſuper
quibꝰ ſunt duodecim apl'i. vt pꝫ Apoc. xxij.
Et ſic corona xp̃i eſt numerꝰ oĩm ſaluando-
rum q̃ decorant xp̃m hic in ſtatu grẽ: nouiſ-
ſime aũt in ſtatu glorie. Amen.

## In feſto victorie ſancti Michae-
## lis archangeli Sermo. xxxij.

Hic maior eſt in re-
gno celoruꝫ. Math. xviij. ⁊ in
euangelio ꝑ̃ſentis ſolẽnitatis
Beatꝰ Berñ. ſuꝑ pſ̃. Qui habitat dicit ſic.
Dñe q̃d eſt hõ q: innotuiſti ei: aut filiꝰ hoĩs
q: reputas eũ? Deniqꝫ mittis ei vnigenitũ
tuũ ĩmittis ſpm̃ tuũ. ꝓmittis vultũ tuum: ⁊
ne q̃d vacet ĩ celeſtibꝰ ab ope ſollicitudinis
illos etiam beatos ſpũs ꝓpter nos mittis in
miniſteriũ noſtrũ. hec ille. Super quo mo-
ueo talẽ queſtionẽ. Utrũ in eccl'ia militanti
archangelꝰ michael maiorẽ dignitatẽ aſſeq-
tur: cuiꝰ officio diligentiꝰ a deo gubernatur
Ad iſtam queſtionẽ rñdent duo doctores.
Primꝰ veteris teſtamẽti ẽ Daniel. x. c. dicit
Michael vnꝰ de ꝓ̇ncipibꝰ ꝓ̇mis venit in ad-
iutoriũ meũ. Secũdus noui teſtamẽti eſt
Iohãnes Apoc. xij. dicit ſic. Factũ eſt preliũ
magnũ in celo. Michael ⁊ angeli eiꝰ prelia-
bantur cũ dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ an-
geli eius ⁊ non valuerũt. neqꝫ eſt inuentus
locus eoꝝ ampliꝰ in celo. Sciendũ ꝙ ſm̃

glo.ſup illud Math.xxij. Simile eſt regnuꝫ celoꝝ homini regi qui fecit nuptias ⁊c. per regnū celoꝝ preſens eccleſia ſiue congregatio iuſtoꝝ intelligit. Hanc autē eccleſiaꝫ gubernat deus per angelos. Unde Aug. dicit iij. de trini. Queādmodū corpora groſſiora ⁊ inferiora: p ſubtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regunt. Ita oīa corpora per ſpm̄ vite rōnalē. ⁊ ſpūs vite rōnalis deſertor atq; peccator per ſpm̄ vite rōnalē ⁊ pium ⁊ iuſtum ⁊ ille per ipm deū. Nam tam in rebꝰ hūanis q̄ etiā naturalibꝰ hoc cōiter inueni qꝫ poteſtas particularis gubernat ⁊ regit a ptāte vniuerſali. ſic poteſtas ballivi gubernat p poteſtatē regis. Superiores aūt angeli qui preſunt inferioribꝰ habēt ſciētiā magis vniuerſalē: ſed vtus cuiuſlibet corporis eſt magis pticularis q̄ vtꝰ ſpūalis ſubſtātie. Naꝫ omnis forma corporalis eſt indiuiduata per materiā ⁊ determinata ad hic ⁊ nunc. Forme aūt īmateriales ſunt abſolute ⁊ intelligibiles. ⁊ iδo ſicut inferiores angeli qui habent formas minꝰ vniuerſales regunt per ſupiores, ita oīa corporalia regunt per angelos. Sed actio quā angelꝰ exercet pcedit a deo, velut a pmo pncipio cuiꝰ nutu ⁊ auctoritate angeli operant: ⁊ in deū reducitur ſicut in vltimū finē. ⁊ hoc facit miniſterium Nam miniſter eſt ſicut inſtrumentū intelligens. Inſtrumētū aūt ab alio mouet ⁊ eiꝰ actio ad aliud ordinat. Unde actiones angelorum miniſteria vocant. ⁊ ppter hoc dicuntur in miniſteriū mitti. Heb.i Oēs ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi propter eos q̄ hereditatē capiunt ſalutis. Inter hos aūt angelos miſſos circa hoīes precipuum eſt miniſteriuꝫ beati michaelis, ideo hic maior eſt in regno celorum.

Hic maior eſt in regno
- Archangelorum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Xp̄ianorum.
- Paganorum.
- Electorum.
- Sanctorum.

¶ Primo ſanctus michael eſt maior in regno archangeloꝝ. Unde cātat eccl'ia. Collaudemꝰ venerantes oīes celi milites: ſed precipue pmatē celeſtis exercitus michaelem. Computatur em̄ in ordine pncipatuū, de quo ordine ſanctus Tho. pma parte. q. cviij. arti. xv. dicit ſic. Principari vero vt Greg. dicit. Eſt inter reliquos priorem exiſtere quaſi pmi ſint in executōe eorum que imperantur. Et ideo Dionyſius dicit. ix. c. celeſtis ierarchie. Qꝫ nomen pncipatuū ſignat ductiuum in ordine ſacro. Illi em̄ qui alios ducunt primi inter eos exiſtētes: pncipes proprie vocantur. ſm illud pſ. Preuenerunt pncipes coniuncti pſallentibus. ſm Greg. autem archangeli dicuntur ex eo qꝫ pncipantur ſoli ordini angelorum. quaſi magna nunciantes. Principatꝰ autē dicuntur ex eo qꝫ pncipantur omnibus celeſtibus pncipibꝰ diuinas iuſſiones explentibus. Executio em̄ angelicoꝝ miſterioꝝ cōſiſtit in annūciando diuina. In executione aūt cuiuſlibet actus ſunt quidā quaſi incipientes actionē ⁊ alios ducētes ſicut in cātu precentores: ⁊ in bello illi qui alios ducunt ⁊ dirigunt. ⁊ hoc ptinet ad principatꝰ. Alij vero ſunt qui ſimpliciť exequunt. ⁊ hoc pertinet ad angelos. Alij vo medio modo ſe habent qδ ad archangelos pertinet. Principatus ergo ſunt pmi in executōe diuinoꝝ miniſterioꝝ. vtpote preſidentes gubernationi gentiū ⁊ regnoꝝ qδ eſt pmū preceptuꝫ in diuinis miſterijs. Nam bonuꝫ gentis eſt diuiniꝰ q̄ bonū viniꝰ hoīs. Primꝰ ergo ordo poſt dn̄ationes dicit pncipatuū qui etiā bonis ſpiritibꝰ pncipat. vt Gregꝰ. exponit. hec Tho. Sanctus mihael in prelio habito cū lucifero. fuit dux ⁊ princeps. Unde vicit luciferū cū angelis ſuis ⁊ de celo in hunc aerem caliginoſum ⁊ in pfundū abyſſi tandē deiecit: Un̄ cantat eccl'ia. Michaelē in vtute conterentē zabulon. De iſto prelio dicit Apoc. xiiij. Et proiectꝰ eſt ille draco magnꝰ ſerpens antiquus q̄ vocatur diabolus ⁊ ſathanas. proiectꝰ eſt in terra: ⁊ angeli eiꝰ cuꝫ eo miſſi ſunt. Non em̄ pmiſſuꝫ eſt eis habitare in ſupiori parte aeris: q2 locus lucidus eſt ⁊ clarus, nec in mūdo nobiſcū. q2 nimis nos ſuis temptationibꝰ infeſtarent. Sed in medio aeris vt dū ſurſuꝫ reſpiciunt ⁊ vidēt gloriā quā amiſerunt: inde dolorē habeant. Et dum inferiꝰ proſpiciunt ⁊ vident hoīes illuc aſcendere vnde ipi ceciderunt inde inuidia torqueantur. Unde Eph.vi. Non eſt nobis collucratio aduerſus carnē ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates tenebrarum harum contra ſpiritalia nequitie in celeſtibus. Et ſic michael eſt maior in regno archangelorum.

**Secūdo ſanctus michael**
eſt maior in regno patriarcharū. Unde ſan
ctus Tho. parte. i. q. cxiij. dicit ſic. Ad bonuꝫ
operandū duo cōcurrunt. Primo quidem
ꝙ affectus inclinet ad bonum qđ quidē fit
in nobis per habitū ꝟtutis moralis. Secū
do ꝙ ratio inueniat congruas vias ad per-
ficiendum bonū virtutis. qđ quidē phs at-
tribuit prouidentie. Quantū ergo ad pmū
de⁹ hoīem cuſtodit imediate infundendo ei
grām ⁊ ꝟtutes. Quantū ad ſecundū de⁹
cuſtodit hoīem ſicut vlīs inſtructor: cui⁹ in-
ſtructio peruenit ad hoīes mediantib⁹ an-
gelis. Cuſtodia aūt humane multitudinis
ad ordinē pncipatuuꝫ pertinet. Unde ⁊ mi
chael vn⁹ de pncipibus dicit. Daniel. x. In
feriores aūt angeli exercent officiū ſuperio-
rum: inq̄tum aliquid de dono eoꝝ partici-
pant ⁊ ſe habent ad ſupiores ſicut executo
res virtutis eoꝝ. Homo enī in ſtatu innocē
tie non patiebat aliqđ periculum ab interi-
ori: qꝛ interi⁹ erant oīa ordinata: ſed immi
nebat ei periculuꝫ ab exteriori ꝓpt inſidias
demonū vt rei pbauit euent⁹. ⁊ ideo indige
bat cuſtodia angeloꝝ. Etiam angeli q̄ ſub-
uerterunt ſodomā percuſſerunt ſodomitas
cecitate vel aurīſia: vt hoſtiū domus inueni
re non poſſent. vt dicitur Gen̄. xix. hec tho.
In hoīe potentia operatiua ſepius impe
ditur ne exeat in opus ꝓpter mūdi oppreſ-
ſionem. Joh. xvi. In mūdo preſſuram habe
tis. ſed iſtud impedimentū remouent prin-
cipatus q̄ faciūt nos mūdanis oīb⁹ pnci
pari. Hoc ſignificatū eſt Gen̄. xxxij. vbi cuꝫ
iacob eſau valde timeret angelos ſibi obui
os habuit. ipſum adiuuare paratos. Et ait.
Caſtra dei ſunt hec. Tunc angel⁹ tria bona
iacob dedit. qꝛ ipm cōtra eſau conſtantē fe-
cit. iſrael nomen ei impoſuit ⁊ neruū femo-
ris eius percuſſit ⁊ emarcuit. Hec aūt oīa
ſpectant ad pncipat⁹ in quoꝝ ordine prim⁹
eſt michael qui mandauit angelo vt diceret
agar ancille ꝙ ad dn̄am ſuaꝫ rediret ⁊ ſe ei
humiliaret. Gen̄. xvi. ⁊c̄.

**¶ Tertio ſanctus michael**
eſt maior in regno ꝓphetarū: qm̄ ꝓphetica
reuelatio fit ꝑ angelos. Un̄ ſanctus Tho.
ſcđa ſcđe. q. clxxij. arti. ij. dicit ſic. ſicut apl's
dicit Rom̄. xij. Que a deo ſunt ordinata ſūt
habet aūt hic diuinitatis ordo. ſicut Diony
ſius dixit. vt infima ꝑ media diſponat. An-
geli aūt medij ſunt inter deū ⁊ homines. vt
pote plus participantes de perfectiōe diui
ne bonitatis ꝙ homies. Et ideo illuminati
ones ⁊ reuelationes diuine a deo ad hoīes
per angelos deferunt. Prophetica autē co-
gnitio fit ſm̄ illuminationē ⁊ reuelationem
diuinā. Unde manifeſtū eſt ꝙ fiat ꝑ ange-
los. Dicit enī Diony. iiij. c. celeſtis ierarchie
Diuinas viſiones glioſi patres noſtri ade-
pti ſunt ꝑ medias celeſtes virtutes. hec tho.
Sanct⁹ michael fuit pnceps ſynagoge. ſm̄
qđ dicit Dan̄. x. Nemo mihi adiutor eſt niſi
michael pnceps veſter. Circa quā fecit q̄ttu
or. Primo miranda. Nam ipſe fuit ille an-
gelus qui plagas egyptijs intulit: qui mare
diuiſit: qui in colūna ignis ⁊ nubis pplm iſ
raeliticū anteceſſit: qui in terraꝫ ꝓmiſſionis
hebreos introduxit. Secūdo ſtupēda. Sci
ens enī diabol⁹ iudeos ad idolatriā prom-
ptos eſſe volebat corp⁹ moyſi honorifice ſe
pelliri vt iudei ſuas idolatrias ibi exercerēt. ſꝫ
michael victoriā obtinuit qꝛ moyſi corpus
ab oīb⁹ abſcondit. Un̄ in canonica iuđ. i.
ca. dicit. Cum michael archangelus cū dia-
bolo diſputans altercaret de moyſi corpore
non eſt auſus iudiciū inferre blaſphemie. ſꝫ
dixit. Imperet tibi de⁹. Forte etiā iſta alter-
catio fuit qꝛ diabolus dicebat ſe in moyſe ꝓ
pter pctm̄ ad aquas contradictōis aliquod
ius habere. Sed cū michael culpam ſibi re-
miſſam aſſereret ⁊ diabolus adhuc inſtaret
michael dixit. Imperet tibi deus. Tertio ꝓ
tegenda. Nam cū ſyri obſiderent ciuitatem
ſamarie: dixit Helyſeus. Plures nobiſcum
ſunt ꝙ cuꝫ illis: ⁊ loquebat de angelis quo
rum pnceps erat michael: qui ꝑcuſſit ſyros
cecitate: quos helyſeus duxit in ſamariam.
vt habet. iiij. Reg. vi. Quarto adiuuāda.
Dicit enī Dan̄. x. Ex perſona gabrielis ar-
changeli princeps regni perſarū reſtitit mi-
hi. xx. vno dieb⁹. Et ecce michael vn⁹ de pn
cipib⁹ pmis venit in adiutoriū meum. Su-
per quo ſanct⁹ Tho. parte. i. q. cxiij. arti. viij.
dic̄ ſic. Hieron̄. exponēs hec ꝟba dicit pnci-
pem regni perſarū eſſe angelū qui ſe oppo-
ſuit liberationi ppl'i iſraelitici, ꝓ quo Daniel
orabat. Gabriel preces deo pſentāte. Hec
aūt reſiſtentia potuit fieri quia pnceps ali-
quis demonū iudeos in perfidē ductos ad
pctm̄ induxerat: per qđ impedimentū pre-
ſtabatur orationi danielis ꝓ eodem ppl'o
deprecantis. Sed ſm̄ Grego. li. xvij. mora.
Princeps regni perſarū fuit bon⁹ angelus

cuſtodie illiꝰ regni deputatꝰ. Ad videnduꝫ
ergo qualiter vnꝰ angelꝰ alteri reſiſtere niti
tur conſiderandū eſt ꝙ diuina iudicia circa
diuerſa regna ⁊ diuerſos homies per ange
los exercentur. In ſuis aūt actionibꝰ ange-
li ſm diuinā ſententiam regulant. Contigit
autē quandoqꝫ ꝙ in diuerſis regnis vel in
diuerſis homibꝰ contraria merita vel deme
rita inueniunt vt vnus alteri ſubdatur: aut
preſit. Quid aūt ſup hoc ordo diuine ꝓuidē
tie habeat: cognoſcere non poſſunt niſi deo
reuelante. Vn̄ neceſſe habēt ſup his diuinā
ſapientiam conſulere. Sic ergo inqꝫtum de
cōtrarijs meritis ⁊ ſibi repugnātibꝰ diuinā
cōſulunt voluntatē reſiſtere ſibi inuicē dicū
tur. Non quia ſint eoꝝ contrarie volūtates
cuꝫ in hoc oīes concordent qꝺ dei ſentētia
impleat: ſed quia ea de quibꝰ conſulūt ſunt
contraria, hec Thomas.

## Quarto ſanctus michael

eſt maior in regno xp̄ianoꝝ. Nam vt dicit
ſanctꝰ Tho. parte. i. q. cxi. ar. i. Ad fidē duo
concurrūt. Primo quidē habitꝰ intellectꝰ
quo diſponit ad obediendū voluntati ten-
denti in diuinā veritatē. Intellectꝰ em̄ aſſen
tit veritati fidei nō quaſi cōuictꝰ rōne: ſed qꝫſi
imperatꝰ a volūtate. Nullus em̄ credit niſi
volens. vt Aug. dicit. Et qꝫtū ad hoc fides
eſt a ſolo deo, Eph. ij. Gratia eſtis ſaluati ꝑ
fidē ⁊ nō ex vobis: dei em̄ donū eſt. Secū
do requirit ad fideꝫ ꝙ credibilia ꝓponant
credenti. ⁊ hoc quidē per hoīem fit ſm ꝙ fi-
des eſt ex auditu. vt dr̄ Rom̄. x. ſed ṗncipa-
liter per angelos ꝑ quos hoībꝰ reuelant di
uina. Vn̄ angeli aliq̄d operant ad illumina
tionē fidei: ⁊ tn̄ hoīes illuminant ab angelis
nō ſolū de credendis ſꝫ etiā de agēdis. ſm ꝙ
Diony. ꝓbat. iij. c. cel. ierar. ꝙ reuelatōes di
uinoꝝ ꝑueniūt ad hoīes mediantibꝰ angel.
hec tho. Sanctꝰ michael inſtruit eccl'iam
dei de credēdis qꝺ pꝫ ex q̄ttuor. Prīo qꝛ ē
ṗnceps eccl'ie xp̄i. Poſt ꝙ em̄ iudea dn̄ꝫ cru
cifixit: michael factꝰ ē ṗnceps eccl'ie. Vn̄ re-
fert Joſephꝰ ꝙ audite ſūt voces angeloruꝫ
dicentiū. Tranſeamꝰ ab his ſedibꝰ. Etiā ip̄e
ſolus int̄ ſanctos angelos aciei xp̄i ſignifer
eſt. ſm qꝺ cantat eccl'ia. Signifer ſanctꝰ mi
chael repn̄tet eas in lucē ſanctā. Et iterū.
Dū ſacrū miſteriū cerneret iohēs archāgelꝰ
michael tuba cecinit. Dignꝰ es dn̄e deꝰ nr̄
accipe librū ⁊ ſoluere ſignacula eiꝰ. Et ſumi
tur Apoc. v. vbi dr̄. Vidi angelū fortē ṗdicā
tem voce magna. Quis eſt dignꝰ aperire li
brū ⁊ ſoluere ſignacula eiꝰ ⁊c̄. Secūdo qꝛ
eſt inſtructor eccl'ie. Quicq̄d em̄ virtutꝫ: iuſti-
cie: miſericordie: ⁊ obſeruātie legis xp̄i eſt in
nobis. vt dic̄ Greg. Ab inſtructōe michael
ꝓcedit. Vn̄ iſte ē ille angelꝰ q̄ ligauit diabo
lum ꝑ annos mille: vt nō ſeducat eccl'iaꝫ do
nec ꝯſūmant mille āni. vt dr̄ Apoc. xij. Iſte
eſt ille angelꝰ q̄ cū magno exercitu angeloꝝ
diuinis intereſt miſterijs in altari cū hoſtia
ꝯſecrat. Iſte ē ille angelꝰ q̄ ſipontinis victo
riā dedit: ⁊ ꝯtra aduerſarios oīa elemēta pu
gnare fecit. Terrā: qꝛ mōs garganꝰ ꝯtremu
it. Aerē: qꝛ caligo tenebroſa totū montē ob
duxit. Ignem quia fulgura crebra volabāt.
Aquā. vn̄ cantat eccl'ia. Cōcuſſuꝫ eſt mare
⁊ ꝯtremuit terra. vbi archangelꝰ michael de
ſcendebat de celo. Et hec pugna vocat victo
ria ſcti michaelis q̄ celebrat. viij. Idꝰ Maij
Rome aūt eodē die celebrat apparitio ſcti
michaelis. qꝛ eodē die apparuit michael ar
changelus btō Grego. pape. tergēs gladiū
a peſte inguinaria quā deꝰ romanis immi-
ſerat. Tertio qꝛ eſt deſtructio antichriſti. ſi-
cut em̄ dic̄ glo. ſup illō Apoc. xiij. Vidi vnū
de capitibus eiꝰ occiſum: antichriſtꝰ mortuū
ſe finget ⁊ ꝑ triduūꝫ latēs poſtea apparebit
dicēs ſe ſuſcitatū. Et ferentibꝰ euꝫ demoni-
bus in aere aſcendet: ⁊ vniuerſis mirantibꝰ
adorabunt eū. Tandē dū ſtabit in papilio-
ne ſuo in mōte oliueti michael ip̄m occidet
vt dic̄ glo. ſup illud. ij. Theſſal. ij. Quē deus
interficiet ſpū oris ſui. Quarto qꝛ eſt con-
ductor iudicij: qꝛ ad vocē ip̄us oīes reſur-
gentꝰ. ſm illud. i. Theſſal. iiij. Ip̄e dn̄s in iuſ
ſu ⁊ in voce archangeli: ⁊ in tuba dei deſcen
det de celo. ⁊ mortui qui in xp̄o ſunt reſur-
gent primi. Etiam in die iudicij crucem: cla-
uos: lanceam: ⁊ coronam ſpineam chriſto
preſentabit: vt oīes agnoſcant ꝙ iuſte iu-
dicentur.

## Quinto ſanctus michael

eſt maior in regno paganoꝝ. Unde ſanctꝰ
Thomas parte. i. q. cxiij. arti. iiij. dicit ſic. Si
cut infideles nō priuantur interiori auxilio
naturalis rationis. Ita etiam non priuant
exteriori auxilio toti nature humane diuini
tus conceſſo. ſcꝫ cuſtodia angeloꝝ per quā
⁊ ſi non iuuentur qꝫtuꝫ ad hoc ꝙ vitā eter-
nam bonis operibus mereantur: quia infi-
deles etiam interdum bona faciūt: ſed non
bene. qꝛ non recta intentione faciūt quoniā

fides intentionem dirigit. vt Aug. dicit. Ju
uātur tamē ꝙtuꝫ ad hoc ꝙ ab aliquibꝰ ma
lis retrahūtur quibꝰ ſibi ipſis ⁊ alijs nocere
poſſunt. hec Tho. Sciendū ꝙ michael ar
changelus plura ſigna oſtēdit infidelibꝰ qui
bus poterant deuꝫ verum cognoſcere ⁊ ab
idolatria ſua ceſſare. Prīo tempe abrahe
quē vnū verū deū predicando iactauerunt
in ignē. ſed michael archangelus ipm libe
rauit. de hur. i. igne caldeoꝝ. Geñ. xv. Se
cundo tempe moyſi imolato agno in egy
pto ſignatꝫ eius ſanguīe domibꝰ hebreoruꝫ
michael archangelus veniēs ꝑcuſſis egypti
orum primogenitis poſt graues plagas in
mari ſubmerſit pharaonem ⁊ exercitū eius
Tertio tempe iudicū debellatis. xxxij. regi
bus chananeoꝝ per ioſue dirutis muris ie
rico ad ſonum tubarum. Joſue. vi. Percuſ
ſis centū viginti milibꝰ bellatoꝝ per gedeo
nem. ⁊ trecentos viros comites eiꝰ. Judicū
vij. Proſtratis mille viris cum mandibula
aſine per ſamſonem Judic. xiiij. Percuſſis
philiſteis i ſecretiori parte nature. qꝛ archā
dñi irreuerent tractauerunt. i. Reg. v. Mi
chael eis demonſtrauit viam veritatis quā
ferre neglexerūt. Quarto tempe regū. Mi
chael percuſſit centumoctogintaqnqꝫ milia
viroꝝ qui venerūt cū ſenacherib rege aſſiri
orum vt ꝓphanarent templū. iiij. Reg. xix.
Etiā percuſſit centū milia pedites de ſyris
qui venerant cū benadab contra populum
dei. iij. Reg. xx. Ubi ergo ſunt dij eorum in
quibꝰ habebant fiduciā. cur eis nō ſunt opi
tulati ⁊ in neceſſitatibꝰ nō ꝓtexerunt. Hec
ſigna demōſtrauit ſanctꝰ michael vt colerēt
vnū verū deum. ſed noluerunt.

## Sexto ſanctus michael

eſt maior in regno electoꝝ. Uñ cātat ſancta
mater eccl'ia. Archangele michael cōſtitui
te ꝑncipē ſup oēs aīas ſuſcipiendas. Habꝫ
enī officiū ponderandi. ꝓpterea in eccleſijs
pingit ponderans animas. Dicit enī Dan.
v. Appēſus es in ſtatera ⁊ inuentꝰ es minꝰ
habens. Sunt enī quattuor differentie ani
maruꝫ. Quedā ſunt vacue que nulla ſecum
merita portauerūt. Jſtas appendet ⁊ dicet
Appenſus es in ſtatera ⁊ inuentꝰ es nihil
habens. Quedam ſunt ſemiplene: que aliq̄
bona fecerunt: ſꝫ tepide ⁊ negligēter. Jſtas
ponderabit ⁊ dicet. Appenſus es in ſtatera
⁊ inuentꝰ es minus habens. Quedaꝫ ſunt
plene que multa ſecum merita portauerunt
Jſtas ponderabit ⁊ dicet. Appenſus es in
ſtatera ⁊ inuentus es ſatis habens. Que
dam ſunt ſuperplene que nō tantū ꝓcepta
ſed etiam conſilia ſeruauerunt. Jſtas pon
derabit ⁊ dicet. Appenſus es in ſtatera et
inuentus es multū habens.

## Septimo ſanctus micha

el eſt maior in regno ſanctoꝝ. Habet enī of
ficiū deportandi cū ceteris angelis ſibi ſub
iectis animas in paradiſum. Unde cantat
eccleſia. Uenit michael archangelus cum
multitudine angeloꝝ. cui tradidit deꝰ aīas
ſanctoꝝ vt perducat eas in paradiſum exul
tationis. Data eſt poteſtas archangelo mi
chaeli ſup animas ſanctoꝝ. Portat enī eas
valde reuerēter: qꝛ nō humeris ſed manibꝰ.
pſ. Jn manibꝰ portabunt te. Portat valde
diligent quia ab oībꝰ offendiculis defen
dit. Jbidem. Ne forte offendas ad lapideꝫ
pedem tuuꝫ. Portat valde gaudenter: quia
cū canticis ⁊ iubilationibꝰ. Eſa. lv. Jn leti
cia egrediemini ⁊ in pace deducemini. Por
tat valde humiliter: qꝛ pauperes ⁊ medicos
non contēnit. Luc. xvi. Factum eſt vt mor
men. ⁊ portaret ab angelis in ſinu abrahe.
quia ſecure ergo ſunt anime que talē ꝓorti
torem. ſicut aliquādo ſocius in itinere aliuꝫ
portat: nō humeris ſꝫ ſolacijs. Eſa. lv. Mō
tes ⁊ colles cantabūt coram vobis laudem
⁊ oīa ligna ſiluaruꝫ plaudent manu. i. an
geli maiores ⁊ minores: quoꝝ oꝛōnes per
ducant nos ad regna celoꝝ. Amen.

In feſto aſcenſionis dñi Ser. xxxiiij.

Videntibus illis ieſus
eleuatꝰ eſt. Act. i. ⁊ in ep'la hodi
erne ſolēnitatis. Joh. xx. dixit ie
ſus. Aſcendo ad patrē meū ⁊ patrē veſtrū
deū meū ⁊ deuꝫ veſtrū. Super quo moueo
talem q̄ſtionē. Utruꝫ aſcenſio xpi in celum
qua cū patre in eternū regnaturus naturaꝫ
humanā attraxit: fuerit nobis vtilior ꝙ ſua
ꝑſentia corporalis quā a nob ſubtraxit. Ap
paret alicui ꝙ nō: ⁊ ꝓpter ipm ⁊ ꝓpt nos.
Primo ꝓpt ipm. quia ad hoc venerat vt
ſe verū dei filiū declararet. Joh. xvij. Pater
manifeſtaui nomē tuū hominibꝰ quos dedi
ſti mihi. Sed hoc fuiſſet magis manifeſta
tum ſi ſemp fuiſſet conuerſatus cū hominibꝰ
tum rōnibꝰ. tum exemplis. tum miraculis.
ergo ⁊c. Secundo ꝓpter nos. quia filius
dei naturā humanā aſſumpſit ad noſtram

ſalutē. Sꝫ magis fuiſſet ſalutare omnibus
ꝙ ſemper cōuerſaret nobiſcū in terris. Nā
multi iudei ⁊ pagani conuerſi fuiſſent ad fi
dem: ⁊ multi peccatores a peccatis abſtinu
iſſent deſiderantes videre ieſum. Vn̄ ipſe
dicit Luc. xvij. Venient dies qn̄ deſiderabi
tis videre vnū diē filij hoīs ⁊ nō videbitis
Gentiles etiā dicebant Ioh. xij. Volumꝰ
ieſum videre. ergo ⁊c̄. Ad iſtā queſtionem
reſpondent duo doctores. Primꝰ eſt dauid
in pſ̄. dicens. Notas mihi feciſti vias vite
adimplebis me leticia cū vultu tuo: delecta-
tiones in dextera tua vſqꝫ in finē. Sup quo
dic̄ glo. Delectatio ⁊ leticia erit mihi in cō-
ſeſſu tuo humanis obtutibꝰ ſubtracto. Se-
cundus eſt ſctūs Tho. iij. pte. q. lvij. ar. i. di-
cens ſic. Locꝰ dꝫ eē ꝓportionatꝰ locato. xp̄s
aūt ꝑ reſurrectionē ſuā vitā imortalē ⁊ in
corruptibilē inchoauit. locꝰ aūt in quo nos
hitamꝰ eſt locꝰ gn̄atiōis ⁊ corruptiōis. ſꝫ lo
cus celeſtis eſt locꝰ incorruptiōis. ⁊ iō non
fuit ꝯueniēs ꝙ xp̄s poſt reſurrectionem re
maneret in terris: ſꝫ ꝯueniēs fuit ꝙ aſcēde
ret in celū. hec Tho. Sciēdū ꝙ xp̄s aſcēdit
Hec autem virginitas facit quattuor. Primo tẽptationum pellit incendia. Exemplũ de Joſeph qui relicta veſte apud dñam ſuaꝫ ſollicitantem ipſum de laſciuia virginitatem ſuã cuſtodiuit. Etiam ypolitus fugiens amplexus laſciuos phedre: relicto enſe immaculatum ſe ꝓ̃ſeruauit. Secũdo ſanctarũ meditationum ſenſus acuit ꝛ ingenia. Unde apuleyus de deo ſocratis dicit. Artes alie ſiue ſcientie poſſunt ignorari ſine erubeſcẽtia: vt rõ pingendi: ſaltandi: cantandi: quas vir bonus põt ſine vituperatione contemnere. ſed neſcire bene viuere nũꝗ̃ audebis dicere ſine pudore. Hec ille. Quotiens ergo virgo neſciret bene viuere ꝛ de hoc verecũdabitur. acuet ingenium ad honeſte viuendũ ꝛ hoc quidẽ plurimi ſecuti ſunt qui ſeipſis deformauerũt. ne in laſciuiam ꝓlaberentur. Exemplum de ſpurina elegantiſſimo adoleſcente qui cuꝫ mira ſui ſpecie ſollicitaret oculos pluriũ illuſtriuꝫ feminarum. cũqꝫ viris ꝛ parentibus earũ ſe ſuſpectum ſentiret. faciei decorem vulneribꝰ deformauit. Tertio carnalium cogitationũ luxum fugat ꝛ vitia. Exemplum de illa virgine Anthiocena pulcra nimiũ. quam omnes cõcupiſcebant. ſed ipſa hominũ aſpectus fugiebat. Comperto aũt ꝙ xp̃iana eſſet coacta eſt aut idolis ĩmolare: aut lupanar ĩtrare. qḋ cum facere recuſaret ad lupanar ducta eſt. Ad ingreſſuꝫ autẽ laſciuiorũ certantiuꝫ ꝗs illaꝫ p̄mo ſtupraret. apparuit miles aſpectu terribilis: cõfortans eam ne timeret. mutatiſ ergo veſtibꝰ puella egredit̃. miles vero clauſus in camera manet. Quidã autẽ aduertẽs militem virum eſſe ꝛ non puellam. exclamauit factum dolũ. Vterqꝫ igitur ad martyriũ ducitur: ꝛ miles ꝛ puella. Sicqꝫ ꝟginitas cuſtodita eſt. Ideo Ambro. ſup Beati immaculati dicit. Pudor plerũqꝫ corrector eſt nr̃ qui dum precipit nos pudere cõmiſſi: ne diutius pudeat deſerere que erubeſcẽda ſunt admonet. Quarto noſtroꝝ actuũ ſecura dat veſtigia. Unde Valerius li. iiij. narrat de Scipione. que cũ eſſet. xxiiij. an capta Cartagine in hiſpania: omẽs obſides quos peni in ea vrbe clauſos tenebãt in ſuã ꝑtãtem redegit. ſimulqꝫ virginẽ etatis adulte. Quam vt cõperit illuſtri loco inter celtiberos natã. ꝛ indibili deſponſataꝫ. acceſſitis parentibus inuiolatã tradidit. aurũqꝫ qḋ ꝓ redemptiõe allatũ fuerat ſumme dotis adiecit. Ambroſius in quodaꝫ ſermone. Solet citius mereri indulgentiã: ꝗ verecundius deprecatur. Beata Margareta habuit hunc theſaurum virginitatis ĩ magna cuſtodia: per carnis mortificationẽ. Apoſtolus. Qui autẽ ſunt xp̃i carnem ſuã crucifixerunt cum vitijs ꝛ cõcupiſcẽtijs: per ſenſuũ cohibitionem. Job. xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis. ꝑ fugam ꝛ elongationẽ. i. Coꝝ. vi. Fugite fornicationẽ. Talẽ theſauꝝ ꝗ̃ſiuit Jeſus xp̃s in ſuis fidelibus. quẽ inuenit ĩ beata Margareta. Sicut dicit verbum ꝓpoſitum. Inuenta eſt vna ꝓ̃cioſa margarita.

¶ Una ꝓ̃cioſa margarita inuenta eſt.

A deo
Ab angelis.
A patriarchis.
A prophetis.
Ab apoſtolis.
A martyribus.
A confeſſoribus.
A virginibus.
A fidelibus.

¶ Primo vna precioſa margarita inuenta eſt A deo. Nam pietas ſaluatoris apparet in eo ꝙ negociator factus eſt: ⁊ in mũdum venit negociari aĩas noſtras. Unde ſimile eſt regnũ celoꝝ homĩ negociatori querenti bonas margaritas. In iſto negociatore ſunt ſeptem miranda. Primum eſt quia ſua ꝑcioſa ꝓ vili precio tradidit. Augu. Uenale habeo. Quid dñe? Regnuꝫ celorum. Quo emiẜ. Paupertate regnuꝫ. dolore gaudium: labore requies. ignominia gloria: morte vita. Secundũ eſt: qꝛ noſtra vilia care emit. Dedit eñ precioſum ſanguinẽ ſuum ꝓ nobis. i. Petri ꝑmo c. Nõ corruptibilibus auro ⁊c̃. redempti eſtis. ſed precioſo ſanguĩe agni ĩmaculati ieſu xp̃i. Et. i. Coꝝ. vi. Empti eſtis ꝑcio magno ⁊c̃. Ideo dedit ſeip̃m totum Ephe. v. Tradidit ſemetip̃m ꝓ nobis. Tertiũ eſt. quia nihil habẽtibꝯ ad ſoluendũ om̃ia bona ſua tradidit. Sicut pueri faciũt. p̃s. Pro nihilo habuerunt terrã deſiderabilẽ Quartũ eſt. quia nullũ decipit. Ideo ſemꝑ vltra ſortẽ precij ſoluit. p̃s. Que ꝓcedunt de la. me. nõ fa. irri. Aug. Õd deꝯ diligentibꝯ ſe ꝑparauit: merita oĩm tranſcendit ⁊ vota. Ro. viij. Non ſunt cõdigne paſſiones huius tẽporis ⁊c̃. Quintũ eſt. quia de datis ⁊ acceptis ſtrictam rõnem exigit. Luce. xv. Redde rõnem villicationis tue. Et Math. xviij. Uoluit rõnem ponere cum ſeruis ſuis. Sextũ eſt quia ſeruos ſuos ſuꝑ bonis ſuis negociari ⁊ lucrari voluit. Luce. xviij. Negociamini dum venio. Septimũ eſt. quia ſeruis ſuis ad negociandum bona ſua dedit ſm̃ coꝝ qualitates. Math. xxv. Et vni quidẽ dedit qnqꝫ talenta. alij aũt duo. alij vero vnũ vnicuiqꝫ ſm̃ ꝓpriam facultateꝫ. Iſte negociator venit in mundo iſto vt ſibi hanc margaritaꝫ emeret. pro qua deitatem: aĩam carnẽ: ⁊ ſanguinem dedit. ⁊ ipſa omnẽ idolorum culturam fugit. Fuit eñ rore celeſti generata: quia cor ſuum aperuit ⁊ rorem ſpũſancti ſuſcepit. ⁊ ſuggeſtioni diabolice ſe clauſit. ⁊ ſic precioſa margarita generata fuit. Aperuit nanqꝫ ad deũ ſuam memoriam: ⁊ ibi recepit dei cõtinuã recordationem. aperuit ſuã intelligentiaꝫ: ⁊ ibi concepit dei recognitionem. aperuit ſuaꝫ voluntatem: ⁊ ibi concepit dei amorem.

¶ Secundo vna precioſa margarita inuenta eſt Ab angelis. Naꝫ angeli cuſtodierũt eam vt contereret ſuggeſtionem demonis. qui habet magnã potentiam, ſuperbiam: aſtutiam: ⁊ experientiam. Unde diciẜ Apocal. xij. Proiectus eſt draco. Ecce potẽtia. magnus ſerpens. Ecce ſuperbia. antiquus. Ecce experientia. qui ſeducit vniuerſuꝫ orbẽ. Ecce aſtutia. His armis pugnauit demon contra beatam Margaretã. Sed ipſa protectione angeloꝝ contriuit om̃ia eius machinamenta. fregit enim eius potentiam quãdo ipſum ei apparentem in ſpecie draconis. vtute crucis euaneſcere fecit. Fregit eiꝯ ſuperbiam qñ pedẽ ſuꝑ collum eius poſuit. Fregit eius aſtutiam quãdo ſibi in nullo nocere potuit. ⁊ quãdo ip̃m coegit fateri ꝙ ĩdo ſibi apparuit. quatinus ei cõſuleret vt moniṫis p̃ſidis obediret. Fregit eius experientiaꝫ quia in nullo ſuis ſuggeſtionibus cõſentire voluit. p̃s. Angel ſuis deꝯ mãdauit de te ⁊c̃.

¶ Tertio vna precioſa margarita ĩuenta eſt A patriarchis qui domos ꝓprias reliquerunt. vt Abraham. Gene. xij. Et de beata margareta dicit pſal Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuã ⁊ obliuiſcere populum tuum ⁊ domũ patris tui. ⁊ concupiſcet rex decorem tuũ. Ipſa eñ preſentiens ꝙ pater ſuus intendebat eam trahere ad culturam idolorum. eius ſocietatem fugit. ⁊ oues ſue nutricis paſcebat periculum eſt enim bonis habitare cum malis. p̃s. Cum ꝑuerſo ꝑuerteris. Quia mali ſunt igne cõcupiſcentie inflammati ideo boni ſepius cõburuntur. i. Corinth. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Mali ſunt luto auaritie inquinati. ⁊ ideo boni ſepius inficiunẜ. mali ſunt pice adherentis ſuperbie infecti. ⁊ ideo boni ſepius denigranẜ. mali ſunt tenebris ignorãtie obſcurati. ⁊ ideo boni ſepius obſcurãtur. Beata ꝟ marga. noluit habitare cũ malis: ne aut inflammaretur igne cõcupiſcentie. aut inquinaretur luto auaricie. aut inficeretur pice ſuꝑbie. aut obſcuraretur tenebris ignorãtie.

¶ Quarto vna precioſa margarita inuẽta ẽ A ꝓphis. nã ꝓphe marie floruerunt vtute hũilitatis. vt clariꝯ diuina myſteria intelligerẽt. Btã marg. tãto hũilior fuit ĩ ꝯſpectu ſuo vt fulgidior eẽt ĩ ꝯſpectu dei Sepe ei reſ lucide nigrũ hñt effcm̃ ſic oñdit. b. aug. li. de ci. dei. triplici exẽplo. Nã oleũ lucidũ: maculas nigras effũdit. argentũ fulgidũ lineas nigras tĩgit. Ignis ſplẽdidꝯ nigra facit cũcta q̃ tangit. Sic ſancti viri ꝓphete dei. licet luceant inſtar olei per pietatem. inſtar ignis per charitatem: inſtar argenti per fame ſonorita-

tem. tñ apud ſe nigreſcebant ꝑ humilitatē. Vñ Jeremi. dixit. A a a dñe deꝰ: ecce neſcio loq̇: q2 puer ego ſum. Btā margareta coraꝫ ſe fuit humilis: vt deo fieret grādis. ps. Elegi abiectꝰ eſſe in domo dñi mei. magis ꝙ habitare in tabernaculis pctōꝝ. Cū em̄ Olibrius eā ſibi ꝯiugio copulare vellet. magis voluit affligi cū pplo xpianoꝝ: ꝙ tpalis ꝓſperitatis habere iocunditatem.

Quinto vna ꝑcioſa margarita inuēta eſt ab aplis quoꝝ fidē imitata eſt. de hac fide dicit ps. Eloq̇a dñi eloq̇a caſta argentū igne examinatū ꝓbatū purgatū ſeptuplū. Ex quo elicit̄ ꝙ fides catholica eſt caſta per puritatē ſincerā: q2 nulla adulterina falſitate polluit̄: qḋ eſt ꝯ fidē hereticorū. Eſt examīata ꝑ tribulationē īmiſſam: q2 nulla aduerſitate frangit̄: qḋ eſt ꝯ fidē inſtabiliū. eſt ꝓbata ꝑ ꝓſperitatē mundanaꝫ q2 nulla ꝓſperitate mūdana allicit̄: qḋ eſt contra fidē auaroꝝ. Eſt purgata per ſpūſſancti grām. q2 ſeptiformi dono ſpūſſancti fulcit̄. qḋ eſt ꝯ fidē maloꝝ xpianoꝝ. Btā margareta hūc theſaurū fidei in corde ſuo fixit vt tyranni argumēta facile deuicerit. Cui cū diceret ꝙ nō ꝯuenit vt puella tā nobilis habeat deū crucifixū. Ipſa rn̄dit. Xp̄s ꝓ redēptione noſtra crucifixus aſſerit̄. ſed nunc euꝫ in eternum viuere affirmat̄ ⁊c̄.

Sexto vna precioſa margarita inuenta eſt A martyribꝰ q̇ ꝓ xp̄o occiſi ſunt. eius naꝗ paſſio multū fuit paſſioni xp̄i cōformis. Xp̄us em̄ fuit denudatus in patibulo. Margareta ſpoliata in eculeo. Xp̄us fuit flagellatꝰ ad colūnā vt diſciplinā ꝓ nobis portaret. Margareta tota fuit virgis lacerata: vt poſt hāc vitā aliam diſciplinā nō ſentiret. Xp̄s fuit ꝑforatus clauis Margarita fuit lacerata vnculis. Xp̄s paſſus eſt in patibulo: qḋ erat ſupplicium latronū. Margareta in eculeo qḋ erat ſuppliciū malefactoꝝ. Xp̄us fuit totus ſanguine plenus. Margareta fuit tota ſanguine cruēta. Xp̄us paſſus eſt in aere: ad innuenduꝫ ꝙ eſt mediator dei ⁊ hoīm. Margareta paſſa eſt in aere: ad innuendū ꝙ eſt noſtra interuentrix apud deū. Xp̄us in ſua paſſione patri ſpiritū cōmendauit. ⁊ ꝓ ſuis crucifixoribus interceſſit. ⁊ ꝓ oībus fidelibus exorauit. Sic ⁊ margareta orauit deū ꝓ ſe. ꝓ ſuis occiſoribus: ⁊ ꝓ ipſam inuocantibus.

Septimo vna ꝑcioſa margarita inuēta eſt a ꝯfeſſoribꝰ. Nā ipa ardēs caritate tota fuit aduſta: ſ₃ nō cōbuſta. Vñ poterat dicē illud Eccl. li. In medio ignis nō ſum eſtuata. Fuit em̄ in medio ignis q2 habuit carnē ꝓpugnātē. Gal. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. Demonē inflātē. Job. xli. Alitꝰ eiꝰ prunas ardē facit. hoīem ſollicitantē. q2 ꝑfectꝰ eā in vxorē accipe cupiebat. Pulchritudinē allicientē. q̄ iā multas deceperat. Prouerb. vlti. Fallax grā ⁊ vana pulchritudo. Supauit em̄ oīa iſta ardētiſſima caritate. ꝓpter q̄ttuor q̄ intrinſecꝰ habebat.

Primo grām afflantē. Dani. iij. Fecit mediū fornacis q̄ſi ventū roris flantē. Scḋo ꝯſciam delectantē. Prouer. xv. Secura mēs q̄ſi iuge ꝯuiuiū. Tertio ſpē letificātē. Ro. xij. Spe gaudētes in tribulatiōe patiētes.

Quarto carnē v̄gineā refrigerātē. Luce. i. Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.

Octauo vna ꝑcioſa margarita inuēta eſt a v̄ginibꝰ. Nam theſaurꝰ v̄ginitatꝭ inuenit̄ q̄ttuor mōis. Primo dādo deo ꝓpriū affectū vt. ſ. nihil diligat niſi celeſteꝫ ſponſum. Eſt em̄ zelotipꝰ ⁊ nō vult cū adultero adamari. Eſa. xxviij. Coanguſtatū eſt ſtratū: ita vt alter decidat. Scḋo dando deo ꝓpriū intellectū: vt. ſ. de nullo cogitet niſi de celeſti ſponſo. ij. Coꝝ. x. In captiuitatē redigentes oēm intellectum in obſequiū xp̄i. Tertio dando deo ꝓpriū cēſum. ſcꝫ bona ſua non vane expēdendo: ſed pauperibus chriſti tribuendo. Math. xix. Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus. ⁊ habebis theſaurū in celo. Quarto dando deo ꝓpriam intentionem ⁊ motum. Nam ſicut imago dei in ſanctis viris non inficitur. ſic virginitas recta intentione innouatur. ſecūdū Corinthio. iiij. Licet is qui foris eſt homo noſter corrumpatur. tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem.

Nono vna precioſa margarita inuenta eſt a fidelibꝰ. Nam magnas v̄tutes in ſua paſſiōe oñdit ex q̇bꝰ multa in fideliū milia ꝯuerſa ſūt ad fidē xp̄i nā ī igne fuit poſita ſ₃ nō aduſta. In aere q2 fuit ī eculeo ſuſpēſa: nō tñ in aīo leſa. In aq̄ q2 ſaq̄s gelidis fuit poſita ⁊ permanſit illeſa. In terra: q2 fuit terremotu concuſſa. factus eſt em̄

terremotus. ac ſi terra nõ poſſet tm̃ facinꝰ ſuſtinere. Terremotus fit quattuoꝛ de cauſis.

Primo in deteſtationem ſceleris. Oſee. iiij. Maledictum ⁊ mendacium: furtũ ⁊ adulterium inundauerũt. ꝑpter hoc lugebit terra.

Secũdo in ſignũ doloꝛis. Tertio in ſignũ ⁊ cõcuſſionẽ timoꝛis. ⁊ ſic factꝰ eſt terremotus in paſſione xp̃i: vt doloꝛeꝫ oñderet ⁊ cuſtodes deterreret. Quarto in cõfuſionẽ peccatoꝛis q̃ valde ꝯfundi dꝫ. q̃ñ ad p̃ceptuꝫ dei inſenſibile elementũ mouet: ⁊ ip̃e ad pn̄iam nõ cõmouet. Terremotꝰ ergo factꝰ eſt in paſſione bt̃e Marga. in tãti ſceleris deteſtatõeꝫ in doloꝛis ⁊ ꝯpaſſionis oñſioneꝫ. in timoꝛis cõcuſſionẽ ⁊ in pctõꝝ magnã cõfuſionẽ. Vñ quidã ſctũs ſic dicit de ea. Beata marga. fuit timoꝛis dei inſtantia p̃dita: religiõe compta cõpunctione ꝑfuſa: honeſtate laudabilis: patientia ſingularis: nihilqꝫ in ea ꝯtrariũ xp̃iane religioni inueniebat odioſa patri ſuo. dilecta dño ieſu xp̃o: cum quo viuit ⁊ regnat i ſempiterna ſecula. Amen.

## In feſto ſancte Marie Magdalene. Sermo. xlij.

Vides hanc mulierẽ. Luce vij. ⁊ in euangelio p̃ſentis ſolennitatis. Criſoſtoꝰ. in omel. de ꝑditione iude: q̃ incipit. Paucis hodie. dicit ſic. Ante ꝑditionis tẽpus: Meretrix vnguentũ ſupꝛa caput dñi effudit. Grandeꝫ fidem: multã reuerentiã: mirandã coꝛrectionẽ oſtẽdit. ⁊ qñ ꝓſtituta lupanar exiuit tunc diſcipulus gehennã intrauit. Quãdo illa mercedem ſui coꝛpoꝛis abdicabat. tũc ille preciũ magiſtri ſanguinis poſtulabat. hec ille. Super quo moueo talẽ queſtionẽ. Utruꝫ beata maria magdalena poſt amiſſam virginitatẽ recuperauerit ꝑ pn̄iam priſtinã dignitatem.

Ad iſtã queſtionẽ reſpõdeo: ponẽdo quattuoꝛ cõcluſiones ex intentione ſctõꝝ doctoꝝ.

Prima cõcluſio eſt iſta. Beata maria magdalena nõ ſoluꝫ mente: ſed etiã coꝛpoꝛe fuit coꝛrupta. Patet teſtimonio chꝛiſti dicentis. Math. xxi. Amen dico vobis ꝙ publicani ⁊ meretrices p̃cedent vos in regno celoꝝ. Super q̃ dic̃ glo. interlinearis. publicani. vt Matheus. meretrices vt magdalena. Cirillus ſuper illud Luce. vij. Ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix. dicit. Mulier aũt inhoneſte vite ꝑmens aũt fidelẽ affectũ: venit ad xp̃m q̃ſi petens veniã cõmiſſoꝝ ſibi elargiri. Augu. ſupꝛ p̃s. cxl. dicit ſic. Illa mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix: venit ⁊ acceſſit ad pedes ieſu. Illa impudica quõdam frontoſa ad foꝛnicationem: frontoſioꝛ ad ſalutẽ irrupit in domũ alienã. Greg. in omel. dicit ſic. Quia em̃ hec mulier turpitudinis ſue maculas aſpexit: lauanda ad fontẽ mĩe cucurrit. Sanctꝰ Tho. iiij. ſen. diſt. ix. articulo. viij. in reſpoñ. dicit ſic. Quidam dicũt ꝙ ſolũ virgines ad oꝛdines angeloꝝ aſſumunt. eo ꝙ cognata eſt ãgelis virginitas. vt hiero. dicit. Alij vero electi decimũ oꝛdinem cõſtituunt. Sed hoc nõ videt verũ. cũ multi nõ virgines: vt Petrus ⁊ magdalena: multis etiam virginibꝰ eminentioꝛes ſint. Speculuꝫ eccleſie: in ſermone. Nõ veni vocare iuſtos ⁊c̃. dicit ſic. Hec maria in magdalum caſtellum marito tradit. Sꝫ ab eo hieroſolimaꝫ fugiens generis imemoꝛ: legis oblita: vulgaris meretrix efficit. Et poſt ꝙ ſe fecit ſponte turpitudinis ꝓſtibulũ facta eſt iure demonioꝝ delubꝛuꝫ. Secũda cõcluſio eſt iſta. Hec mulier peccatrix eſt: eadeꝫ q̃ fuit ſoroꝛ Lazari: ⁊ q̃ vnxit dñm vnguento.

Iſta cõcluſio eſt Hieronimi et Criſo. Sed Origenes dicit ꝙ nõ eſt eadem: qđ ꝓbat ex tribus. Primo ex tẽpoꝛe. Nam ſoroꝛ Lazari vnxit dñm ante ſex dies paſce. vt habetur Ioh. xij. Illa vero peccatrix infra biduũ ante paſcha. premittit em̃ Matheus dñm dixiſſe. Scitis quia poſt biduũ paſcha fiet. Marcus autẽ dicit. erat paſcha ⁊ azima pꝰ biduũ.

Secundo ex loco. Nam illa peccatrix legit dñm vnxiſſe in domo Symõis lepꝛoſi. Magdalena vero ſoroꝛ Lazari vnxit dñm in domo marthe. quia dicit ꝙ martha miniſtrabat.

Tertio ex facto. Naꝫ illa peccatrix vnxit pedes dñi. Magdalena vero ſoroꝛ Lazari: vnxit caput dñi recũbentis. Aug. aũt ⁊ Greg. dicunt ꝙ fuit vna ⁊ eadẽ mulier: quã quattuoꝛ euangeliſte narrant dñm vnxiſſe. Sꝫ bis hoc fecit. Primo quidẽ in p̃ncipio ſue conuerſionis. in medio tẽpoꝛe p̃dicatiõis xp̃i qđ Lucas narrat. Secundo vero hoc fecit imminẽte xp̃i paſſione. qđ tres alij euangeliſte narrãt. Ad primũ de diſſonantia tẽpoꝛis dicendũ eſt ſm̃ Auguſt. ꝙ Iohẽs ſeruat oꝛdinem hyſtoꝛie. Matheus aũt ⁊ marcus ꝑ recoꝛdationẽ interponũt. Qđ prius fuerat factũ immediate ante ꝑditioneꝫ iude: q̃ ex hoc facto credit occaſionẽ habuiſſe. Ad ſecundum de diſſonãtia loci põt intelligi: ꝙ eadeꝫ ſit domꝰ Symonis lepꝛoſi: etiã marie ⁊ marthe. ita ꝙ Symõ fuerit paterfamilias domꝰ dr̃ aũt lepꝛoſus. qꝛ prius lepꝛoſus fuerat ⁊ a

xp̄o curatus. Ad tertiū dicit̄ ſm̄ Augu. ꝙ
eadē mulier vnxit pedes ⁊ caput ipſius xpi
recumbentis. Tertia ꝯcluſio: beata Maria
magdalena ꝑ ſui pn̄iam nō potuit recupera-
re virginalem innocentiā. Iſtud declarat ſā
ctuſ Tho. iij. pte. q. lxxxix. articlo. iij. dicēſ. Ho
mo ꝑ peccatū duplicē dignitatē amittit. vnā
ꝙ̄tum ad deū. ſ. qua cōputatus erat inter fi-
lios dei ꝑ grām. ⁊ hanc dignitatē recuperat ꝑ
pn̄iam. qđ ſignat̄ Luce. xv. de filio ꝓdigo: cui
pr̄ penitēti iuſſit reſtitui ſtolā p̄mā ⁊ anulū
⁊ calciamenta. Aliā vero dignitatē amittit
ſcđariā. ſ. innocētiā: de q̄ ſicut ibidē legit̄. glia
batur filiꝰ ſenior: dicēs. Ecce tot annis ſeruio
tibi: ⁊ mādatū tuū nunꝙ̄ p̄terij. Et hanc di
gnitatē penitēs recuperare nō pōt. Et eadē
rō eſt: de recupatione ꝟginitatis: ⁊ de recupe-
ratiōe innocētie. Quia ſuꝑ illud Amoſ. v. vir
go iſrael cecidit ⁊c. dicit glo. nō negat vt reſur
gat. ſed vt reſurgere virgo poſſit. qꝛ ſemel ob
errans ouis ⁊ ſi reportet̄ in humeris paſto-
ris nō hꝫ tantā gl̄iam: ꝙ̄tam q̄ nūꝙ̄ errauit.
hec Tho. Et quotlꝫ. v. dicit ſic. In virginita
te duo poſſumꝰ cōſiderare. Quoꝝ vnū eſt ip
ſa integritas mētis ⁊ corꝑis. ⁊ ſic deꝰ pōt vir
ginē reparare poſt ruinā. Pōt em̄ ⁊ mentē
reintegrare ꝑ grām ⁊ corpꝰ cōſolidare ꝑ mi-
raculū. Alia aūt eſt cā integritatis p̄dicte. ſ.
qꝛ mulier ꝟgo nō fuit cognita a viro. Et ꝙ̄tū
ad hoc deꝰ nō pōt virginē repare poſt ruinā
Nō em̄ pōt facere vt ea q̄ iam eſt cognita: a
viro nō fuerit cognita: ſicut nec de aliquo qđ
factū eſt: pōt facere qđ factū nō fuerit. Potē
tia. em̄ dei ſe extendit ad totū ens. vñ ſolū id
a dei potentia excludit̄. qđ repugnat rōni en
tis: ⁊ hoc eſt idē ſimul eſſe: ⁊ nō eſſe. ⁊ eiuſdē
rōnis eſt qđ fuit: nō fuiſſe. Vñ Auguſt. dicit
xxij. cōtra Fauſtū. Quiſquis dicit: ſi omp̄s ē
deus faciat vt ea q̄ facta ſunt. facta nō fuerīt
nō videt ſe hoc dicere. faciat vt ea q̄ vera ſūt
eo ipſo quo vera ſunt: falſa ſint. Et Hiero. vt
habet̄. xxx. q. v. dicit ſic. Cū deꝰ cetera poſſit.
nō pōt virginē reparare poſt ruinā. hec Tho.
Qñꝗ tñ penitēs recuperat aliq̄d maius. qꝛ
vt Grego. dicit in Omel. de. c. ouibꝰ. Qui er
raſſe a deo ſe cōſiderāt dāna p̄cedētia lucris
ſequētibus recōpenſant. Maius ergo gaudi
um de eis fit in celo. qꝛ ⁊ dux in prelio plꝰ eū
militē diligit: qui poſt fugā reuerſus: hoſtem
fortiter p̄mit: ꝙ illū q̄ nunꝙ̄ terga prebuit: et
nūꝙ̄ aliq̄d fortiter fecit. His em̄ q̄ ſm̄ ꝓpoſi
tum vocati ſunt ſancti. ſ. p̄deſtinatis q̄ quo-
tienſcūꝗ cadunt: finaliter tamē reſurgūt. ce-
dit in bonū. ſ. ꝙ cadunt. nō quia ſemꝑ in ma
iori grā reſurgūt. ſed quia reſurgūt ī ꝑmanē-
tiori gratia: nō quidē ex parte ipſius gratie:
quia quāto grā eſt maior: tāto de ſe eſt ꝑma
nentior. Sed ex pte hoīs qui tanto ſtabilꝰ ī
gratia ꝑmanet. quāto eſt cautior ⁊ humilior
⁊ feruētior. Dicit em̄ aplꝰs Ro. viij. Diligē-
tibus deū oīa cooperant̄ in bonū. vbi dic. gl.
augu. ꝙ hoc adeo verū eſt. vt ſiqui hoꝝ deui-
ent ⁊ exorbitēt. hoc ipm̄ deus faciat eis ī bo-
num ꝓficere. nēpe ideo ꝓficit eis in bonū ꝙ
cadūt quia humiliores redeūt: qꝛ et doctio-
res fiunt: hoc aūt cōtigit btē ma. Magda-
lene ꝑ penitentiam ſuā. vñ Criſoſto. dicit ſic
Sic ergo meretrix honeſtior effecta eſt virgi
nibus. poſtꝙ̄ em̄ accenſa eſt pn̄ia: exarſit in
xp̄i amorē. Et hec quidē q̄ dicta ſunt a beato
euangeliſta agebantur exteriꝰ. Que vero re-
uoluebat eiꝰ intentio multo feruentiora his
erant: q̄ ſolꝰ deꝰ inſpiciebat. Hec ille. Quar-
ta cōcluſio beata ma. mag. virginitatē mētis
⁊ corꝑis ꝑ ſui penitentiā recuperauit. Iſtud
declarat ſan. Tho. ſcđa ſcđe. q. clij. articlo. iij.
dicēs ſic. Virtꝰ ꝑ pn̄iam reparat̄: ꝙ̄tum ad
id qđ eſt formale in virtute. nō aūt ꝙ̄tū ad
id qđ eſt materiale in ip̄a. nō em̄ ſiq̄s magni
ficus cōſumpſit ſuas diuitias ꝑ pn̄iam pcti:
reſtituūtur ei diuitie. Et ſimiliter ille q̄ peccā
do virginitatē amittit ꝑ penitētiam nō recu-
perat ꝟginitatis materiā. Sed recuperat vir
ginitatis ꝓpoſitū: ſcꝫ perpetuo abſtinendi a
delectatione venerea: ad vacandū rebꝰ diuinis
Circa materiā aūt virginitatꝭ eſt aliquid qđ
miraculoſe reparari pōt diuinitꝰ. ſ. integritaſ
mēbri q̄ accidētaliter ſe hꝫ ad virginitatem.
Aliud aūt eſt qđ nec miraculo reparari po
teſt vt. ſ. q̄ expertꝰ eſt voluptatē venereā fiat
nō exꝑtus. Nō ei pōt deꝰ facere vt ea q̄ facta
ſunt: nō ſint facta. Hec Tho. Et. i. pte. q. xxv.
articu. iiij. dicit ſic. Oēm corruptionē mētis
⁊ corporis: pōt deꝰ auferre a muliere corrup-
ta. lꝫ ab ea auferri nō poſſit ꝙ corrupta non
fuerit. ſicut nec ab alio peccāte auferre pōt ꝙ
nō peccauerit. ⁊ ꝙ charitatē nō amiſerit ⁊c.
Btā ma. mag. ꝑ pn̄iam hūit ꝓpoſitū firma-
tum voto integritatis ſeruādē. ⁊ ꝑ miraculū
recuperauit integritatē mēbri. Cuiꝰ ſignū eſt
qꝛ aſp̄rimū heremū petijt. ⁊ in loco angelicis
manibꝰ p̄parato: ꝑ. xxx. annos incognita mā
ſit. qualꝫ aūt die ſeptē horis canōicis ab an-
gelis in ethera eleuabat̄ ⁊ celeſtiū agminū
glioſos ꝯcentus corporalibꝰ etiā auribus au
diebat. vñ diebꝰ ſingulis his ſuauiſſimis da-

pibus ſatiata. ⁊ inde ꝑ eoſdē angelos ad locum ꝓprium reuocata: corporalib⁹ alimētis nullatenꝰ indigebat: put narrat Egiſippus in quodā tractatu. Sic aūt eleuari ꝑ angelos ē priuilegiū virginū. vt pꝫ de adam in ſtatu innocentie. Heliſeo ꝓpheta: btā virgine: Johāne baptiſta: Paulo: Johāne euangeliſta: Thoma de aq̄no. Ergo beata maria magdalena veraciter recuperauit integritatē virginitatis: quantum ad aīam ⁊ corpus. ideo dr Uides hanc mulierē. ſ. ꝑ penitentiā recuperaſſe integre virginitatē: ꝓ qua adipiſcenda tam lamentabiliter fleuit.

Uides hanc mulierem.
In ſtatu offenſionis.
In ſtatu cōuerſionis.
In ſtatu ſatiſfactionis.
In ſtatu attractionis.
In ſtatu ꝓtectionis.
In ſtatu glorificationis.

¶ Primo vides. i. conſideras hanc mulierē. ſ. beatā mariā magdalenā: in ſtatu Offenſionis. Grauitas eñ offenſionis eius in tribus cōſiſtit ſ. in peccatorum magnitudine. In pctōꝝ certitudine. In peccatorū multitudine. Magnitudo peccatoꝝ notatur cū dicit̄ in euangelio. Et ecce mulier Certitudo peccatoꝝ notat̄: cū dicit̄. Que erat in ciuitate. Multitudo pctōꝝ notat̄: cū dicit̄ Peccatrix. Magnitudo peccatoꝝ ei⁹ cauſabat̄ ex quattuor: que ipam induxerunt ad ruinam. Primo pulcritudo. Prouer. xi. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulcra ⁊ fatua. Secūdo diuitie. Tertio libertas. dum ſ. nō eſt ſub lege viri. Quarto ſimplicitas: dum. ſ. nō hꝫ ꝓuidentiā in ſe q̄ ad regimē vite ſue: ſed facile seducit̄ vn̄ viri ꝓcantes vel alliciētes mulieres. hn̄t ſeptē ꝓdimēta ad ſeducendū eas: ⁊ qꝛ ſequūtur paſſiōes ſenſus: facile vincūtur vt pꝫ. Primū ꝓdimētum eſt: laudatio. procans eñ laudat mulierem dicēs. Tu pulcrior es oī muliere. Natura nō poſſet fingere aliā pulcriorē. btā illa mr̄ q̄ te genuit: tā delicate nutriuit. Tota pulcra es amica mea. et macula nō eſt ī te. Ecce tu pulcra es amica mea: oculi tui colūbarum Fau⁹ diſtillās labia tua: mel ⁊ lac ſub lingua tua: q̄s nō arderet in amorē tui. Secūduꝫ ē locutio. ꝓcans eñ dicet amaſie ſue. O ſi poſſem tibi loqui in ſecreto: bene eſſet tibi. Nihil mali. nec qd̄ ad cōfuſionē tui accedat: ſed potius ad laudē ⁊ gloriam tui. Si ſcires ꝙ magna ſunt que dicta fuerūt pridie de te vehementer exultares. Etiā plures fuerūt q̄ male locuti ſunt de te: q̄s ego dure increpaui. Tu credis quibuſdā qui applaudūt tibi in faciē ſed retro te pungūt. Tertiū ꝓdimentuꝫ eſt ꝓmiſſio. ꝓcans. n. ꝓmittit fidem amaſie ſue Or tale negociū nō dicet alicui. ꝓpter honorem ſuū. ⁊ ꝙ nūq̄ alteri cōmiſcebit̄. Sed caueat ſibi mulier fragilis. quia q̄ primū cōſenſerit ei: diuulgabit eā ꝑ ciuitatē ꝙ talis eſt amaſia ſua: ⁊ hꝫ cū ipſa om̄e ſuū beneplacituꝫ Nā quattuor ſunt q̄ nō poſſunt celari. ſ. ignis Scabies: Tuſſis: ⁊ Amor. Iſta ſeipſa manifeſtant nullo ꝑquirēte. Quartū ꝓdimentum eſt copulatio. Procans eñ ꝓmittit ſe illam ducere in vxorem. Cū aūt ſatiſfecerit libidini ſue: ⁊ cognouerit eā grauidā: recuſat illam ducere: Si aūt vir ꝓmiſerit eam ducere vxorem: ⁊ ſecuta fuerit copula carnalis: tenetur eā ducere. Si aūt aliā duxerit iſta reiecta nō eſt illa vxor ei⁹. ſed cōcubina. vt patet.

Quintū ꝓdimentum eſt Cōminatio. procans eñ minat̄ iuuēcule ꝙ niſi conſentiat ei: diuulgabit eam meretricē ꝑ totā ciuitatē: et manifeſtabit cōuerſationē eius: ⁊ ambaſiatas quas mittit q̄buſdā iuuenib⁹. Sicut fecerūt illi ſacerdotes ſenes ꝯtra Suſannā quā tn̄ de⁹ ꝓtexit ꝑ danielē ꝓphetam. Daniel. xiij. ⁊c. Sextū ꝓdimentum eſt fictio. ꝓcans. n. fingit ſe eſſe diuitē: ⁊ ꝙ induet eā velut nobilem. ⁊ dabit ei q̄cq̄d ipſa petierit. imo om̄ia ſua dabit arbitrio. ⁊ gubernationi ſue. cū ipſa videatur prudētiſſima. ⁊ nō curat de dote eius. imo ipē vult eam dotare de ſuo. ⁊ tenere matrem eius libentiſſime. Septimū ꝓdimentum eſt Cōmiſſio. procans eñ cōmittet alicui antique vt faciat taleꝫ ambaſiatam tali iuuencule. ⁊ ꝙ ardet amore ipſius ⁊ tanq̄ deſperatus occidet ſeipſum: niſi habuerit eā. Et donat illi antique multa: ⁊ plurima donaria mittit illi per iſtam antiquam⁹ que cōfortabit eam. ⁊ iſta iuuencula fidens in iſta: cōſentiet illi procāti. Certitudo peccatoꝝ cauſatur ex hoc ꝙ mulier ſeptem modis grauiter peccat. Primo ornādo viſum ⁊ faciē ſuam vltra debitum. Unde Cyprian⁹ li. de habitu virginum dicit ſic. Non virgines tantū: aut viduas. ſed ⁊ nuptas: puta etiam omnes omnino feminas admonendas: ꝙ op⁹ dei ⁊ facturaꝫ eius: ⁊ plaſma: adulterare nullo modo debeant. adhibito flauo colore vel nigro puluere: vel rubore: aut quelibet lineamenta nociua corrumpente medicamīe. ma

nus quidē deo inferunt qn̄ illud qd̄ ille for⸗
mauit reformare contēdunt. Impugnatio
iſta eſt diuini operis p̄uaricatio ⁊ veritatis
deū videre nō poteris: qn̄ oculi tibi non ſūt
quos deus fecit: ſed quos diabolus infecit.
hec ille. vnde mulierū fucatio: de qua Cypri⸗
anus loquit᷑. eſt q̄dam ſpecies fictiōis q nō
pōt eſſe ſine peccato. Vn̄ Aug⁹. dicit ī ep̄la
ad Poſſidiū. Fucari figmētis quo rubicun
dior vel candidior appareat adulterina fal
lacia eſt: qua nō dubito etiā ipſos maritos
ſe velle decipi. q̄bus ſolis p̄mittēde ſunt fe⸗
mine ornari ſm̄ veniā: nō ſm̄ imperiū. Sci
endū ꝙ nō ſemꝑ talis fucatio eſt cū pecca⸗
to mortali: ſed ſolū qn̄ fit ꝓpter laſciuiā. vel
in dei ɔtēptū. in q̄bus caſibus loq̄tur Cypri
anus. Nam aliud eſt fingere pulchritudinē
non habitā. Et aliud eſt occultare turpitudi
nē ex aliqua cā̄ ꝓuenientē puto egritudine
vel aliq̄ hmōi. hoc em̄ ē licitū: qr ſm̄ apl'm. i.
Cor. xij. Que putam⁹ ignobiliora eſſe mē⸗
bra corporis his honorē abūdantiorē circū
damus. Secūdo portando capillos alie⸗
nos: aut vltra modū colendo ſuos. Unde. i.
Pe. iij. dr̄. Sit nō extrinſec⁹ capillatura aut
circūdatio auri: aut indumenti veſtimētoꝝ
cultus. vbi dicit glo. Cypriani. Serico ⁊ pur
pura indute xp̄m ſincere induere non p̄nt.
auro ⁊ margaritis ornate ⁊ monilibus: or⸗
namenta mētis ⁊ corporis perdiderūt. hec
ille. ſed glo. ibidē dicit. Qd̄ mulieres eoꝝ q̄ ī
tribulatione erāt ɔtēnebant viros: ⁊ vt alijs
placerēt ſe pulchre ornabāt. Qd̄ fieri ap̄ſus
ꝓhibet. In quo etiā caſu loquit᷑ Cypri. Nō
aūt ꝓhibet mulierib⁹ ɔiugatis ornari vt pla
ceant viris: ne det᷑ eis occaſio peccādi cum
alijs. Vn̄. i. Thi. ij. dicit ap̄ls. Mulieres in
habitu ornato cū verecūdia ⁊ ſobrietate or⸗
nātes ſe: nō intortis crinibus aut auro aut
margaritis aut veſte precioſa. Per qd̄ dat᷑
intelligi: ꝙ ſobrius ⁊ moderatus ornat⁹ nō
ꝓhibet᷑ mulieribus: ſed ſuperflu⁹: ⁊ inuere⸗
cūdus ⁊ impudicus. Etiā ſi nulla eſt muli⸗
er q̄ vellet dormire cū muliere mortua vt ha
beret capillos ſuos, quō ergo eſt auſa porta
re capillos mulieris mortue. Tertio dum
eſt vanitatibus ornata aſpicere ⁊ aſpici de
lectando. Nam muliebris cultus ſepe viros
ad laſciuiā ꝓuocat. Prouerb. vij. Ecce mu⸗
lier occurrit tibi ornatu meretricio prepara
ta ad capiendas aīas: q̄ laqueus venatoruꝫ
eſt. hoc em̄ eſt dare viris incentiuū peccan⸗
di. ⁊ ſi quidem hac intentiōe ſe ornent vt ali
os ꝓuocent ad ɔcupiſcentiā mortaliter pec
cant. Unde Aug⁹. in ep̄la ad poſſidiū dicit
Nolo vt de ornamētis auri vel veſtis: ꝑpe
rā ha beas in ꝓhibendo ſniam: niſi in eos q̄
neqꝫ coniugati neqꝫ coniugari cupiētes: co
gitare debēt quō placeāt deo. Quarto va⸗
nas cātilenas addiſcēdo. in q̄bus v̄ba laſci
ua ⁊ ad luxuriā ꝓuocātia ɔtinent᷑. Naꝫ cor
rūpunt bonos mores colloq̄a p̄ua. vt ap̄ls
dicit. Quinto facecijs vanis qn̄ ⁊ cū q̄ non
dꝫ vtēdo. Mulier em̄ nō dꝫ cuꝫ viris loq̄ ca
per q̄ vir poſſet ad laſciuiā ꝓuocari dꝫ em̄ ꝓ
ſui honeſtate eſſe taciturna ⁊ ad vocem viri
pauere. Sexto moleſtata in pctō̄ cadēdo.
tūc em̄ amiſſa verecūdia ⁊ pudicitia effrena
te peccat. Iere. Frons mulieris meretric̄ fa
cta eſt tibi. perperā noluiſti erubeſcere. Se
ptimo ꝑſeuerādo in pctō̄. Nam impi⁹ cū in
ꝓfundū venerit pctōꝝ cōtēnit. iō dicit pſal.
Non me demergat tēpeſtas aq̄: neqꝫ abſor⸗
beat me ꝓfundū: neqꝫ vrgeat ſuꝑ me pute⁹
os ſuū. Multitudo pctōꝝ cātur ex laſciuia
⁊ vanitate mulieris quā deus odio hꝫ. ſm̄ il
lud pſ. Odiſti obſeruātes vanitates ſupua
cue. Sūt em̄ due mulieres valde ɔrie. ſ. dn̄a
honeſta: ⁊ dn̄a vana. Dn̄a honeſta multuꝫ
fuit appreciata a viro ſuo: rōne fidelis diſpē
ſatiōis. iuxta illud. Oſee. ij. Spōſabo te mi
hi in fide. vn̄ vir frāgens fidē vxori grauius
peccat quo ad deū. lꝫ quo ad mundū ḡuius
offendat mulier ꝙ vir. qr ſupponit alienū fi
liū ⁊ priuat legitimos ſua hereditate. Se⸗
cūdo rōne ſincere dilectiōis. Eph. v. viri di⸗
ligite vxores vr̄a ſicut xp̄us dilexit eccl'iam.
Xp̄s aūt dilexit eccl'iam ad ei⁹ ſaluationē, ꝓ
ea ſuſtinendo paſſionē ꝓpter ei⁹ pctōꝝ re
miſſionē. Tertio rōne v̄tualis diſpoſitōis
Apo. xij. Signū magnū appuit in celo. mu⸗
lier amicta ſole ⁊ luna ſub pedib⁹ ei⁹. ⁊ in ca
pite ei⁹ corona ſtellarū duodecim. Nā dn̄a
honeſta eſt ornata v̄tutib⁹ ſplendēs in con
ſpectu dei tāꝙ ſol. ſ. fide. ſpe. ⁊ caritate. Dis
em̄ eius fides. ſpes. ⁊ caritas eſt in deo ma⸗
gis ꝙ in viro. luna. i. vanitas mundi. eſt ſub
pedib⁹ eius: q ī hāc apparentiā pulchritudi
nis ⁊ vanitatis vilipēdit. potius volens tur
pis apparere cuꝫ honeſtate ꝙ pulcherrima
⁊ cū vanitate. Iuxta illud. Fallax gr̄a ⁊ va⸗
na eſt pulchritudo. Et ſicut ſol eſt pulchrior
res mūdi: ſic dn̄a honeſta eſt pulchrior res
in domo viri ſui. Eccl. xxvi. ſicut ſol oriēs in
altiſſimis dei: ſic mulier ornamentū eſt do⸗
mus viri ſui. ⁊ ſic ſubtracto ſole oīa corrum

pereť. ſic tota domus ſine dña honeſta eſt
inordinata. Eccľ. xxvi. Gřa ſuꝑ gřam muli-
er ſctã ⁊ pudorata. In capite ei⁹ eſt corona
ſtellarũ. xij. ꝓpter. xij. ꝯditiões mulieris ho
neſte. Primo eſt diſcreta Prouer. xiiij. mu
lier ſapiẽs edificat ſibi domũ. Secũdo eſt
ĩmaculata. Eccľ. xl. edificatio ciuitať ꝯfirma
bit nomẽ: ⁊ ſuꝑ hãc mulier ĩmaculata cõpu
tabiť. Tertio ẽ ꝟtuoſa. Ruth. iij. Scit oĩs
ppľs te eſſe mulierẽ ꝟtuť. Quarto eſt ſctã
ꝑ ꝯtẽptũ terrenoꝝ. Judith. viij. Ora ꝓ po
pulo quia mulier ſancta es. Quinto eſt ſo
bria. Eccľ. vi. Qui poſſidet mulierem bonã
inchoat poſſeſſionẽ. Sexto eſt tacita in ꝟ
bis. Eccľ. xxvi. Mulier ſenſata ⁊ tacita non
eſt ĩmutatio erudite aĩe. Septimo eſt vere
cũda in ſigno. Eccľ. xxvi. Mãdata dei in cor
de mulieris ſctẽ. Octauo eſt verax in ſmo
ne. Judith. viij. Oĩa q̃ locuta eſt vera ſunt.
Nono ẽ cõcors cũ viro ſuo. Eccľ. vij. Mu
lier ſi eſt tibi ſm aĩam tuã nõ ꝓijcias illam.
Decimo eſt diligens in oꝑe. Prouerb. xij.
Mulier diligẽs corona eſt viro ſuo. Unde
cimo eſt obediẽs viro ſuo. Ephe. v. Mulie-
res ſubditi ſint viris ſuis. Duodecimo eſt
miſericors in elemoſynarũ exhibitiõe. Pro
uerb. vlti. Manũ ſuã apuit inopi. ⁊ palmas
ſuas extendit ad pauperem. Dña vana eſt
multũ deteſtanda a viro. Prouerb. vij. Et ec
ce mulier occurrit illi ornatu meretricio ꝑpa
rata ad capiẽdas aĩas: garrulas: ⁊ vaga. qe
tis impatiens: nec valẽs in domo cõſiſtere
pedib⁹ ſuis: nũc foris: nunc in plateis: nunc
iuxta ãgulos inſidiãs ⁊c. vſq3. ⁊ neſcit q2 de
periculo aĩe illius agiť. de hui⁹ vanitate põt
dici. Signũ magnũ apparuit in velo. i. in ob
ſcuritate mũdi. mulier amicta mole ⁊ cauda
ſub pedib⁹ ei⁹: ⁊ in capite ei⁹ corona ſtultici
arũ. xij. Quãuis enĩ mulier ꝓpter honeſtatẽ
licite poſſit aliqualẽ caudã deferre. ſ. quantũ
ſufficere poſſit ad coopiendos talos: ſi incli
nareť. ſicut etiã q̃dã vſi ſũt talari tunica in
veteri teſtõ. Exceſſus tñ caude in vno aut
duob⁹ brachijs pãni eſt oĩno ꝓhibit⁹ ꝓpter
multa. Primo q2 hoc qđ ſuꝑflue expẽdiť
eſt pauperũ. Bern. Clamãt nudi: clamãt fa
melici. qd ꝓſunt tot mutatoria extenſa ĩ ꝑti
cis: aut plicata in mãticis: Noſtrũ eſt qđ va
ne expẽdiť ⁊c. Unñ xp̃s dicit. Luce. vi. Qđ
ſupereſt date elemoſynã. Secũdo quia in
hyeme cauda ꝑ cenũ ⁊ lutũ trahiť: ⁊ ſic pã-
nus corrodiť Abacuch. ij. Ue q̃ multiplicat
nõ ſua. Uſq3 quo aggrauat cõtra ſe denſum
lutum: q2 tu ſpoliaſti gentes multas. ſpolia
bunt te oĩes q̃ reliqui fuerint de populis ꝓ
pter ſanguinẽ hoĩs. Tertio q2 cauda colli-
git pulueres: ⁊ inde generanť vermes ⁊ ti-
nee corrodẽtes pãnum. Jaco. v. Ueſtimẽta
veſtra a tineis comeſta ſunt ⁊ mãducabũt
carnes veſtras ſicut ignis. Quarto cauda
ſuſcitat pulueres ⁊ offendit alios g̃dientes
per viã. pš. In puluerẽ mortis deduxiſti me
Tale incenſum porrigit dña vana tanq̃ cle
ricus diaboli. Quinto cauda ſcopat vias
⁊ ſtratas. Maritus enĩ talis dñe vt faceret
ei hmõi caudam. ſcopauit bona pauperum
rapinis: vſuris: ⁊ ſtochis. Sexto ꝓpť pur-
gandã hmõi caudã: oportet tenere famulu3
vel famulã: q̃ blaſphemãt talem dñam: ⁊ in
terdũ ſuſcitanť rixe in domo: ſi non ſit bene
mundata cauda. Septimo q2 tales famu
li peccant in amiſſione tp̃is quo occupãť in
purgatione caude: qđ deberent extẽdere in
op⁹ honeſti⁹. ⁊ talis dña eſt cã: ⁊ ip̃a peccat
mortaľr. Octauo taľ mľier aſſimilať accipi
tri q̃ nõ bñ volat ad rapinã: niſi hẽat pulcrã
caudã. Nono talis mulier aſſimilať ſerpẽ
ti ꝓpter fraudulentiã q̃ eundo facit viã tor-
tuoſam: ne cognoſcať quo vadat. Eccľ. xxv.
Cõmorari leoni ⁊ draconi placebit: q̃ꝫ habi
tare cũ muliere neq̃ꝫ. Decimo cauda iſta ẽ
ſella diaboli. exemplũ. Sctũs Zeno dum ſe
mel iret poſt beatũ Ambroſiũ vidit quãdã
mulierẽ cũ longa cauda incedente3: ⁊ cepit
ridere. Req̃ſitus aũt a btõ Ambroſio cur ri
ſiſſet: ait. Uidi quoſdã demones dormiẽtes
ſuꝑ cauda talis mulieris. ⁊ dũ ipſa tranſiret
per viã lutoſam eleuauit caudã: ⁊ demones
in ea dormiẽtes ceciderũt in lutũ. vñ alij de-
mones ſequẽtes illã mulierẽ valde riſerunt
ꝓpterea riſi. Sctũs Ambroſi⁹ orauit dñm
vt videret que ſctũs Zeno viderat: ⁊ exaudi
tus a dño eade3 vidit. Undecimo cauda
eſt receptaculũ pulicum in qua recondũtur
Duodecimo ſicut pauo h3 gľiam ſuam in
cauda faciendo rotã: ſic talis mulier in cau-
da maxime gloriať. Item dña vana eſt a
micta mole: q2 maxĩa g̃uitate peccati in ſui
vana exornatione. Eſa. iij. Pro eo q̃ꝫ eleua
te ſunt filie ſyon. ⁊ ambulauerũt collo extẽ-
to: ⁊ nutibus oculoꝝ ibant. ⁊ cõpoſito g̃du
incedebant ⁊ plaudebant manib⁹. ⁊ ambu
labant pedibus. decaluabit dñs verticem
filiarũ ſyon: ⁊ dñs crinẽ earum nudabit. In
die illa auferet dñs ornamentũ calciamen-
toꝝ: ⁊ lunulas: ⁊ torques: ⁊ monilia: ⁊ armil

las:⁊ mitras:diſcriminalia:⁊ perhiſcelidas
⁊ murenulas:⁊ olphatoriola:⁊ iaures.⁊ an
nulos:⁊ gēmas in fronte pendentes: ⁊ mu
tatoria:⁊ pallia:⁊ linteamina:⁊ acus: ⁊ ſpe
cula:⁊ ſyndones:⁊ vittas:⁊ teriſtra. Et erit
p̄ ſuaui odore fetor:⁊ p̄ zona funiculus.⁊ p̄
criſpanti crine caluiciū.⁊ p̄ faſcia pectorali
ciliciū.hec ibi. Nam in talib⁹ exceſſib⁹ offen-
dit.xij.modis. Primo offendit deū defor
mando ſibi faciē:⁊ formā a deo datā non p̄
pter occultandā maculā.ſ. ſi celtiberioſa ⁊c.
Sed ad vanitatē ⁊ laſciuiā oſtendendā:⁊ tūc
peccat mortaliter:nec pōt cōicare. Secun
do offendit xp̄m: occidēdo aīas quas ipſe
redemit dū eas ad peccandū p̄uocat.vel eti
am a bono exercitio diſtrahit. Tertio offē
dit beatā v̄ginē q̄ ſumme diligit caſtitatē ⁊
humilitatē.deteſtat̄ aūt laſciuiā ⁊ ſup̄biam.
Quarto offendit angelos q̄ ſunt dati hoī
bus ad cuſtodiā eos impediendo a fructu
miniſterij ſui. Quinto offendit ſeipā omē
tp̄s ſibi datum ad ſalutē ⁊ pniam inaniter
expēdendo. Sexto offendit ſeipſam p̄ in-
deuotionē ad miſſam ſtādo.i.Cor.xi. Mu
lier oret velato capite p̄pter angelos.i.vel p̄
pter ſacerdotes q̄ talibus vanitatib⁹ conta
minant̄.vel p̄pter angelos.i. hoīes ſtātes
ad miſſam.⁊ diuina officia q̄ ſcandaliſant̄.
vel p̄pter angelos q̄ aſſunt celebrationi miſ
ſe ⁊ officiorum.pſ. Preuenerūt p̄ncipes ↄiūn
cti pſallentibus:in medio iuuencularū tym
paniſtriarū.q̄ offendūt̄ ex indeuotiōe harū
vanitatū. Septimo offendit ſeipſam meri
tū ſue orōnis p̄dendo.Eſa i.Cū multiplica
ueritis orōnem v̄ram nō exaudiā.Manus
enī v̄re ſanguine plene ſūt. Octauo offen
dit ſeipſam multipliciter infamādo.vnde ſi
cut fumus ignē:⁊ palea in crinibus eq̄ vēdi
tionē.ſic vanitas in muliere meretriciū.⁊ la
ſciuā intētionē ſignificat. Nono offendit
p̄ximū indebite alienū retinēdo.Nam ſi q̄s
creditor debeat habere aliq̄d a marito dn̄e
vane nō pōt exigere p̄pt̄ ſup̄fluas expēſas
quas fecit maritus ei⁹ p̄ ea. Decimo malū
exēplū dn̄e honeſte prebēdo.q̄ p̄pter talē
vanitatē viſam dn̄a honeſta ſup̄ata tēpta-
tiōe cōcupiſcit eadē vel ↄſilia vana. Unde
cimo ſequit̄ dāmum marito dn̄e honeſte nō
portātis vanitates:q̄ ↄtinue apud eū ↄque
rit̄ talis mulier.vſq̄ quo oporteat pauperē
maritū ſibi de ſimilib⁹ vanitatibus p̄uidere
vn̄ ſepe venit vſurarius:ne ob ſup̄fluitates
expēſarū in maiorē paupertatem deueniat.

Duodecimo p̄ximū ad murmurādum de
ipſa p̄uocādo:cui tales vanitates diſplicēt
vn̄ in cōi ⁊ p̄uatim deteſtātur ei⁹ vanitates
talis dn̄a vana ſepi⁹ excuſat ſe dicēs ideo ſe
pulcrā facere vt placeat viro ſuo. Sed iſta ē
excuſatio in pctīs.q̄ vir eā magis videt in
domo:q̄ extra domū. Eſt enī mulier talis
diſſimilis tabernario:q̄ cū duplex habeat vi
nū in taberna.ſ.bonū ⁊ malū.ſeruat bonū
p̄ exeūtibus quotidie in taberna.⁊ malū p̄
forenſibus. Iſta v̄o dn̄a vana dum exit do
mū cupit placere forēſibus: in domo autē
corā viro ſuo eſt turpis ⁊ maculoſa.in ſignū
q̄ nō diligit eū. In capite dn̄e vane eſt co
rona ſtulticiarū.xij.p̄pter.xij.mala ſeius cō
ditiones. Primo eſt ſuperba.q̄ ſequit̄ p̄
priam volūtatem ⁊ vult eſſe dn̄a in domo.
Eccl.xxv. Mulier ſi p̄matum habeat in do
mo cōtraria eſt viro ſuo. Secūdo eſt odio
ſa per infamiā cōuerſatiōis. Prouerb.xxx.
Per tria mouet̄ terra.⁊ quartū q̄d nō pōt
ſuſtinere.ſ.p̄ odioſam mulierē cū in matri-
monio fuerit aſſumpta. Tertia eſt cupida.
ſcȝ p̄ amorē terrenorum. Zach.v. Ecce due mu
lieres egredietes ⁊ habebāt alas quaſi alas
milui q̄ eſt rapaciſſimus. Quarto eſt luxu
rioſa.ij.Iere. In omī colle ſublimi. ⁊ ſub oī
ligno frondoſo p̄ſternebaris tu meretrix.
Quinto ē ebrioſa.Eccl.xxvi. Mulier ebri
oſa ira magna ⁊ ↄtumelia.⁊ turpitudo illi⁹
nō cōteget̄. Sexto eſt clamoſa Prouer.ix.
Mulier ſtulta ⁊ clamoſa plenaq̄ȝ illecebris
⁊ nihil oīno ſciēs: ſedet in foribus domus
ſue ſuper ſellā in excelſo vrbis loco vt vocet
tranſeūtes per viā ⁊ pergētes itinere ſuo.
Septimo eſt crudelis.Eccl.xxv. Nequitia
mulieris īmutat faciem eius:⁊ obcecat vul
tum ſuū tanq̄ vrſus. Octauo eſt inuerecū
da.Ierem.iij.Frons mulieris meretricis fa
cta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Nono ē fal
lax in ſermone.Prouer.v. Ne intēderis fal-
lacie mulieris Fauus enī diſtillās labia me
retricis ⁊ nitidius oleo guttur eius. Nouiſſi
ma aūt illius amara quaſi abſinthiū: ⁊ acu
ta lingua ei⁹ ſicut gladi⁹ biceps. Decimo
eſt vaga. Prouer.vij. Garrula ⁊ vaga ⁊ q̄e
tis impatiēs. Undecimo ē demōiaca. Lu.
xiij. Erat mulier hn̄s ſpm̄ imūdū. Duode
cimo eſt fatua Prouer.xi. Circulus aureus
in naribus ſuis mulier pulchra ⁊ fatua. Cū
ergo Maria magdalena his vanitatib⁹ im
plicita fuerit:per maxime deū offendit. Io
vides hāc mulierem in ſtatu offenſionis.

Secundo vides hāc mulie
rē in ſtatu ꝯuerſionis. Vñ Greg. in omel.
hodierna dicit ſic. Cogitāti mihi de marie pe
nitētia. flere magis libet ꝙ aliqͩ dicē. Cu
ius inqͭ vel ſaxeum pectus hui⁹ peccatricis
lachꝛyme ad exēplū pnīe nō emolliāt: Con
ſiderauit em̄ qͩ fecit ⁊ noluit moderari qͩ
faceret. Sup ꝯuiuantes ingreſſa eſt. nō iuſ
ſa venit. inter epulas lachꝛymas fudit. Di
ſcite quo doloꝛe ardet q̄ inter epulas nō eru
beſcit. hec ille. Ad ꝑfectā pniam reqͥrūtur
quattuoꝛ. Primo ꝙ ſit vniuerſalis. Pnīa
em̄ eſt qͩdam medicina aīe infirme peccatis
Curatio aūt coꝛpis nō eſt ſalubꝛis ſi ali. ua
ꝑs maneat egrota, ita etiā pnīa de vno pctō
⁊ nō de oībus eſt inutilis aīe. Jō dixit. Eze
chias. Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs an
nos meos in amaritudi. aīe mee. Secūdo
ꝙ ſit internalis. Aqua em̄ pnīe nō perfecte
lauat aīam a ſoꝛdibus pctōꝝ: niſi ad intrin
ſeca aīe ingrediat̄. Jerem̄ iiij. Laua a mali
cia coꝛpus tuū. Tertio ꝙ ſit penalis. Naꝫ
in vulneribus coꝛpis quāto doloꝛ eſt maioꝛ
in extricādo ſaniē, ita in moꝛbis mētis: pe
ne ſunt qͩdam medicine qͩbus aīa ſanat̄. pſ.
Qm̄ ego in flagella paratus ſum: ⁊ do. me.
in cō. m. ſemp. Quarto ꝙ ſit liberalis. qꝛ ſi
cut in ciuilib⁹ pena eſt ſatiſfactoꝛia ſi ſit vo
lūtarie accepta. Sic in moꝛalib⁹ ꝙ̄to pnīa ē
magis volūtaria tāto eſt magis ſatiſfacto
ria. Jō modica pnīa in h̄ mūdo plus ſatiſfa
cit: ꝙ̄ multa pnīa in purgatoꝛio cū ſit volū
taria. Sed pena purgatoꝛij eſt violēter infli
cta. iō dꝛ Judi. v. Qui ſpōte obtuliſtis aīas
vr̄as bñdicite dño. Perfectā pnīaꝫ īpediūt
qͣttuoꝛ. Primo ꝯſcia indurata. Sūt em̄ q̄
daꝫ aīe ita dure ſicut ſaxa ꝙ nulla cōpūctōe
aut inſpiratiōe valēt īmutari. ſicut iudei ab
initio fuerūt dure ceruicis. qͩbus dꝛ. Ezech.
xxxvi. Auferā a vob̄ coꝛ lapideū: ⁊ dabo vo
bis coꝛ carneū. Tales ei n̄ ſūt apti ad pnīaꝫ
ſ ad eternā repꝛobationē. Eccl. iij. Coꝛ durū
male hēbit in nouiſſimo ⁊c. h̄ impedimētuꝫ
nō fuit ī Magdalena. iō dꝛ ī euāgelio. Mu
lier. Nam mulier facile cōpatit̄ infirmo ꝑpt̄
mollitiē coꝛdis ſui. vñ ꝓuerbialiter dꝛ. vbi
non eſt mulier: ingemiſcit eger. ⁊ ꝓpter hoc
facile inclinat̄ ad pnīam. Secūdo cōſuetu
do firmata. Nam cōſuetudo vertit̄ in natu
ram: ⁊ ita in neceſſitateꝫ. ſicut em̄ cibus ma
lus pōt nō ſumi. ſed ſumptus neceſſario no
cet. ⁊ ſicut egritudines inueterate ſunt incu
rabiles. ſic cōſuetudo peccādi firmat habitū
malū vt nō poſſit tolli. Jerem̄. xiij. Si muta
re poteſt ethiops pellē ſuā aut pardus varie
tates ſuas: ita vos poteritis benefacere cuꝫ
didiceritis malū. hoc impedimentū nō fuit
in Magdalena. iō dꝛ in euāgelio. Erat: qͦ
eſt tp̄is p̄teriti impꝑfecti. qꝛ pctm̄ ei⁹ nō erat
inueteratū: ſ facile ſanabile. Tertio diſſen
ſio ꝓuocata. Naꝫ pugna ꝯtinua eſt inter rō
neꝫ ⁊ paſſionē. inter intellectiuā ⁊ ſenſitiuā
partē. Gal. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄
⁊ ſpūs aduerſus carnē. h̄ em̄ ſibi inuicē adu
ſant̄. ⁊ Ro. vij. Video in mēbꝛis meis aliā
legē repugnātē legi mētis mee. h̄ impedimē
tū nō fuit in Magd. iō dꝛ in euāgelio. Jn ci
uitate. ſ. hierl'm: q̄ dꝛ viſio pacis. qꝛ aīa ꝑfe
cte cōtrita ſubijcit ſibi paſſiones cōtrarias.
Quarto innocētia eſtimata. Si em̄ aliqͥs
pctōꝛ ſua falſa opinione exiſtimat ſe inno
centē nō flectit̄ ad pnīam. exēplū. Jnfirm⁹
nō vult recipe medicinā qñ exiſtimat ſe nō
infirmari. vt pꝫ in freneticis ⁊ fatuis. Silr̄ dꝛ
cōiter ꝙ de⁹ nūꝙ̄ fec̄ de fatuo ſapiētē. Rō ē
qꝛ nunꝙ aliqͥs acceſſit ad xp̄m: q̄ diceret ⁊
eſtimaret ſe fatuū ⁊ rogaret ꝑ ſapīa habēda
Jere ij. dixiſti. Jnnocēs ego ſuꝫ: abſqꝫ pctō
ego ſum. ꝓpterea dic̄ dñs. Ego iudicio ꝯtē
dā tecū: ꝙ̄ vilis fctā es nimis iterās vias tu
as. h̄ impedimētū nō fuit in Magd. iō dꝛ ī
euāgelio. Peccatrix nō em̄ reputauit ſe īno
cētē. ꝑfctām pnīaꝫ p̄cedūt qͣttuoꝛ. Prīo di
ligēs inueſtigatio. Nā veri penitētes diligen
ter inueſtigāt quō poſſint xp̄i miſcꝺiam in
uenire. Cant. ij. Surgam ⁊ circuibo ciuita
tem. queram quē diligit anima mea. exem
plum. Jlli qui ſunt deiecti a gratia alicuius
pꝛincipis: querunt quomodo valeant priſti
nam gratiā recuperare. vt patet de Semey
qui cum pꝛouocaſſet Dauid ad iram. queſi
uit diligenter vt in gratiam rediret. ij. Reg.
xix. Sic Magdalena longa inueſtigatione
queſiuit gratiam chꝛiſti: quam tandem in
uenit. ideo dicitur in euangelio. vt cognouit
⁊c. Secundo eligens pꝛeparatio. verus
penitens poſt inueſtigationē ſollicite ſe de
bet pꝛeparare per bonum pꝛopoſitum ⁊ fir
mam voluntatem perſeuerandi in bonum.
Exempim de filio pꝛodigo. Luce. xv. Sic
Magdalena poſtꝙ̄ inuenit queꝫ querebat
ſufficienter ſe pꝛeparauit ad perficiendum
qͦ intēdebat. ideo dicit̄ in euāgelio. Attulit
alabaſtrū vnguēti. volūtas em̄ ē ſicut alaba
ſtrum per firmitatem boni ꝓpoſiti. ꝯtinēs

vnguētū ꝑcioſum.ſ.grām ſpūſſancti.Eſa.xi.
Spūs dñi ſup me,eo ꝙ vnxerit me. Tertio
erubeſcēs attritio. Nā ver⁹ penitēs veniēs añ
cōſpectū dei oīa ꝓſpiciētis dꝫ vehemēter eru
beſcere. Verecūdia.n.eſt paſſio quā incurrit
appetit⁹ de aliq̄ turpi.ꝛ maxīe in cōſpectu ho
neſtoꝝ.cū aūt feditas peti ſit maxīa ꝛ turpiſ-
ſima.ꝛ pñīa vult⁹ dei ſit honeſtiſſima.iō pec
cator veniēs añ cōſpectū dei ꝑ pñīam.dꝫ ve-
hementer,erubeſcere.ꝯtra qḋ dr Trenoꝝ.iij.
Frons mulieris meretricis facta eſt tibi no-
luiſti erubeſcere.Sic magdalena poſtq̄ ꝑpa
rata venit ante faciē xp̄i ducta ꝯſcīa de petis
maximā habuit verecūdiā.vñ nō ſtetit ante
ꝯſpectuꝫ xp̄i:ſed q̄rebat ſe occultare.iō dr in
euāgelio.Et ſtās retro.ſ.vultū xp̄i ferre non
ſuſtinens. Quarto inclināſ humiliatio.nā
ꝑfecte penitēs dꝫ ſeipm̄ ꝑfecte humiliare.qr
ꝯtraria cōtrarijs curanf.Omīe aūt petm̄ pce
dit ex ſupbia.cū null⁹ peccet mortalif:niſi ex
inobediētie cōtumacia dīnoꝝ ꝑceptoꝝ.Nu.
xv.Aīa q̄ peccauerit ꝑ ſupbiā ꝑibit de poplo
ſuo:qm̄ aduerſus deū rebellis fuit Sic mag.
poſtq̄ erubuit:ſeipam hūiliauit iō dr in euā-
gelio.Sec⁹ pedes dñi ſ.humiliter ſe ꝓſternē
do vt ſic facili⁹ miam a deo cōſeq̄retur.Per-
fectam pñīam cōcomitanf quattuor. Prīo
cōfeſſio pura.nā ſicut aqua mūda inq̄namē
ta carnis abluit ſic cōfeſſio pura ſordes mē-
tis diluit.ps.Dixi cōfitebor aduerſū me iniu.
me do ꝛ tu.re.impi.pec.mei.qr vo in diluuio
lachrymarū petā nō ſolū dimittūtur.ſ etiaꝫ
elonganf,iō ſequif.Verūtm̄ in diluuio aqua
ruꝫ multarū ad eū nō approximabūt.Hanc
ꝯfeſſionē hūit Mag quā ſignat pedū ablutō
ꝛ ipa lauit pedes ieſu,ꝓ ō dr in euāgelio.La
chrymis cepit rigare pedes ei⁹. Secūdo ſa-
tiſfactio ꝑfecta de petis iā ꝯfeſſis. Nā ſicut ꝑ
cōfeſſionē abluif culpa.ita ꝑ ſatiſfactionē q̄
fit in pñīa dimittif pena ꝛ abſtergif.ꝓuerb.
iij.Liuor vulneris ſanat mala.i.opus ſatiſfa
ctiōis abſterget penā ad quā petōr erat obli-
gatus ꝑſoluendā duri⁹ quidē in alio ſeculo:
ſi nō ꝑſoluerit in iſto.hāc ſatiſfactionē habu
it Mag.quā ſignat pedū abſterſio ꝛ ipa abſ
terſit pedes ieſu iō dr in euāgelio.Et capill'
capitis ſui terſit.lꝫ em̄ ꝑ actū cōfeſſiōis ablu
atur culpa:nō tñ pena.Alioqñ fruſtra impo
neref pñīa poſt cōfeſſionē. Tertio recōcilia
tio ꝯſūmata poſt ꝑfectaꝫ ſatiſfactionē.Nam
poſt plenā ſatiſfactionē aīa deo recōciliatur
quia ſi talis tūc moreref ſtatim ad celū aſſu-
meretur.Hanc recōciliationem habuit mag-
dalena:quā ſignat actus oſculationis.Ideo
dicif in euāgelio. Et oſculabaf pedes eius.
Qui em̄ mutuo reconcilianf.ſolent oſculari.
Vñ Dauid qñ recōciliauit ſibi Abſalō oſcu
latus eſt eū.ij.Reg.xiiij. Quarto cōſolatio
amena poſt recōciliationē.De natura em̄ cu
iuſlibet actus virtuoſi eſt,vt delectationē af-
ferat poſt triſticiam ſicut act⁹ viciosus relin-
quit triſticiā poſt delectationē.Seneca.Ex-
trema gaudij luct⁹ occupat.Salomō.Riſus
dolore miſcebitur.Vñ angelus bon⁹ in ꝓnci
pio viſitationis ſue cōturbat.ſed poſtmodū
letificat.Luce.i.E cōtra aūt angelus malus.
hanc cōſolationē habuit magdalena:quaꝫ ſi
gnat actus vnctiōis,Ideo dr in euāgelio.Et
vnguēto vngebat.vñ vehemēter exhilarata
fuerat ex delectatiōe quaſi inebriata ſpū.nul
lam verecūdiam patiebaf ſeipſam hominibus
manifeſtando.Suā penitentiā nō occultan-
do.In cōſpectu cōuiuantiū ingrediendo.do
muꝫ alienā abſqꝫ licentia irruendo:quaſi im-
portuna cōuiuio.opportuna beneficio.Vn-
de ex poſt ſanctiſſimā duxit vitā,vt pꝫ.

## Tertio vides hanc mulie

rem in ſtatu Sanctificationis.Nā quia pec-
cata multa habuit:ideo multipliciter ſatiſfe-
cit. Primo ꝑ opera pietatis ꝛ mīe.qm̄ xp̄m
pauit.Joh.xi.Fecerunt aūt ei cenam.ſ.mar-
tha ꝛ Maria:xp̄m hoſpitio recepit.Luce.x.
Intrauit ieſus in quoddā caſtellū ꝛc.Xp̄m
in tribulatiōe poſitū viſitauit.Joh.xix.Sta-
bant iuxta crucē ieſu:mater ei⁹ ꝛ maria mag
dalene.Xp̄o obſequium prebuit.Mar.xvi.
Maria magdalene ꝛc.Emerūt aromata vt
venientes vngerēt ieſum. Secūdo ꝑ opera
humilitatis et pñie:qm̄ offenderat deū ocu-
lis:capillis:ore:vnguētis iō in his oīb9 ſa-
tiſfecit.ſ.de oculis lachrymas emittendo.ca-
pillis pedes tergendo.ore pedes oſculando:
vnguētis pedes vnguendo. Grego.quot in
ſe habuit oblectamenta.tot de ſe inuenit ho-
locauſta.cōuertit ad cumulū virtutū:numeꝝ
criminū.vt totū ſeruiret deo in pñīa quicq̄d
deū cōtēpſerat in culpa. Tertio ſatiſfecit ꝑ
opera liberalitatis ꝛ gratie. Nam xp̄o dedit
munus a corde:cum dicif.Dilexit multum.
Munus ab ore.cū dicif.Oſculabaf pedes
eius.Munus a manu.cum dicif Vnguento
vngebat.Munus ab obſequio.cum dicitur.
Lachrymis cepit rigare pedes eius. Iſta
quattuor antiqui ſuis hoſpitibus exhibebāt.
que phariſeus xp̄o exhibere cōtempſit.ſ.mu

mis a corde.qꝛ recipiebant eos ex caritate.
Hanc caritatē chriſto exhibere phariſeus
ɔtēpſit:qꝛ parū dilexit. Ideo dicit. Cui au-
tem minus dimittit minus diligit. Exhibe-
bant munus ab oꝛe.ſ.oſculum in ſignū ſecu
ri hoſpitij. Iſtud phariſeus nō habuit: quia
xp̄o obſculum nō dedit. Exhibebant munꝰ
a manu:qꝛ vngebant caput ad refrigerium
Iſtud phariſeus non habuit: qꝛ caput xp̄i
nō vnxit. Exhibebant munus ab obſequio.
qꝛ lauabant eius pedes pꝛe laboꝛe itineris.
Iſtud phariſeus nō habuit:qꝛ pedes chriſti
non vnxit.

¶ **Quarto vides hanc mu**lierem in ſtatu attractionis. Nemo eñi po-
teſt venire ad deū niſi ab ipſo trahat. Joh.
x. Nemo pōt venire ad me niſi pater q̄ mi
ſit me traxerit eum. Traxit aūt xp̄s Mag
dalenā qnqꝫ funiculis. Pꝛimo ſua ama-
bili viſione.in facie q̄dem xp̄i ſplendoꝛ diui
nitatis relucebat.q̄ ad ſe peccatoꝛes trahe-
bat. Jeronī. Certe fulgoꝛ ⁊ maieſtas diuini
tatꝭ occulta in humana facie relucebat. Naꝫ
ad ſe trahere poterat ſuo aſpectu. Heſter.v.
valde admirabilis es facies tua plena ē grā
rum. Secūdo potenti dignatiōe. Si eniꝫ
in magnete lapide hec virtus eſt:vt anulos
⁊ feſtucas ſibi copulet:q̄to magis dn̄s om
niū creaturarū ad ſe trahere poterat quos
volebat.vt dicit Hieronī. Tertio internali
inſpiratiōe. Greg̃.in omel. Quid miramur
fratres? Mariā venientē an dn̄m ſuſcipien
tem? Suſcipientē dicam an trahentē? Dicā
melius ſuſcipientē ⁊ trahentē:qꝛ nimirū ip
ſe eā per piam traxit intus.⁊ p̄ miſericor-
diam ſuſcepit foꝛis. Quarto odoꝛifera cō
uerſatione. Cant.i. Trahe me poſt te:curre
mus in odoꝛē vnguentoꝝ tuoꝝ. Bern̄. Di-
no ꝑpter manſuetudinē q̄ in te pꝛedicatur
dn̄e ieſu:curremus poſt te:audientes q̄d nō
ſpernas pauperē:peccatoꝛē nō hoꝛreas nō
publicanū ſupplicantē:nō peccatricē lachꝛy
mātē ⁊c̄. Quinto deuota oꝛone. Oꝛones
eñi ſunt q̄dam funiculi per quos deus nos
ad ſe trahit. Aug̃. Quē trahat ⁊ quē nō tra
hat. Quare iſtum trahat:⁊ illū non trahat.
Noli velle inueſtigare ſi nō vis errare. Non
dū traheris:oꝛa vt traharis ⁊c̄.

¶ **Quinto vides hanc mu**lierem in ſtatu ꝑtectiōis. Nam ipſa habuit
ſeptē murmuratoꝛes ɔtra ſe. Pꝛimus fuit
phariſeus. Ideo dꝛ in euāgelio. Vidēs aūt
phariſeus qui vocauerat eū ⁊c̄.vſqꝫ: qꝛ pec
catrix eſt. Et iſte murmurauit ex ſuperbia.
Secūdus fuerūt ſcribe.ibidem. Vñ cepe-
rūt q̄dam qui ſimul accūbebāt dicere intra
ſe.qualis eſt hec⁊c̄.⁊ iſti murmurabāt ex in
uidia. Tertius fuit Martha. Luce.x. Dn̄e
nō eſt tibi cure ꝙ ſoroꝛ mea relinquit me ſo
laꝫ miniſtrare. Et iſta murmurabat ex zelo
vel laboꝛis āguſtia. Quartus fuit Judas
Joh.xij.dixit ergo iudas. Quare vnguētum
iſtud nō venit.ccc.denarijs: ⁊ datuꝫ eſt ege
nis.⁊ iſte murmurabat ex auaricia quia fur
erat. Quintus fuerūt diſcipuli. Mat.xxvi.
Indignati ſunt diſcipuli dicētes.vt q̄d ꝑdi-
tio iſta vnguēti facta eſt.⁊ iſti murmurabāt
ex indiſcreta miſericoꝛdia. Sextus fuerūt
angeli. Joh.xx. Vidit duos angelos qui di
cūt ei:mulier q̄d ploꝛas? ⁊ iſti murmurabāt
ex leticia. Septimus fuit xp̄s. Joh.xx. qui
dixit ei.noli me tangere.⁊ iſte murmurabat
ꝑpter fidem magdalene imꝑfectā.vñ dixit
ei.nōduꝫ eñi aſcendi ad patrē meū.ſ.in coꝛ-
de tuo ⁊c̄. Sed circa murmuratiōnē pha-
riſei ſciendū ꝙ phariſeus in coꝛde ſuo mur-
murabat.ix.modis q̄bus xp̄us rn̄debat per
ſingulas partes euāgelij. Pꝛimo dicebat
Iſta meretrix nō eſt vocata ad cōuiuiū no-
ſtrū q̄s ei hoc ſignificauit:q̄s eam adduxit?
Xp̄us rn̄dit dicēs. Ego q̄ in hūc mundū ve
ni pctōꝛes ſaluos facere ip̄aꝫ inuitaui ipſaꝫ
vocaui cū dixi. Si q̄s ſitit veniat ad me ⁊ bi
bat. Non ergo temerarie:ſꝫ pꝛudēter acceſſit
Non eñi domū tuā intraui ꝑpter ſumēduꝫ
tuū cibū:ſꝫ ad reficiendū pctōꝛes: ⁊ ſanādū
egrotos.qꝛ meus cibus eſt vt faciā volūta-
tem pr̄is mei⁊c̄. Secūdo dicebat. Iſta mu
lier eſt vaga ⁊ inſtabilis.motus eiꝰ ad ſalu
tem eſt violentus ⁊ nō multū deliberatꝰ.vñ
nō ꝑſeuerabit diu in hoc ꝓpoſito. Xp̄us rn̄
dit dicēs. Oīa vana mūdi ɔtēpſit. ſtabiliqꝫ
aīo ad fontē mīe acceſſit lauāda nō deīceps
caſura in pctm̄.vñ dꝛ ī euāgelio. Ut cogno-
uit ꝙ xp̄us.ſ.ſaluatoꝛ accubuiſſet in domo
Symonis lepꝛoſi:ecce ꝙ fuit vocata attu-
lit alabaſtrū.i.firmū ꝓpoſitū in grā ꝑſeuerā
di. Tertio dicebat. Iſta mulier ſine ruboꝛe
⁊ verecūdia fronte meretricia ⁊ ꝓſumptuo-
ſa huc acceſſit. Xp̄s rn̄dit dicēs. Aduertēs
ſe pꝛebuiſſe magnum ſcandalum toti ciuita
ti:erubeſcit coꝛā nobis apparere. vñ humi-
liter accedēs ſtat retro petens ſibi indulge-
ri. Quarto dicebat. Iſta mulier non reco-

gnoſcit peccatū ſuum: quia cum arrogantia neminē ſalutādo neminē reuerendo nemini inclinādo ad nos introiuit. Xp̄s r̄ndit dicens. q2 cognoſcit pctm̄ ſuū ⁊ ſe grauiter deum ⁊ hoīes offendiſſe: non ſalutat: non reuereſ hoīes quaſi eos ad peccatū alliciēdo vt prius faciebat: ſed mutatis morib⁹ miſericordiam dei interpellat ideo ſtat ſecus pedes dn̄i. Quinto dicebat. Nos habebam⁹ colloquia valde honeſta ꝓpter q̄ augebaſ in nobis deuotio ⁊ cōſolatio: ⁊ iſta mulier venit ad tribulandū nos. Xp̄us r̄ndit dicens Gaudiū eſt angelis dei ſup vno peccatore pn̄iam agente ꝙ ſuper. xcix. iuſtis q̄ non indigent pn̄ia. vn̄ nō interrūpit cōſolationē noſtrā: ſꝫ ſua pn̄ia nos letificat ideo lachrymis pedes dn̄i lauat. Sexto dicebat. Iſta mulier coinqnauit corpus ſuū viuēdo luxurioſe cū mūdanis ⁊ diſcolis: modo aūt venit vt fornicef cū ſacerdotibus ⁊ deo deuotis. Xp̄us r̄ndit dicens. Non venit fornicari cū abiecerit oīa inclinātia ad fornicationē: ſed ſm̄ legē venit ad ſacerdotes a peccatis ſuis mūdari. ideo capillis capitis ſui tergit pedes dn̄i. humili obſequio eos deputat: quos ad peccatū prius cōponebat. Septimo dicebat. Iſta mulier venit ꝓpter fallaciā ⁊ ꝑditionē: ſicut legiſ. ij. Reg. xx. De Joab qui oſculans amaſa ipſum occidit. Forte aliqs ꝓmiſit ei magnū theſaurū ſi nos in eius cōcupiſcentiā adduxerit. Xp̄s r̄ndit. Iſta mulier ex deuotiōe oſculaſ pedes dn̄i in ſignū recōciliatiōis q2 enī fuerat dei inimica. ideo oſculaſ pedes dn̄i ad innuendū ꝙ erat deo recōciliata. Octauo dicebat. Iſta mulier ē fatua ⁊ imprudēs. nōne poterat expectare in aliā horā: ⁊ forte magis ſobriā. Xp̄us r̄ndit dicēs Non eſt fatua: ſed prudēs: q2 ſcribiſ. Ne tardes cōuerti ad dn̄m deū tuum: ⁊ ne differas de die in diē. nec dꝫ expectare horam magis ſobriā. q2 in quacūqꝫ hora ingemuerit pctōr ⁊ cōuerſus fuerit ad dn̄m: oīm iniquitatū eius quas fecerat nō recordabiſ Ideo vnguēto precioſo vngit pedes dn̄i: ⁊ domus. i. eccl'ia impleta eſt ex odore vnguēti. Nono dicebat. Iſte xp̄us debet eſſe ſimilis huic meretrici: qm̄ ſi hic eſſet ꝓpheta ſciret vtiqꝫ que ⁊ qualis eſt mulier que tangit eū q2 peccatrix eſt. Xp̄s r̄ndit dicēs. Symon habeo tibi aliqd dicere ⁊c̄. vſqꝫ. recte iudicaſti. vbi xp̄s oſ̄dit ſe eſſe verū deū q̄ venit ꝯdonare pctā. Vn̄ Petr⁹ rauēnas dicit Erras phariſee, lutuꝫ tāgit ſol: ſꝫ nō inmutat ſolē. Medicū cū tāgit vulnera putredo non corrūpit. Judicē ꝗuis tāgat reus maculare nō pōt. iō dixit xp̄s mulieri. Remittūſ tibi pctā. fides tua te ſaluā fecit: vade in pace.

¶ Sexto vides hāc mulierē in ſtatu glificatiōis. Nam xp̄us de ea dixit. Luc. x. Maria optimā partē elegit q̄ nō auferef ab ea. in q̄ v̄bo denotauit xp̄s ptē Marie fore maioris glie: ꝙ partē Marthe in ſe ptē. Primo Maria elegit optimā partē. i. diuturniorē: q2 vita ꝯtēplatiua hic incipit: ⁊ in celeſti patria ꝑficiſ. q2 amoris igne q̄ hic ardere incepit: cū ipſum quē amat viderit in amore amplius igneſcit. Secūdo meliorē. i. qetiorē: q2 vita actiua in labore corpis cōſiſtit. ꝯtēplatiua v̄o ī ocio mētis. Joh. xi. Maria aūt domi ſedebat. glo. Maria ſedet q2 ī xp̄o mentis requie fruiſ. Tertio meliorē. i. digniorē: q2 actiua corpe miniſtrat ꝓximo. Cōtēplatiua v̄o ſpū miniſtrat deo. ps. Mihi aūt adherere deo bonū eſt. Iſi. Contēplatiua vita eſt q̄ vacat ab oī negocio ⁊ in ſola delectatiōe defigiſ. Quarto meliorē. i. pulcriorē. Rachel enī erat pulcra facie. ⁊ Lya lippis erat oculis. Gen̄. xxxiij. Vix enī ei⁹ vix pulcre. Quinto meliorē. i. ſecuriorē: q2 actiua incedit p viā vbi ſunt ꝑicula. ꝯtēplatiua vero p celū. Greg. Facile euadit laqos in terris q̄ mentē hꝫ in celis. Prouerb. iiij. Oēs ſemite ei⁹ pacifice. Sexto meliorē. i. ꝓcioſiorē ⁊ cariorē: q2 actiua multoꝝ ē. Cōtēplatiua v̄o paucoꝝ: qd̄ ſignificatuꝫ eſt in archa Noe. q̄ inferius erat lata ⁊ ſupius in cubito ꝯſummata. Gen̄. vi. Septimo meliorē. i. iocūdiorē ⁊ deuotiorē: q2 maria vngit: martha pūgit. Nam xp̄s in reſurrectiōe ſua p̄mo marie apparuit. Mat. xxv. Secūdo more ſolito eā alloquut⁹ eſt vt quē nō cognoſcebat vidēdo cognoſceret audiēdo: qn̄ dixit ei. Noli me tangere. Tertio ſe palpādū ei prebendo: q2 mulieres acceſſerūt ⁊ tenuerunt pedes eius. Quarto officiū apl'atus ei iniūgendo qn̄ dixit. Vade ad fratres meos ⁊ dic eis. Aſcēdo ad prēm meū: ⁊ patrem veſtrū. deū meū: ⁊ deū veſtrū. Joh. xx. vt ſic cognoſceret ipſa gaudia ſue glificationis. per ieſum xp̄m dn̄m noſtrū. Amen.

¶ In feſto ſancti Jacobi apl'i. Sermo. xliiij.

Sedeat vnus ad dexteram tuā. Mat. xx. Et in euangelio p̄ntis ſolēnitatis. Ma

xxiiij.dicit̃.Duo erunt in lecto:vnus aſſumetur ⁊ alius relinquet̃.Sup quo verbo moueo q̃onem.vtrũ beatus Jacobus rõnabiliter aſſumptus fuerit ad ſpũalium diſpenſationẽ.qui xp̃o attinebat ſm̃ temporaleꝫ cognationẽ. ad iſtam q̃onem reſpõdent duo doctores eccl'ie. Primus eſt btũs Augꝰ. ſuper illud Jaco.ij.Nolite in perſonarũ acceptione fideꝫ habere dñi noſtri ieſu chriſti dicẽs ſic. Quis ferat ſi quis diuitem eligat ad ſedem honoris eccl'ie.cõtempto paupere inſtructiore ⁊ ſanctiore.hec ille. Secundus eſt ſanctꝰ Thomas ſc̃da ſecũde.q.lxiij. art.ij.dicẽs ſic. Circa conſanguineos diſtinguendũ eſt. quia q̃nꝫ ſunt minus digni. ⁊ ſimpliciter:⁊ per reſpectum ad donum cõe. ⁊ ſi ſic dignioribꝰ preferant̃ eſt peccatũ pſonarum acceptionis in diſpenſatione ſpũalium.Quãdoꝫ vero conſanguinei ſunt eq̃ digni vt alij.⁊ ſic licite poſſunt cõſanguinei abſqꝫ perſonarũ acceptione alijs preferri. quia ſaltẽ in hoc preeminent ꝙ de ipſis maior fiducia haberi poteſt: vt vnanimiter ſecum negocia eccleſie tractent.hec Thomas

Sciendũ ꝙ ad dignitatem eccleſiaſticam poteſt quis aſſumi quattuor modis. Uno modo attenta cõditione nõ faciente ad cauſam ꝑpter quã ſit dignus hoc dono. Exemplum.ſi q̃s ꝓmoueat petrũ ad prelationem vel magiſteriũ q: eſt diues.vel q: eſt cõſanguineus ſuꝰ.⁊ ſic eſt pctm̃ acceptionis pſonarũ.Deutero.xvi.Non accipias cuiuſqꝫ pſonã nec munera. Cõſanguinitas eñ facit aliquẽ dignũ ad hoc ꝙ inſtituat̃ heres patrimonij.nõ aũt ad hoc ꝙ cõferat̃ ei prelatio eccleſiaſtica. Secũdo modo attẽta conditione faciente ad cauſaꝫ dignitatis vel debiti.Exemplũ.ſi q̃s ꝓmoueat aliquẽ ad magiſteriũ ꝑpter ſufficientiã ſuã. hic attendit̃ cauſa debita ⁊ nõ perſona. ⁊ ſic maioris dignitatis eſt ille qui magis abundat in ſpiritualibus bonis ⁊ gratie donis.Unñ glo.ſup illud Eph.vi.Non eſt perſonarum acceptio apud deum:dicit ſic.Judex iuſtus cauſas diſcernit nõ perſonas. Tertio modo attenta conditione boni cõmunis.Exemplum.ille qui eſt minus ſanctus ⁊ minus ſciens: põt magis conferre ad bonum cõmune. ꝑpter potentiam vel induſtriaꝫ ſecularem. ⁊ quia diſpenſationes ſpũalium principalius ordinant̃ ad vtilitateꝫ cõmune.ſm̃ illud.i.Cor. xij. Unicuiqꝫ datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.ideo quãdoqꝫ abſqꝫ acceptione perſonarum in ſpũalium diſpenſatione. illi qui ſunt ſimpliciter minus boni. melioribus pferunt̃:ſicut etiaꝫ ⁊ deus gratias gratis datas:q̃nqꝫ ꝯcedit minus bonis. Unñ extra de offi.cuſtodis.ca.vlti ſup ꝟ.ſanctiores.dr ꝙ ſufficit eligere bonũ.nõ aũt requirit̃ ꝙ aliquis eligat meliorẽ:q: ſic oĩs electio poſſit habere calũniã. Quarto nõ attenta liberalitate aſſumentis.quãdo.ſ.gratis dat̃ alicui qd̃ ei nõ debet̃.⁊ talis eſt collatio muneruꝫ gratie per que pctõres aſſumunt̃ a deo.⁊ in hac donatiõe nõ habet locũ acceptio perſonarum.q: apud deũ nulla poteſt eſſe iniquitas vel pctm̃. Nam quilibet põt abſqꝫ iniuſticia de ſuo dare quãtuꝫ vult:⁊ cui vult.ſm̃ illud.Mat.xx.An nõ licet mihi qd̃ volo facere.Tolle qd̃ tuũ eſt ⁊ vade.⁊ ſic dixit xp̃s Jacobo ⁊ Johãni filijs Zebedei. Sedere mecum ad dexteram vel ad ſiniſtrã non eſt meũ dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. qd̃ exponit̃ quadrupliciter.ſm̃ Cryſ. Nõ eſt meũ dare vobis:q: nõ habeo illud a me:ſed a patre.ſm̃ Rabanuꝫ. Non eſt meũ dare vobis:ſine veſtro merito ⁊ labore.ſm̃ Remigiũ. Non eſt meũ dare vobis:talibus quales vos eſtis. ſ. ſuperbis ⁊ ambitioſis:ſed humilibus. ſm̃ Hieronimũ Non eſt meum dare vobis.ratione cognationis carnalis: ſed electionis eternalis. Dicit autem Chryſoſtomus ꝙ deſiderare bonum opus bonum eſt quia eſt noſtre voluntatis ⁊ noſtra merces.deſiderare primatum terrenũ vanitas eſt. Deſiderare primatũ eccl'aſticuꝫ vanitas ⁊ fatuitas ẽ. q: oꝫ ꝙ ſit ſeruꝰ ſubditoꝝ.deſiderare ꝓmatũ celeſtẽ temeritas ẽ.deſiderare ipm̃ ex meritꝭ ꝓuidẽtia ẽ.q: ꝟo Jacobꝰ deſiderauit remuneratõꝫ celeſtẽ ⁊ gl'iaꝫ ex meritis.cũ xp̃o interrogãti poteſtis bibẽ calicẽ quẽ ego bibiturꝰ ſuꝫ.rñdit.poſſumꝰ.iõ pr̃ xp̃o ait Sedeat vnꝰ ad dexterã tuã.p ꝑdeſtinatõeꝫ et'nal' electiõis.ſm̃ illud.Elegit nos in ipſo añ mũdi ꝯſtitutõeꝫ

Sedeat vnus ad dexteram tuam.

- Per electionem.
- Per humiliationem.
- Per aſſumptionem.
- Per predicationem.
- Per paſſionem.
- Per glorificationem.
- Per ſubuentionem.

Primo ſedeat vnus ad dexteram tuam per electionem. Diuina eñ

electio nõ attendit ꝯſanguinitatem. vt pꝫ in filijs zebedei. cognatis ſuis quos non elegit ad cuſtodiam eccleſie. Sed petrũ. nec etiam ad regnũ ſine martyrio quibus dixit. Neſcitis quid petatis. multis enĩ cõminatur dñs qui eligũt ad plationes eccleſie ꝯſanguineos p Abac. ij. ca. dicens. Ve illis q̇ edificant ſyon in ſanguinib⁹. Figura iudic. xx. ca. de abimelech ſpurio qui volens regnare ſup ſychimitas ait. Conſiderate quia os veſtrum ⁊ caro veſtra ſum. ⁊ ꝓmotus occidit. lxx. fratres ſuos vno excepto. Secũdo diuina electio nõ attendit nobilitatē. Baruch. iij. Ibi fuerunt gigantes noīati illi q̇ ab initio fuerũt ſtatura magna. ſciẽtes bellũ nõ hos elegit de⁹. Et. i. Cor. pmo. Videte vocationẽ veſtrã fratres quia nõ multi ſapiẽtes ſm carnem. nõ multi potentes nõ multi nobiles. ſed q̄ ſtulta ſunt mũdi elegit deus vt cõfundat ſapientes. Et que infirma ſunt mundi elegit deus vt ꝯfundat fortia. ⁊ ignobilia mũdi ⁊ cõtemptibilia elegit deus ⁊c. Tertio diuina electio nõ attendit fragilitatē. Eſa. iij. Dabo pueros pͥncipes eorꝫ: ⁊ effeminati dñabunt eis. ⁊ corruet populus. Exemplum leuite a. xxv. annis ⁊ ſupra debebant miniſtrare in tabernaculo dñi vt dicitur Leuit. iiij. Quarto diuina electio nõ attendit Puſillanimitatem. Deutero. xx. Qui formodoloſus ē ⁊ corde pauido reuertatur. Quinto diuina electio reprobat ſupbie vanitatē. vt pꝫ in chore Dathan ⁊ Abirõ contra quos deſeuit ira dei. quia poſt ſupbiã ⁊ violentiam volebãt accipere ſummũ ſacerdotium. Numeri. xvi. ⁊ in Ozia. Qui percuſſus eſt lepra. qm̃ preſumebat adolere incenſum corã dño. ij. Paralipo. xxvi. Sexto diuina electio reprobat falſitatē. Oſee. iiij. Qr tu ſcientiam repuliſti. repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi. Et Eſa. xxij. Hec dicit dominus exercituũ. Vade ⁊ ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad Sobnam prepoſitum tẽpli. et dices ei. Quid tu hic: aut q̄ſi quis hic? Quia excidiſti tibi hoc ſepulcrũ excidiſti tibi in excelſo memoriale. diligenter in petra tabernaculum tibi. ecce dñs aſportari te faciet ſicut aſportatur gallus gallinati⁹.

Septimo diuina electio reprobat cupiditatem. vt patet in Iaſone. ij. Machab. iiij. Qr vero quedam iſtorũ erant in Jacobo. ideo xp̄us refrenauit petitionem eius. Eſt autem cõmendandus beatus Jacob⁹ ex diuina electione propter quattuor. Primo ratione religionis. Nam beata Anna habuit primũ virum Joachim: de quo genuit beatam virginẽ matrem xp̄i. quo mortuo accepit ſecũdum virum Cleopham: de quo genuit aliã Mariã matrem Jacobi minoris. Joſeph iuſti. Symonis ⁊ Thadei. quo mortuo accepit tertiũ virum Salome: de quo genuit tertiam Mariam matrem Jacobi maioris. ⁊ Johannis euangeliſte. Hec autem propter xp̄m virum ſuum reliquit. Criſoſtomus. Non eam vicit maritalis affectus. quia ille temporalis erat maritus. iſte autẽ eternus ſponſus. Cognouit enĩ ꝙ amplius prodeſſet marito ſuo ſi ꝓpter deum relinqueret virum: ꝙ̄ ſi ꝓpter virum relinqueret deum. Cuius religionẽ ⁊ ad xp̄m reuerentiam beatus Jacobus valde approbauit ⁊ ipſam in hoc bono ꝓpoſito confirmauit. ſuadens zebedeo patri ſuo vt ſuper hoc non triſtaretur: quoniam ſic eſſet voluntas dei. cui nemo reſiſtere poteſt. Secundo ratione vocationis. Nam vt dicitur Mat. iiij. Ambulans Jeſus iuxta mare galilee. vidit duos fratres Jacobum ⁊ Johannem fratrẽ eius cum zebedeo patre eorũ reficientes rhetia ſua ⁊ vocauit eos. Illi autem relictis rhetibus ⁊ patre ſecuti ſunt xp̄m. Cum enĩ xp̄s ſit lux mundi: qui ſequitur eum illuminatur. Johan. viij. Ego ſum lux mundi. qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite. Tertio ratõne annumerationis. Fuit enim tertius inter apoſtolos. Primus fuit Petrus. ſecũdus Andreas. tertius Jacobus. vt dicitur Math. x. Qui etiam dict⁹ eſt Boanerges. i. filius tonitrui. vt dr̃ Mar. iij. Quarto ratione ſanctificationis. Xp̄us enim diſcipulos ſuos baptizauit. Johã. xiiij. Jam vos mundi eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. Et iterum. Qui lotus eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet. in quo baptiſmo puritatem innocentie aſſecuti ſunt. ꝙuis in penthecoſte plenius ſanctificati fuerint per aduentum ſpũſſancti pſal. Ego aũt in innocentia mea ingreſſus ſum.

**Secundo ſedeat vnus ad** dexteram tuam Per humiliationem. Unde Ambro. in quodam ſermone dicit ſic. Quiſquis cupit diuinitatis tenere faſtigia humilitatis ima ſectetur. Quicunqꝫ vult fratrem ꝓuenire regnãdo. ꝓus illũ ꝓueniat obſequendo. Sicut ait ap̄lus. Honore inuicẽ ꝓuenientes. Vincat eũ officijs: vt poſſet eum vincere ſanctitate. Hec ille. Sciendum ꝙ mater Jacobi ⁊ Johannis: que vocata eſt Maria

Salome. habuit opinionē regni ex hoc ꝗ dominus dixerat. die tertia reſurgam. Putauit eñi eū illico regeneraturū ⁊ auiditate feinea p̄ntia cupiuit imemor futuroꝝ. Ambitio eñi filiorū eius apparuit in quattuor. Primo in ſubmiſſione. Sagaces eniꝫ fuerūt in hoc ꝙ per ſe nō petiuerunt ſed matrem ſubmiſerunt. Tum ne ceteros ꝯdiſcipulos ſcādalizarent. Criſo. Si nos rogamus magiſtrū forſitan ceterorum fratrum corda concutimus. Tum vt facilius impetrarent. Criſo. Ip̄e dominus qui maternos animos filioꝝ miſeratione impleuit. facilius exaudiet maternū affectum. Tum quia ſi nō diſcrete peteret: xp̄s ſibi facilius indulgeret. Criſo. Si reprehenſibilis inuenta fuerit: facile merebitur veniam Ipſe ſexus excuſabit errorem. Secundo in excuſatione. Nam petere primatuꝫ ꝓ aliquo ipſo ignorante tolerabile eſt. pro conſentiē te reprehenſibile eſt. ꝓ ſe aūt vituperabile ē. Hi autē vt excuſarētur ab ambitionis nota matrem ſubmiſerunt: ne viderentur ipſi petere. Tertio in reſponſione. nā xp̄us benigne ipſos reprehendit: dicēs. Neſcitis quid petatis. Criſo. Benigne quideꝫ eos reprehendit. Non eñi dixit. non ſedebitis. ne duos cōfunderet. Nec dixit. Sedebitis. ne ceteros irritaret. Matreꝫ aūt noluit reprehendere. ꝓpter ſimplicitatem. antiquitatē ⁊ maternuꝫ amorem. Sed dixit eis. poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum. Illi autem reſponderunt Poſſumus. Non intelligentes de calice paſſionis. quem etiam nō poterant viribus ſuis bibere ſi gratia dei nō adiuuiſſet eos. Qđ pꝫ in paſſione xp̄i in qua omēs relicto eo fugerunt. Math. xxiiij. Quarto in zelatione ſeu vindicatione. Nā zelo dn̄i inflammati voluerunt vt ignis deſcēderet de celo ⁊ cōſumeret ſamaritanos. Quibꝰ xp̄s dixit. Neſcitis cuiꝰ ſpiritus eſtis. Filius hominis nō venit aīas perdere. ſed ſaluare. Luce. ix.

¶ Tertio ſedeat vnuſ ad dexteram tuā. Per aſſumptionē. Fuit eñi beatꝰ Jaco. corā xp̄o in vita ſua valde gr̄oſus per eiꝰ aſſumptionē quadrupl̄r. Primo cū xp̄s habuerit. lxxij diſcipulos. ſi voluit eligere ad q̄daꝫ ſingularia facta duodecim ex illis. iſte fuit vnꝰ de illis. xij. q̄ñ in ap̄l̄atum eſt aſſumptus. Secūdo ſi xp̄s voluit facere gratiam iiij. ap̄l̄is in reuelatōe myſterioꝝ dei. iſte fuit aſſumptus cū eis. Mar. xiij. Tertio ſi xp̄us voluit facere gratiā tribꝰ. iſte fuit vnꝰ ex illis, quia petrū Jacobū: ⁊ Johānez aſſumpſit ad ſuā glorioſam transfigurationē. Math. xvij. Quarto ſi xp̄us voluit oſtendere potentiā ſue diuinitatis in miraculis corā tribus apoſtolis: iſte fuit vnꝰ ex illis. vt pꝫ in ſuſcitatione puelle archiſynagogi. Luce. viij. Magna eſt ergo Jacobi cōmendatio ex aſſumptiōe.

¶ Quarto ſedeat vnus ad dexteram tuā. Per predicationē. Vn̄ Mat. x. dicit. Jeſus cōuocatis. xij. diſcipulis ſuis. dedit illis poteſtateꝫ ſuper oīa demonia vt eijcerent ea: ⁊ curarent omnē languorē ⁊ omnē infirmitatem. precipiēs eis ⁊ dicēs. Euntes predicate: dicētes. quia appropinquauit regnum celoruꝫ. infirmos curate: mortuos ſuſcitate: leproſos mundate: demones eijcite. H̄ ibi. Beatus Jacobus poſt aſcenſioneꝫ dn̄i dum per Judeam ⁊ Samariam predicaret: in hiſpaniam tandem iuit: vt ibi verbuꝫ dn̄i ſeminaret. vbi. ix. diſcipulos acq̄ſiuit. tandeꝫ modicum ibi ꝓficiens in Judeam rediit vbi quattuor magna fecit. Primo philetum cōuertit. nam cum in Judea p̄dicaret. Hermogenes magus cū phariſeis diſcipulum ſuuꝫ nomine philetum miſit ad Jacobum cōuincendum. Cūq; Jacobus Philetum rōnabiliter cōuiciſſet ⁊ multa miracula coram eo feciſſet. ſ. cecos illuminando. infirmos curādo leproſos mūdando: mortuos ſuſcitando: tādem philetus ad fidem xp̄i conuerſus eſt.

Secūdo artem magicaꝫ ſubuertit. Nā hermogenes predictus videns philetum ad fidem xp̄i cōuerſuꝫ iratus arte ſua magica eū immobilem fecit: dicens. Videbimus ſi Jacobus tuus te ſoluet. Qđ cuꝫ philetus Jacobo per puerū nūciaſſet. miſit ad eum Jacobus ſudarium ſuū: dicens. Accipiat ſudariū: ⁊ dicat. Dominus erigit eliſos: ⁊ ipſe ſoluit compeditoſ. Statimq; vt ſudario tactus eſt ſolutus eſt a vinculis. Tertio demones accendit. nam hermogenes aduocans demones precepit eis: vt Jacobū cum Phileto ad ſe adducerent. volens ſe de ipſis vindicare. Venientes aūt demones vt iuſſa perficerēt in aere vlulare ceperunt. dicentes. Jacobe apoſtole miſerere nobis. quia anteꝙ̄ tempus noſtrū adueniat ardemus. Nam angeli dei cathenis igneis nos religatos tenent ⁊ cruciant. Quarto hermogenē ad pn̄iam adduxit. Nam hermogenes ligatus a demonibus ante Jacobuꝫ adductus eſt. a quo cum peterent demones licentiam ſeuiendi in eum. nō

tōceſſit hoc Jacobus. ſed ait Phileto: vt bona ꝓ malis reddamus: tu hermogenē ſolue. Quo ſoluto. ait Jacobꝰ Hermogeni. Uade liber quo volueris. Non eſt eñ legis xp̄i. vt inuitus quis cōuertatur. Ille autē pnoſcens iras demonū ſumpto baculo Jacobi abijt. ⁊ omnes libros artis magice ad iacobum adduxit. quos ille in mare pijci iuſſit. q̄bus proiectis Hermogenes penitentia ductus: fidez xp̄i ſuſcepit. predicauit. ⁊ virtutes plurimas in xp̄i nomīe fecit. vñ multos cōuertit.

¶ Quinto ſedeat vnus ad dexteram tuā. Per paſſionem. Si eñ xp̄us intrauit in gloriam dei merito ſue paſſionis. Luce. xxiiij. Sic oportuit xp̄m pati ⁊ ita itrare in gloriam ſuā. Eodēmodo fideles intrāt in gl'iam dei per paſſionē. Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorū. Et Ro. viij. Si filij ⁊ heredes heredes quidē dei. coheredes aūt xp̄i. Si tñ compatimur vt ⁊ ſimul glorificemur. Beati Jacobi paſſio cōmendatur ex quattuor.

Primo ratione demōſtrationis. Cū enim xp̄us p̄dixiſſet ei. Calicem quidē meū bibetis: vt ſciret de quo calice loquebatur. tempore ſue paſſionis vadens ad ortum vt oraret patrem aſſumpſit Jacobum cū Petro ⁊ Johanne: dicēs. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Secundo rōne cōſultatiōis. Anteq̄ꝫ eñ apoſtoli diſpergerent̄ ꝑ mundū ad predicandum. congregato cōſilio in hieruſalem. Simbolum compoſuerūt. in quo q̄ſq3 ſuū articulum poſuit. Jacobus aūt tertiū articulum poſuit. dicens. Qui conceptus de ſpiritu ſancto. Quos articulos vnanimiter predicauerunt. ⁊ ſcripturis ſacris expoſuerunt. vt patet in actibus apoſtolorꝫ. ꝓ quorum tamen defenſione mortem ſubire nō dubitauerunt. Tertio ratione miraculoſe operatiōis. Nam cū duceretur ad decollandum: cōuertit Joſiam qui funē in collo eius iniecerat. quez etiā baptizauit. Cūq3 tranſiret ꝑ viā ad paſſionem. paraliticū in via iacentē pfecte ſanauit. Quarto rōne p̄miationis. Nā p̄mus inter ceteros apl'os paſſus eſt capitis obtruncatione. licet etiā cū eo decollatus fuerit Joſias. ⁊ ſic p̄mus inter eos p̄mia eterna vidit.

¶ Sexto ſedeat vnus ad dexteram tuā. Per glorificationez. Nam eiꝰ anima ſedet ad dexterā ꝑ contemplationem diuinitatis ⁊ humanitatis xp̄i. Eius autē corpus ſedet ad dexterā ꝑ miraculoſam tranſlationem. in qua oſtendit miracula in quattuor elementis. Primo in aqua. q̄a diſcipuli mari ſe exponentes ſine regimine tranquillū mare habuerūt. p̄s. In mari via tua ⁊ ſemite tue in aquis multis. Secūdo in aere. q̄a ventus ſc̄dus eis flauit. qui eos in portuz deduxit. p̄s. Deduxit eos in portū voluntatis eorꝫ. Tertio in terra. qui cum corpus in terra ſuper vnuz lapidem poſuiſſent. mox lapis ceſſit. ⁊ in ſepulcrum ſe mirabiliter coaptauit. Quarto in igne quia draconem ignē ſpirātem virtute crucis: per mediū corpus eiꝰ ſciderunt diſcipuli qui portabant. p̄s. Conculcabis leonem ⁊ draconem.

¶ Septimo ſedeat vnus ad dexteram tuaz. Per ſubuentionem. Nam in omni ſtatu bea. Jaco. ſubuenit ſuis deuotis fideliter ſe inuocantibus. peccatoribus enim impetrat peccatorꝫ remiſſionez. Sicut refert Beda de illo q̄ peccatū in cedula ſcripſit. ⁊ remiſſionē ꝓmeruit. Morientibꝰ ſubuenit contra demonuz infeſtationē. Sicut patz in illo cui laboranti in extremis apparuit bea. Jac. ⁊ burdone vtens ꝓ lancea ⁊ ſacculo muliercule ꝓ ſcuto demones effugauit. mortuos ꝓtegit ne incurrāt eternā dānationem. Sicut refert Hugo de ſancto victore. q̄ꝫ quidam vadens ad ſanctū Jacobū: cū ſuaſu demonis ſe ipſum occidiſſet. ⁊ ad infernū ductꝰ fuiſſet. a btō Jac. liberatus eſt. Alios plures a diuerſis infortunijs ⁊ periculis defendit. Sicut patz de illo qui liberatus eſt a cuſtodia turris. ⁊ de illo qui iniuſte ſuſpenſus celeſti dulcedine refocillatus eſt: ⁊ patri redditus. ⁊ ſic de multis ad gloriam ſancti ſui. Amen.

¶ In feſto Sancti Dominici confeſſoris patris noſtri. Sermo. xliiij.

Non pōt ciuitas abſcōdi ſupra montē poſita. Math. v. ⁊ in euāgelio p̄ntis ſolennitatis David ꝓpheta in pſal. dicit ſic. Fundamēta eiꝰ in mōtibus ſanctis diligit dñs portas ſyon ſup omnia tabernacula iacob. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Sup quo talē moueo queſtionē. Utrū religioſior inſtitutio btī Dominici ardētiſſime charitatis ſit celebrior poſitio chori angelici ſup̄ne ciuitatis. Ad iſtaz q̄ſtionem r̄ndent tres doctores. Primus eſt btūs Hiero. cōtra Uigilantium: dicēs ſic. Et qui aſſerit eos melius facere q̄ vtunt̄ rebus

ſuis ⁊ paulatim fructus poſſeſſionū pauperibus diuidunt: ꝙ eos q̄ poſſeſſionibꝰ venūdatis ſemel oīa largiuntur: nō a me eis: ſed a deo rn̄debitur. Si vis pfectus eſſe: vade ⁊ vēde oīa que habes ⁊ da pauperibus. ⁊ veni ⁊ ſequere me. hec ille. Secūdus eſt beatꝰ Augu. libro de eccleſiaſticis dogmatibꝰ: dicens ſic. Bonū eſt facultates cū diſpenſatiōe pauperibus erogari. Melius eſt ꝓ intentione ſequendi dn̄m inſimul donare et abſolutū ſollicitudine egere cū xp̄o. Tertius eſt ſanctuſ Tho. iiij. quotlꝫ dicens ſic. Maxime vtile eſt peccatoribus vt ad religionē tranſeant. peccātoribus enī duo ſunt neceſſaria ad ſalutem.

Primo quidem vt de peccatis p̄teritis penitentiaꝫ agant. Secūdo vt de cetero a peccatis abſtineāt. Ad vtrūqꝫ aūt hoꝝ maxime opatur religio. Primo enī ſtatus religiōis eſt ſtatus pfecte penitentie. ita ꝙ nulla ſatiſfactio adequari pōt penitentie religioſoꝝ. q̄ ⁊ ſe ⁊ ſua totaliter deo dant. Unde ꝓ nullo peccato imponi poteſt homini ꝓ penitentia vt religionem introeat. Tamē in cōmutationem ſatiſfactionis q̄tumcūqꝫ grauis cōſulitur religionis ingreſſus. vt pꝫ. xxxiij. q. ij. cap. amouere. Ubi Stephanus papa quendam qui vxorē interfecerat inducit vt ingrediatur monaſteriū ⁊ humiliatus ſub manu abbatis cuncta obſeruet q̄ ſibi fuerint imperata. alioquin iniūgit ei grauiſſimā pniām ſi eligit in ſeculo remanere. Similiter etiam ad vitāda peccata plurimū valet religionis ſtatus. Difficile enī eſt ꝙ in ſeculo cōmorantes a rebus mūdi non illiciant̄. ꝓpter qd̄ Math. xix. ſm̄ expōnem Criſoſtomi. dn̄s dicit hoc eſſe impoſſibile. ſ. ꝙ diues q̄ diuitijs inheret ꝑ amorem intret in regnū celoꝝ. Sed diues q̄ habꝫ diuitias ꝙ intret eſt valde difficile. Un̄ eccl'. xxxi. dicit̄. Beatus diueſ q̄ inuentus eſt ſine macula ⁊ huius difficultatem ſubdit dicens Quis eſt hic ⁊ laudabimꝰ eum: ꝓpter qd̄ vt Greg. dicit. Sancti viri vt ab illicitis abſtineant: etiā licita p̄termittūt. Et dn̄s dicit. Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pniāꝫ. Nam Matheū publicanū ad ſtatuꝫ pfectionis vocauit. Math. ix. Sciendū ꝙ religio p̄dicatoꝝ cōmendat̄ quo ad q̄ttuor. Primo ꝙ ordinat̄ p̄ncipaliter ad docenduꝫ: p̄dicandum: ⁊ cōfeſſiones audiendū. Nā religio fratrum p̄dicatoꝝ ordinatur ad vtilitatē primo ꝓximorum ad obſequiū dei. ad cōſeruationē diuini cultus. magis autem ꝓcuratur vtilitas proximorum per ea q̄ pertinent ad ſpūalem animę ſalutem: q̄ per ea que pertinent ad ſubueniendum corporali neceſſitati. quāto ſpūalia corporalibus ſunt potiora. Nullū enī ſacrificium eſt magis deo acceptū: q̄ zelus animarum. vt Grego. dicit ſup Ezech. Secundo ordinatur principaliter ad ſtudendum. Naꝫ ſtudium litterarūꝫ eſt neceſſariū religioni inſtitute ad predicandum. ⁊ ad alia hmōi exercendum. Unde apl'us dicit Tituꝫ p̄mo. De epiſcopo ad cuius officiū hmōi actus pertinent. amplectentē euꝫ qui ſm̄ doctrinam eſt fidelem ſermonem. vt potens ſit exhortari in doctrina ſana. ⁊ eos qui contradicunt arguere. Competit enī huic religioni principaliter intendere ſtudio litterarum pertinentiuꝫ ad doctrinam que ſm̄ pietatē eſt: vt dicit̄ Titū p̄mo. Alijs autem doctrinis intendere nō ꝑtinet ad fratres predicatores. quorum tota vita diuinis obſequis mācipatur. niſi inquātum ordinatur ad ſacram doctrinā. vt pꝫ in cōſtitutionibus eorum. ca. de p̄dicatoribꝰ. et caplo de ſtudentibus. Tertio quia profeſſio fratrum predicatorum eſt ſecurior. Nam ſancti patres qui hanc religionem inſtituerunt nolentes hominibꝰ inijcere dānationis laqueū: ſed magis viam ſalutis ordinauerūt talē pfeſſionis formā in qua periculū eē non poſſet. Un̄ pfeſſio eoꝝ eſt cautiſſima ⁊ ſecuriſſima forma pfitendi qua nō ꝓmittunt ſe ſeruari regulā: ſed obedientiaꝫ ſm̄ regulam. Unde ex voto obligant̄ ea q̄ ponūtur in regula tanq̄ p̄cepta. ⁊ q̄ p̄latꝰ ſm̄ tenorē regule eis p̄cipere voluerit. Cetera vero q̄ nō cōtinentur in regula ſub precepto non cadunt directe ſub voto. Unde ea p̄termittendo nō peccant mortaliter. vt patꝫ in conſtitutionibus eorum. caplo de pfeſſione. Quarto q̄a religio fratrum predicatoꝝ nō obligat ad culpam. Nam pfeſſioni fratrum predicatorum nō contrariatur: niſi id qd̄ eſt contra p̄ceptū regule. Tranſgreſſio autem vel omiſſio aliorum: nō obligat: nec ad peccatū veniale: neqꝫ mortale. ex ſuo genere. ſed ſolum ad penam taxatam ſubſtinendaꝫ. Unde in conſtitutionibus eoruꝫ in principio dicit̄ ſic. Volumus ⁊ declaramus vt cōſtitutiōes noſtre nō obligent nos ad culpam. ſed ad penā tantum. niſi ꝓpter preceptum vel contēptum. Iſta religio figurata eſt per montem in quo Loth ſaluatus eſt. vt dicitur Gene. xix. Propterea non poteſt ciuitas id eſt religio fratrum predicatorum abſcondi. poſita ſupra monteꝫ. id eſt firmitatē ⁊ altitudinem eterne ſalutę. quā

beatus dñicus ſpiritusſancto inſpiratus ad
inuenit ꝛ inſtituit.

¶ Non poteſt ciuitas abſcondi poſi-
ta ſupra montem.
Diuinitatis ſupernorum.
Ordinabilitatis angelorum.
Maturitatis patriarcharum.
Intellectualitatis ꝓphetarum.
Noſcibilitatis apoſtoloꝝ.
Immobilitatis occiſoꝝ.
Caritatis confeſſorum.
Uenuſtatis immaculatoꝝ.
Sublimitatis creatorum.

¶ Primo beati Dominici
religio ꝛ vita nõ põt abſcondi poſita ſupra
montem ſupernoꝝ. Nam btũs Dñicus pre
uiſus eſt eſſe ſimilis filio dei. Daniel. iij. dr.
Ecce ego video viros ſolutos quattuor: am
bulantes in medio ignis ꝛ nihil corruptõis
in eis eſt. Et ſpecies quarti eſt ſimilis filio
dei. Tres viri in camino ignis ardẽtis cari-
tatis ſunt pater. filius. ꝛ ſpũſſanctus. Deu-
tro. iiij. Deus noſter ignis cõſumens eſt. ꝛ
quartus eſt beatus Dñicus qui maxima ar
debat caritate. Cẽturio in paſſione xpi hũc
preuidit ardentẽ caritate: cum ait. Uere fi-
lius dei erat homo iſte. Math. xxvi. ꝛ Ioh.
Apocal. i. dicit. Uidi ſimilem filio hominis
Recte beatus Dñicus eſt ſimilis filio dei.
in mũdi cõuerſione. ſicut xpus fuit filius dei
in mundi redẽptione. Status mundi ſunt
quattuor. Primus fuit creationis. ꝛ tunc
generatio filij dei fuit exemplar talis ꝓdu-
ctionis. pſal. Omnia in ſapientia feciſti ꝛc.
Ioh. i. Omnia per ipſum facta ſunt. Se-
cundus fuit redẽptionis. ꝛ tunc generatio
filij dei per virginẽ fuit exemplar. pſal. Ue-
rũtamen deus redimet animã meã de ma
nu inferi cum acceperit me. Ioh. i. Gratia
ꝛ veritas per ieſum chriſtũ facta eſt. Ter-
tius fuit cõuerſionis. Luce. xiiij. Miſit ſer-
uũ ſuũ hora cene dicere inuitatis vt venirẽt
ſcz per penitentiã: ꝛ tunc btũs Dñicus fuit
exemplar. Unde cantat de eo. Mundũ vo
cans ad agni nuptias hora cene paterfami
lias ſeruũ mittit ꝓmittens varias vite deli
tias. Ad hoc cõuiuiũ tam per magnificũ ele
git nunciũ ſanctũ dñicum. Quartus erit
innouatiõis. ꝛ tunc Enoch ꝛ Helyas erunt
exemplar. Malach. iiij. Ecce ego mittam vo
bis Helyam ꝓphetam anteꝗ̃ veniat dies
dñi magnus ꝛ horribilis: ꝛ couertet corda
patrũ ad filios: ꝛ corda filioꝝ ad patres eo
rum: ꝛ percutiam terrã anathemate. Apo-
cal. xi. dicit. Dabo duobꝰ teſtibus meis ꝛ ꝓ
phetabunt diebꝰ mille ducentis ſexaginta
amicti ſaccis. Quia vero Beatus Dñicus
fuit in tertio ſtatu mundi. ſcz conuerſionis.
ideo vt mundus facilius cõuerteret. debuit
in omnibus eſſe ſimilis filio dei. per ardentiſ
ſimam caritatẽ. Primo in annũciatione.
Sicut enĩ xpus fuit annũciatꝰ beate virgi-
ni per angelum dicentẽ. Ecce concipies in
vtero ꝛ paries filium. Luce. i. Ad oſtendẽ-
dam ꝓlis magnitudinẽ: quãtum ad effectũ
humane redẽptionis. Sic btũs Dñicus ma
tri ſue per ſpm̃ſanctũ in ſpecie catuli accen-
ſam faculam in ore baiulãtis que totũ mũ
dũ illuſtrabat. monſtratus eſt ad oñdendũ
eiꝰ officiũ ꝗ̃ntũ ad effectũ hũane ↄuerſiõis
ſm illud. Lu. xvi. Sed ꝛ canes veniebant ꝛ
lingebant vlcera eius. i. predicatores vlcera
peccatoꝝ: lingua medicinalis predicatiõis
ſuauiter ſanabant ꝛc. Secũdo in demon-
ſtratione. ſicut enĩ xpus monſtratus eſt gẽ-
tibus quas ad ſe vocauit per apparitionẽ
ſtelle. Unde dicũt. Math. ij. Uidimus ſtel
lam eius in oriente. ꝛ venimus adorare eũ.
Sic btũs Dñicus cuidã matrone dũ ipſum
ſe ſacro fonte leuaret ſtellã lucidiſſimã in
fronte geſtans per ſpm̃ſanctũ demonſtra-
tus eſt. Unde cantat de eo. Stella micans
in fronte paruuli nouũ iubar premõſtrat ſe
culi. Tertio in recõciliatione. ſicut enĩ xps
venit in mundũ vt ipſũ recõciliaret deo pa
tri per caritatem. Ro. v. Cum inimici eſſe-
mus reconciliati ſumus deo per mortẽ filij
eius. Sic btũs Dñicus miſſus eſt in mun-
dum vt recõciliaret ipſum filio dei qui vene
rat mundum iudicare ꝛ finem peccatori-
bus imponere. ſm illud. Math. v. Ualet vl
tra vt mittatur. ſicut patet in viſione oſten-
ſa quibuſdam ſanctis viris. Quarto in pre
dicatione. ſicut enĩ xpus venit in mundum
vt predicaret myſteriũ regni dei. Luce. iiij.
Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare
verbum dei. quia ideo miſſus ſum. Sic bea
tus Dominicus miſſus eſt a deo ad predi-
candum. ſm illud. Gal. primo. Cum autẽ
complacuit ei qui me ſegregauit ex vtero
matris mee ꝛ vocauit per gratiam ſuam vt
reuelaret filium ſuum in me vt euangeliza-
rẽ illũ in gentibꝰ cõtinuo nõ acquieui carni
ꝛ ſanguini ꝛc. Quinto in inſtitutione.
Sicut enim chriſtus elegit duodecim apo-

ſtolos quibus tradidit regulam ⁊ formā vi-
uendi ſm charitatem Luce.x. Quibus man
dauit vt p̄dicarent. Mar xvi. Sic beatus do
minicus volens eligere regulam bene viuen
di premiſſis orationibus ⁊ ieiunijs. cū duo-
decim fratribus nouum ordinem qui dicere-
tur fratrum predicatorum inſtituit. quē a pa
pa Honorio confirmari inſtanter petijt. ⁊ ſic
factum eſt. Sexto in refectione. Sicut em̄
xp̄us ſemel ſatiauit. iiij. milia hoīum ex ſep-
tem panibus. Mar. vij. Et alia vice quinq̄
milia hoīm ex quinq̄ panibus. Joh. vi. Sic
beatus Dominicus ſemel Bononie ſatiauit
xvi. fratres ex vno pane multiplicato in ma-
nibus eius celeſti benedictione. Iteruz Ro-
me impetrauit a deo panes ſufficiētes ad ſa
tietatem. xl. fratrū apportatos miniſterio an
gelorū. vt pz ⁊c̄. Septimo in ſolutione. Si
cut em̄ xp̄us miſit petrū ad mare vt denariū
in ore piſcis inuentū daret ꝓ tributo. Mat.
xvij. Sic beatus Dn̄icus nō habens vn̄ ſol
ueret pro nauigio: orauit ad dn̄m ⁊ apparuit
denarius in terra miraculoſe quē ſoluit naute.
Octauo in ſuſcitatiōe. Sicut em̄ xp̄s ado-
leſcentem a mortuis ſuſcitauit. Luce. vij. Et
filiam archiſynagogi. Math. ix. Et lazarum
quadriduanū. Joh. xi. Sic beatus Dn̄icus
nepotem dn̄i ſtephani de foſſa noua cardia
lis ſuſcitauit. ⁊ architectorem laborantem in
eccleſia ſancti Sixti diu mortuū ſub maceria
cadente ſuſcitauit. Et tholoſe. xl peregrinos
in flumīe ſubmerſos ſuſcitauit. Nono in re
nūciatione. Sicut em̄ xp̄s vt cognouit quia
venturi erant homīes ad ip̄m vt raperēt eū
⁊ facerent eū regem: fugit ab eis. Jo. vi. Sic
beatus dn̄icus preſentiens ſe electum ep̄m
Coceranenſem omīno renuit. ⁊ ab eis fugit.
Decimo in penetratione. Sicut em̄ xp̄s vt
certificaret diſcipulos ſuos de veritate ſue re
ſurrectionis: intrauit ad eos ianuis clauſis ⁊
multis argumentis ſe reſurrexiſſe probauit.
Jo. xx. Sic beatus Dn̄icus cū ſero ad quod
dam monaſteriū declinaſſet orōne fuſa clau
ſis ianuis cū ſocio introiuit. etiā diſcedens a
cōflictu hereticorū cum quodā cōuerſo ciſter-
ſienſi. ſero ad quandaz eccleſiam declinauit.
in quam ianuis clauſis mox intrauit cum ſo
cio prece ad deum premiſſa. ⁊ ſic patet ⁊c̄.
Undecimo in tranſſubſtantiatione. Sicut
enim xp̄s mutauit aquam in vinū in conſpe
ctu diſcipulorū ſuorū. Joh. ij. Sic beatus Do-
minicus in partibus Tholoſanis cum mul-
tis fratribus iter faciens compatiens infir-
mitati eorum ob ſtomachi neceſſitatez cū vi-
no deficerent. iuſſit vas magnum impleri a-
qua: quam in vinum conuertit oratione fuſa
Duodecimo in diſciplinatione. Sicut enim
xp̄us in fonte diuinitatis omnia didicerat.
ita vt mirarētur iudei: dicentes. Quomodo
hic litteras ſcit cum non didicerit. Johā. vij.
Sic beatus dominicus requiſitus a quodaz
doctore. in quib9 libris ſtuduerat magnalia ⁊
ſecreta myſteriorū dei que predicabat. Reſ
pondit. In libro charitatis qui de omnibus
docet. Decimotertio in ſuperatione. Sicut
enim xp̄us ſuperauit dyabolum tēptantem
eum vt de pinnaculo tēpli ſe deijceret. Ma-
thei. iiij. Sic beatus dominicus dum quadā
nocte deuotius oraret dyabolus de tecto ec
cleſie magnum lapidem iuxta eum ꝓiecit. vt
etiam tangeret caputiuz cappe eius. ſed vir
dei immobilis perſeuerans in oratione dya
bolum ſuperauit. Nam ſubito voce horribili
eiulans cōfuſus abſceſſit ⁊c̄. Decimoquar-
to in miſeratione. Sicut em̄ xp̄us fuit miſe-
ricors. ita vt etiam iuuenem volentem ſe ſeq̄
docuerit vt venditis omnib9 precium eorum
pauperibus erogaret. Math. xix. ⁊ Lu. xviij.
Sic beatus dominicus cum palētie vbi ſtu-
debat: fames valida eſſet: libros cū omī ſua
ſupellectili vendidit. ⁊ precium eorum pau-
peribus erogauit. ſm illud Job. xxxi. Ab in-
fantia creuit mecum miſeratio. ⁊ de vtero e-
greſſa eſt mecum. Decimoquinto in mace-
ratione. Sicut em̄ xp̄us ieiunauit. xl. diebus
et. xl. noctibus. vt dicitur Math. iiij. Sic bea
tus dominicus in partib9 Tholoſanis vt ab
hereſi reuocaret quaſdam matronas per to-
taz quadrageſimā in pane ⁊ aqua ieiunauit.
⁊ ſuper nudam tabulam poſt longam vigiliā
laſſa membra reclinabat. quas tandē conuer
tit. Decimoſexto in preſeruatione. Sicut
em̄ chriſtus iuſſit petrum ad ſe venire illeſuz
ſuper aquas. Math. xiiij. Sic beatus domi-
nicus cum in partibus Tholoſanis quendā
fluuiū pedes tranſiret. libri eius in aquaz ce-
ciderunt. die autē tertia piſcator quidam ha-
muz ibi ꝓijciens. libros illeſos extraxit nul-
lam maculam habentes. Decimoſeptimo
in oratione. Sicut em̄ xp̄us in montem exi-
uit ſolus orare. Math. xiiij. Sic beatus Do
minicus continue in eccleſia pernoctabat vi
gilans ⁊ orans ⁊ tres ſingulis noctib9 de ma
nu propria ſibi dabat diſciplinas cum cathe-
na ferrea. ſcz vnam pro ſe. ſecundam pro pec-
catoribus qui ſunt in mundo. tertiam ꝓ aīa-

bus que cruciabantur in purgatorio. Deci-
mooctauo in compaſſione. Sicut enim xp̄s
maxime cōpatiebatur peccatoribus eos be-
nigne ſuſcipiendo. q: non egent qui ſani ſūt
medico, ſed male habētes. Math. ix. Sic be-
atus Dominicus ſuper peccatis hominū mi
rabiliter compatiens quando appropinqua
bat ville vel ciuitati quam poſſet a longe vi-
dere totus ī lachrymas ſoluebatur. Decio-
nono in curatione. Sicut enim ad tactū fim
brie veſtimenti xp̄i, mulier que. xij. annis flu
xum ſanguis patiebaẜ ſalua facta eſt. Mat.
ix. Sic ad oſculum manus Beati Dominici
miſſam celebrantis reſtrictum eſt lubricum
carnis in quodam ſcholari. Uiceſimo in ex
pulſione. ſ. demonum. Sicut em̄ xp̄us ab ob
ſeſſis corporibꝰ multa demonia expulit. Ma
thei. xij. ꝛ Luce. viij. Sic beatus dominicus
cum ſibi preſentatus eſſet quidaꝫ multis ob
ſeſſus demonijs. ſuo ſcapulari eum circa col
lum cinxit ꝛ liberauit. Uiceſimoprimo ī fa
tigatione. ſ. itineris. Sicut em̄ xp̄us fatigatꝰ
ex itinere ſedebat ſuper fontem. ad quē con-
fluebat multitudo populorum quibus predi
cabat. Johan. iiij. Sic beatus dominicꝰ poſt
laborem itineris ad aliquē fontem declina-
bat ꝛ multitudo populoꝝ ad eum exibat: vt
audirent verbum dei. quos ad penitentiam
conuertebat. Uiceſimoſecundo in conſola
tione. Sicut em̄ xp̄us nouā inſtituens eccle-
ſiam in ſacramenti ſui inſtitutione preuidit
multos ex diſcipulis ſuis retro abeuntes: et
alios ꝯuocans ait. Nunq̄d ꝛ vos vultis abi
re. Qui dixerunt. Domine ad quem ibimus.
Uerba vite eterne habes. Johan. vi. Sic be-
atus Dominicus in principio ſui ordinis ſu
per eum ſanctoſpiritu dn̄i conuocatis fratri
bus ad capitulum predixit eis quoſdam ex
ſuis fratribus ab ordine egreſſuros. Qd̄ nō
multo poſt rei probauit euentus, alijs rema
nentibus in ordine. Uiceſimoterti o in con
uerſatione. Sicut em̄ xp̄us cōmunem vitam
duxit cū peccatoribus: adeo vt phariſei dice-
rent. quare cū publicanis ꝛ peccatoribꝰ man
ducat magiſter veſter? Mar. ij. Sic beatꝰ Do
minicus ſaluo honeſtatis timore cū fratribꝰ
ſuis cōuerſabaẜ firma mētis equalitate, pla-
cida facie, magna benignitate, ſuaui eloquio
mira cōitate. Uiceſimoquarto in diſtinctio
ne. Sicut em̄ xp̄s deſignauit. lxxij. diſciplos
ſuos ꝛ miſit illos binos ante faciem ſuam in
omneꝫ ciuitatem ꝛ locū quo erat ipſe ventu
rus. Luce. x. Sic beatus Dominicus fratres
ſuos per totum mundum binos diſperſit vt
verbum domini predicarent. Uiceſimoquin-
to in exhortatione. Sicut em̄ xp̄us anteq̄ ex
hoc mūdo tranſiret ad patrem. hortatus eſt
diſcipulos ſuos ad charitatem: humilitatem
ꝛ paupertatem. Joh. xiij. Sic beatus Domi-
nicus inſtante vite termino. conuocatis. xij.
fratribus conuentus Bonon̄. teſtamentum
condidit: dicēs. Hec ſunt que vobis filijs he
reditario iure poſſidenda relinquo. Charita-
tem habete. humilitatem ſeruate. pauperta-
tem voluntariaꝫ poſſidete ꝛc̄. Uiceſimoſex
to in recreatione. Sicut em̄ xp̄us cum diſci-
pulis ſuis cenam fecit. in qua paſſionem ſuā
eis predixit. Math. xxvi. Sic beatus Domi-
nicus pauloante obitum ſuū Bononie quoſ
dam compatriotas ſuos valde deo deuotos
viſitauit. predicēs eis dum adhuc eſſet ſanꝰ.
Scitote q̄ ante aſſumptionē dn̄e noſtre ſub
mouebor ab hac vita mortali. Qd̄ rei proba
uit euentus. Nam parum ante aſſumptiōeꝫ
domīe noſtre obijt. Uiceſimoſeptio in dila
tatione. Sicut em̄ xp̄us in cena orauit p̄ dila
tatione xp̄iane religiōis: dicēs. Pater mani-
feſtaui nomen tuū hominibus quos dediſti
mihi. nūc autē p̄ eis rogo ꝛc̄. Johan. xvij. et
ad Petrū ait. Ego rogaui pro te petre: vt nō
deficiat fides tua. ꝛ tu aliquando conuerſus
confirma fratres tuos. Math. xxvij. Sic bea
tus dominicus ī deū abſorptus eleuatis ma
nibus ait. Pater ſancte tu ſcis quia libenter
perſtiti in voluntate tua ꝛ eos quos dediſti
mihi cuſtodiui: ꝛ conſeruaui. quos in mani-
bus tuis cōmendo. ꝛ conſolans eos ait. Sci
tote me vtilioreꝫ vobis fore mortuū q̄ viuū.
quia ad patrem vado. Uiceſimooctauo in
reuelatione. Sicut em̄ inſtāte xp̄i morte Cē-
turio vidit gloriaꝫ dei ꝛ ait. Uere filiꝰ dei erat
homo iſte. Math. xxvij. Sic inſtante bti dn̄i
ci obitu. quidā ſcholaris Bononie vidit ī ec-
cleſia ſcti Nicolai fratrū p̄dicatorum btm̄ do
minicum ſedentē in cathedra glīa ꝛ honore
coronatuꝫ ſicut ipſe eidem reuelauit ꝛ ſic cer
tificatus eſt. Uiceſimonono in operatione
ſcꝫ miraculoꝝ Sicut em̄ in morte xp̄i multa
corpora ſanctoꝝ que dormierāt ſurrexerūt.
Math. xxviij. Sic in morte beati dn̄ici multi
mortui ſuſcitati ſunt, ꝛ multi alij a varijs lan
guoribus ſanati ſunt. vt pateret eius ſctitas.
Triceſimo in incorruptione. Sicut em̄ cor-
pus xp̄i in triduo quo fuit in ſepulcro non vi
dit corruptionem. ps. Non dabis ſanctū tu-
um videre corruptionem. Sic beati Domici

corpus diu iacens in ſepulcro .ſ. per decenniū in die tranſlationis eius integrum inuentū eſt ⁊ incorruptum mira fragrantia odoriferum. Recte ergo Johānes dixit. Vidi ſimilem filio hominis.

Secundo vita et religio beati dominici non poteſt abſcōdi poſita ſupra montem Angelorū. de quo dicit Ezech. xxviij. Tu ſignaculū ſimilitudinis in delitijs paradiſi dei fuiſti. plenus ſapientia. perfect⁹ decore. omnis lapis precioſus operimentū tuum. Tu cherub extentus ⁊ ꝓtegens poſui te in mōte ſancto dei. In medio lapidū ignitorū ambulaſti perfectus in vijs tuis a die conditionis tue. Hec ille. Inter omēs angelos beata virgo tenet ſupremū locum. Iuxta illud. Exaltata es ſancta dei genitrix ſup choros angelorū ad celeſtia regna ⁊ hoc per virginitatem ⁊ humilitatem. Signaculum autem huius ſimilitudinis fuit beatus dominicus. pſal. Habitans in via īmaculata hic mihi miniſtrabat. ſcilꝫ per mundiciam virginitatis. que quidem fuit ſimilis virginitati ſancte Marie quantum ad quattuor. Primo per integritatē. Sicut enim beata virgo habuit virginitatem mentis ⁊ carnis. Sic beatus Dominicus integritatem carnis habuit ⁊ puritatem mentis ſeruauit. vna enim ſine alia non ſufficit. Apocalip. ꝑmo. Vidi ſimilem filio hominis: veſtitum podere ⁊ precinctum zona aurea ad mamillas. Quia ipē beatus dominicus fuit angelicus per integritatem carnis. quoniam in pectore fuit cinctus per mundiciam cogitationis. et zona aurea per charitatem cordis. Secundo per dedicationē. Sicut enim beata virgo primo deo vouit ⁊ dedicauit ſuam virginitatem. vt habetur xxvij. q. ij. § beata maria propoſuit ſe conſeruaturam votum virginitatis in corde. Sic beatus Dominicus ſuam virginitatem deo deuouit ⁊ vendidit. Prouerbio. vltimo. Syndonem fecit ⁊ vendidit ⁊ cingulum tradidit Chananeo. Per ſyndonē que multis euerſionibus ad candorem deducitur virginitas deſignatur. que multis macerationib⁹ habetur. Iſta deo venditur quando ei dedicatur. Cingulum caſtitatis quo ſinus fluxibiliū cogitationū reſtringit chananeo traditur. q: xp̄o velut zelatori ſue ſpōſe ipa virginitas deuouet. Tertio p diffuſionē. Sicut enī beata virgo, lꝫ fuerit pulcherrima a nullo tn̄ potuit cōcupiſci. q: puritas ei⁹ in alios diffundebat. ⁊ oēs motus illicitos extinguebat. Sic beati dn̄ici virginitas oēm concupiſcentie eſtum ex oſculo manus ſue a lubrico ſcholari extinxit ſm illud Cant. v. Manus mee diſtillauerunt mirram. Quarto p confirmationem. Sicut enī beata virgo in annūciatione fuit confirmata in gratia vt nullum eſtū libidinis ſenſerit in conceptione chriſti. Lu. ꝑmo. Spūſſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi. Sic beatus dominicus in inſtitutione ſui ordinis cōfirmatus fuit in gratia: vt extunc nullum vnꝙ ſenſerit ſtimulū veneree voluptatis: aut peccati mortalis ps. Ego confirmaui columnas eius.

In cuius ſignū beata virgo hunc habitum quē portant fratres predicatores eiſdē tradidit. Cum enim ipſa ſanaſſet magiſtrū Reginaldum virū peritiſſimum per ſacram vnctionem ⁊ deſideraret hunc ordinē ingredi. dixit ei beata virgo. Conſtans eſto quoniā votum tuum implebitur. In cuius ſignū. ecce hic eſt habitus quem tu ⁊ fratres ordinis predicatorū portabunt. Quo aſſumpto detulit beato dominico q̇ reuerenter illum ſuſcipiens: eo ſe ⁊ p̄fatū magiſtrū ⁊ fratres ſuos induit. O p̄cioſum habitū. O venerandū ꝓdigium. O celeſte miniſteriū. Regina celorū. q̄ in redemptionē mūdi verbū eternum ꝓpria carne induit ſpūſancto ſanctificante. eadem in recōciliationem ſeculi p̄ertitores diuini v̄bi. ꝓprio habitu induit ſpūſancto confirmāte. O cum quanta deuotione ⁊ reuerentia debet hic habitus portari. nulla religio pōt gloriari ꝙ ſuum habitum a virgine matre celit⁹ miſſum aſſūpſerit. Nec vacat a myſterio hic habitus. Cappa nigra mortificationem carnis deſignat. quia fratres predicatores debēt eſſe mortui mūdo. vt de eis dicat illud Coll. iij. Mortui enī eſtis. ſcꝫ de mundo non curātes. ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cū xp̄o ī deo. Tunica alba ſignificat puritatē mentis. quā debent habere ſi deū cupiunt videre. Math. v. Beati mundo corde. quoniā ipſi deū videbunt. Scapulare ſignificat obedientiā q̄ eſt iugū xp̄i. Math. xi. Tollite iugum meum ſuper vos ⁊c. Vſqꝫ inuenietis requiem animabus veſtris. Zona ſignificat caſtitatē. Hiero. Quacūqꝫ virtute polleas. Quibuſcūqꝫ operib⁹ niteas: ſi cingulo caſtitatis careas oīa p terrā neceſſe eſt trahas. Calciamēta ſignificant ſctōrū exemplorū imitationē. Exo. xij. Calciamenta habebitis in pedibus veſtris. Et Ephe. vi. Calciati pedes in preparatione

euangelij pacis. pedes em̄ ſunt anime affe-ctiones. q̄ calciant̄ exemplis ſanctoꝝ. Ha-bet autē hec religio ad ſui ꝓtectiones ange-los cuſtodes. ſm̄ illud Eſa. lxij. Super mu-ros tuos hierl'm cōſtitui cuſtodes. Nam cū quidam legiſta Bonon̄. intraſſet ordinem predicatoꝝ, amici ⁊ parētes ei⁹ cucurrerūt ad cōuentum vt vi illum extraherent. Cūq̄ fratres pauidi vellent mittere ad milites pa-tronos cōuentus: ait btūs Dn̄icus. Non in-digemus auxilio humano: q̄m circa conuen-tum video pluſq̄ ducentos angelos ad no-ſtri cuſtodiā ⁊ ꝓtectionē paratos. ⁊ aperto cōuentu ⁊ portis eccl'ie. oronibus ſe dede-runt. Territi ⁊ confuſi ac nihil videntes ini-mici illi fratrum indulgentiā ⁊ miſericordiā humiliter a btō Dn̄ico impetrauerūt. In ſe autem reuerſi: fratrē illū legiſtā in ordinis ꝓpoſito confirmauerūt: ⁊ plures eoꝝ ordi-nem intrauerūt. Iſte em̄ ordo premōſtra-tus eſt in quadruplici angeloꝝ miniſterio.

¶ Primo in cuſtodiendo. Sicut em̄ poſt ex-pulſionē Ade ⁊ Eue de paradiſo voluptatꝭ poſitus eſt cherubin ad cuſtodiendam viā ligni vite. Sic iſte ordo poſt ſcelera ſummo-rum pontificū ⁊ hereſes ſubortas collocat⁹ eſt in paradiſo militantis eccleſie: ad cuſto-diā ⁊ ꝓtectionē legis dei. Unde abbas Jo-achim ſuper Jeremiā dicēs ſic. Eſt ⁊ alia fi-cus que maledictione preuaricatiōis iā a-ruit. latina eccl'ia cuius folia tēporalia de q̄-bus cōficit perizomata ad excuſandas excu-ſationes in peccatis, quib⁹ inhoneſtatē vite ſue tam Adam ſummi pontifices: q̄ Eua eccl'ia ſubiectoꝝ operiant: ⁊ in ligno eccleſia-ſtice glorie miſerabiliter ſe abſcondant. Sꝫ q: patrimoniū ieſu xp̄i qd̄ acceperūt primi pontifices a p̄ncipibus xp̄ianis quaſi boni ⁊ mali ſciētie lignū fuit. Boni quo ad ſuſtē-tationem vite romani capituli tunc paupe-ris ⁊ mendici: ⁊ ſollicitudinem ſp̄ualium tra-ctandorum. Mali quo ad diſpenſationem eius ⁊ libidinē vite ⁊ abuſum. cupientes gy-gantes fieri ſuper terram: reipublice vtriq̄ famoſi per totā latitudinem imperij xp̄iani non contenti lignis ſtipendijs alijſq̄ q̄bus vti licebat humiliter ⁊ honeſte. Uxores ſibi electarū plebiū ope luxuriantiū copulando. ad ſuggeſtionem ſerpentis alterius: docto-rum carnaliū: ⁊ callidoꝝ cardinalium. Sa-tis timeo ne aliquoꝝ conſilio futuroꝝ: per-uerſe viuentium tam ſimplices ⁊ infirmi: q̄ fortes ⁊ ſcioli temere contra preceptū dn̄i venientes fructū tēporaliū rei publice: que notant̄ in ligno in flantis ſciētie que nō edi-ficat: ſed deſtruit vſurpando. eijciant̄ cōmu-nus de paradiſo eccleſiaſtice dignitatis ⁊ fi-ant ꝓfugi ſup terrā, habitēt in terra Caym cōmotionis ⁊ ire. veſtiti pellitijs ꝯfuſionis pariter ⁊ ruboris. Collocatis interim Che-rubin doctor veritatis ad cuſtodiendā viā ligni vite obſeruatiōis vtiq̄ regularis ⁊ ſpū-alis nec dubiū paupertatis. q̄ ⁊ verſatilem gladiū ſermonis miſtici ſic in ſuis actibus habeāt vt ⁊ zelū reprehenſionis in alios fer-uida caritate diffundāt. hec ille. Secundo in ſubuertendo. Un̄ abbas Joachim vbi ſu-pra dicit ſic. Sicut ſodomā duo āgeli euer-terunt: ⁊ ſynagogā ſimiliter duo angeli Jo-hānes ⁊ xp̄s. ſic ⁊ nūc oportet vt duo ange-li officiū p̄dicatiōis habētes in duob⁹ ordi-nibus deſignati in Moyſe ⁊ Helya ſubuer-tant eccl'iam clericoꝝ in ſpū. Et illa q̄dē di-cebat̄ Pentapolis. ſynagoga quoq̄ velut piſcina ꝓbatica. q̄nq̄ porticibus cingebat̄ ⁊ eccl'ia latina patriarchatibus q̄nq̄ muniti-tur. in q̄bus tanta eſt multitudo languētiū vt niſi turbet̄ imperiū nullus ſeq̄ poterit ſa-nitatem. Motio aūt aque: motio ppl'i xp̄ia-ni eſt in qua neceſſe eſt vt vnanimes in ca-ritate ſaluent̄. ceteris in ſuis erroribꝰ dereli-ctis. hec ille. Tertio in vlciſcendo. Un̄ ab-bas Joachim vbi ſup̄ dicit ſic. Iſti ſunt ſe-ptē illi angeli ſuas phialas effundētes: quo-rū vnus in terrā: alius in mare. terti⁹ in fon-tes. quartus in ſolē. q̄ntus in ſedē beſtie. ſex-tus in flumen eufraten. ſeptim⁹ in aerē. Nā terra iudeos. Mare paganos. Fontes phi-loſophos. Sol religioſos. Sedes hereticos. Flumen tyrannos. Aer eccl'iaſticos ſignifi-cant. Ecce qualiter vulnerandus eſt tribula-tionis anguſtijs ppl's xp̄ianus. ⁊ ſpecialiter ordo leuiticus: tot⁹ clerus: vt fiat quaſi vn⁹ ex terre paupib⁹ viliſſim⁹ ⁊ deſpect⁹: ⁊ decore regie ac ſacerdotalis dignitatis indign⁹. Sed ad doctores ⁊ operarios viros pacis i ꝓximo cō-ſurgendos ⁊ mittendos in meſſem populi xp̄iani ſermo ꝯuertit̄. vt quantū glorificaue-rit ſe romana eccl'ia ſacerdotalis platura: ⁊ in delicijs fue-rit ex doctrina. tm̄ dare ſibi debeāt tormenti deiectionis a glīa: ⁊ luctus ꝯtritionis a pena hec ille. Quarto in ꝯuertēdo. hic em̄ ordo eſt ille p̄mus angelus. vt dicit̄ Apocal. viij. Qui tuba cecinit ⁊ facta eſt grando diuine diſſipatiōis hominū ⁊ ignis. diuine inflam-mationis mixta ſanguine, ꝓpter incorpora-

ſtionem dñice paſſionis. Quis ad ſonũ hu-
ius tube ꝛ ꝑ verba ſua fracti ꝛ diſſipati ſũt
errores: tanq̈ per grandinē ꝑmitie fructuũ
Inflāmati autem ſunt homies ꝛ accenſi ad
caritatem dei. ꝛ per deuotam cōuerſionem
incorporati ſunt in merito ſanguinis chriſti
ij. Thimo. iiij. Inſta oportune importune:
argue: obſecra: increpa: in omni patientia ꝛ
doctrina.

Tertio vita ꝛ religio bti
Dñici non pōt abſcondi poſita ſupra mon-
tem patriarcharuꝫ. Unde abbas Joachim
ſuper Jeremi. dicit ſic. Ait em̄ Matheus ab
Abraaꝫ vſq; ad Dauid generationes quat
tuordecim. totidem ab eo vſq; ad tranſmi-
gratione babylonis. Itemq; totidem ab ea
vſq; ad xpum. Significat em̄ prima ſtatio
totidem primuꝫ ſtatum a generationibus
ſeculorum inchoatum. vtiq; ab Abraam in
perſona dei patris ꝛ ordine laycorum. Se-
cūda ſm ſtatum inceptuꝫ a xpo in perſona
filij ꝛ ordine clericoꝝ. Tertia tertium ſtatū
a dieb᷒ noſtris exorſum in perſona ſpūſſan
cti ꝛ ordine ſpūalium cōtēplantiū dñm. ꝛ
vſq; in finem ſeculi progandum. Quāuis
primus in Johāne baptiſta finem habuerit
ꝛ ſecūdus habiturus eſt exitum in Helya.
quē oportet precurrere in finem ſecūdi ſta-
tus eiuſdē. Alter in ſpū Jeremie: vt qd̄ ille
de excidio ſynagoge predixerat: iſte in aper
tione libri quē habebit apertū. de occidenta
li ꝛ latina eccl'ia: q̄ ꝛ romanū imperiū ꝑmō
ſtret expletū. Sane ꝙ vſq; ad Sedechiam
ex parte tranſmigratio eſt migrata: nō ſiu
ſtra preſcribiẗ. qꝛ ꝛ in nouo ſimile q̈d in ec-
cleſia nō ſine gemitu preſtolaẗ. Nā ab āno
M. cc. ꝛ vltra. mihi ſuſpecta ſunt tēpora ꝛ
momēta in q̄ nouo ordine ſamuelis exorto
preconibus ophni ꝛ phinees ſacerdotes ꝛ
pontifices dñi. quaſi a rege babylonis a ro
mano reipublice ꝑncipe captiuenẗ. capiaẗ
archa eccl'ia. ꝛ in Hely ſummus pōtifex cor
ruat. ꝛ quaſi alter mardocheus ſub Aman
in diſcrimine maneat agitata. Tales em̄ ne
ceſſe eſt eccl'ie ruinam predicare ꝛ plangere
q̈bus ꝛ volūtaria pauptas arrideat: ꝛ ſpi-
ritualis doctrine ac vite pietas in future tri
bulationis aculeis nō abſiſtat. Uerū in ter
ram beniamin doloris tantiq; diſcriminis
reuelenẗ in religionē ꝛ vitam extremi ordi-
nis in primo reuelandi ꝛ naſcēdi. racheli. i.
eccl'ie generali. nulla eſt ambiguitas intelle
ctus. hec ille. Sciendū ꝙ religio bti Dñici
fundata eſt in culmine perfectionis ꝛ xtuꝗ
ſanctoꝝ patriarcharū. vt ptꝫ diſcurrenti ſa-
cram ſcripturā. Primo in reformatiōe. vñ
abbas Joachim vbi ſup̄ dic̄ ſic. Alicubi di-
ctum eſt ꝙ in ſepteꝫ tēporibus terminādus
erat ſecundus ſtatus. ſex ex eis datis ad la
borem. ſeptimo ad q̈etem. ſm ꝙ angeloꝝ
ſeptēnarius exigit. ꝛ in ſeptem diebus fecit
opera ſua deus. licet tertius ſtatus generalē
obtineat vſq; in finem ſeculi ſabbatiſmum.
Uñ qꝛ vult deus a laboribus ſeculi eccl'iaꝫ
ſuam quieſcere ne iuſti pereāt cū fornicato-
ribus in diluuio gentiū futurarū premonet
patenter precones euāgelicos predicare in
toto orbe terrarū. vt ſaltem onera ſua miſti
ca om̄ia abijciat vel deponat vt in ſabbato
penitentie requieſcat. Qd̄ qꝛ futuruꝫ eſt vt
quaſi de babylone ad mōtana hierl'm mul-
ti cōſcendāt de ſeruitute ſeculi in ſpūs liber
tatem. ꝛ de cunctis finib᷒ ꝛ eccl'ijs xpianis
in occidente aquiloneq; diffuſis ad ſpūaleꝫ
vitam in viris euāgelicis reformandā. Fe-
rentibus holocauſtū quo ad votum. ꝛ victi
mā quo ad martyriū. ſacrificiuꝫ quo ad pec
cati gemitū. thus quo ad officij debitū. obla
tionē quo ad cōpaſſionis affectū. Ecce de a
liquoꝝ cōuerſione in ꝓximo facienda. H ille
Secūdo in ꝓpitiatione. Uñ abbas Joa-
chim. vbi ſupra dicit ſic. Neceſſe eſt vt viuāt
hoīes ſm ſpm̄ ꝛ detrahaẗ ad nihilū ſupbia
oīs carnis. qꝛ vero om̄is homo carnaliter vi
uens: corrūpit per maliciam oēm terrā. Ne-
ceſſe eſt vt ſuperueniat imperij cathacliſm᷒
vt intelligatur qd̄ diciẗ. Qd̄ ſupra q̈ credi-
tur om̄ia deuaſtabit. Inde ego diſperdam
eos cum terra. In ſignum autem talis dilu
uij ne ſimilis vtiq; tribulatio fiat vlterius
ꝛ deletio om̄is carnis. poneẗ archus in nu-
bibus celi qui inter dñm ꝛ hoīem federetur
Archus predicatio dāda eſt celi nubib᷒ euā
gelizantib᷒ regnū dei in ſpūali eccl'ia ſuſcitā
dis. vt ſit ꝓpiciatio in ſuadēda pn̄ia vniuer
ſis. hec ille. Tertio in pacificatione. vñ ab-
bas Joachim vbi ſupra dicit ſic. Hij ſunt co
lumba quaꝫ ſpūs dñi alter Noe q̈ requies
diciẗ ꝓpter tribulationū impetus quib᷒ mū
dus fornicatur abſumitur emiſit. ꝛ emittet
ex archa: vt ceſſantibus aquis diluuij: gen-
tium futurarum. que ad ſubleuandā archaꝫ
contemplantis eccleſie in ſublime conueni-
ent. ꝛ fornicatores clericos gygantesq; fa-
moſos prelatos ꝛ alios de terra ſecularium

facientium irritam fidem ſuaꝫ feruida ſeue
ritate ſubuertent ramos virentis oliue. ſci=
licet iuſticie opera cum doctrine folijs lau
dis ⁊ pacis ſedula reportet ad archam. hec
ille. Quarto in iuſtificatiõe. Unde abbas
Joachim. vbi ſupra dicit ſic. Puto ego ꝙ ſi
cut olim elegit deus patres ſeniores. ſecun=
do apoſtolos. ita ⁊ nunc tertio pueros eli=
gat ad litteram ꝓpter eos quibus veteravi
fuerunt ad predicandum regni euangeliuꝫ
⁊ excutiendum. Loth in ipſis pueris fide=
libus per Abraam ſummũ pontificem po=
pulum chriſtianuꝫ influentijs ſcilicet cadu=
ci ſeculi tabeſcentem conuerſantẽqꝫ cum fi
lijs ſceleratis. ⁊ facientem iudicium de regi
bus Sodomoruꝫ. ſcilicet prelatis adulterã=
tibus verbum dei. Sed ⁊ pueri hebreoꝝ in
huiuſmodi pueris deſignati veſtes ⁊ ſpolia
ſeculi in cultum diuinũ abijciunt. ramos ar=
borum iuſtoꝝ doctrinas ⁊ vites imo propa
gines de ſecularibus auferunt. ferentes flo
res mundicie: ⁊ palmas victorie quo mun=
dum calcant. diabolum ſuperant. carnem fe
rant iniuſticie operibus extollendo gratias
agunt ⁊ laudes dño Abrahe patri excelſo
qui a filio ſubtegminis vſqꝫ ad corrigiaꝫ ca
lige. de hijs que ad iuſticiam pertinent veri
tatem impugnantibus nõ dimittant. Ex
horum ſiquidem ore predicatio laudis per
ficitur. duꝫ non aliud in ore nunciant: ꝙ in
conuerſatione demõſtrant. hec ille. Quin
to in diſpenſatiõe. Unde abbas Joachim
vbi ſup̄ dicit ſic. Uerũ quo ad b̄ Joſeph p̄=
mogenitus Rachelis exaltat⁹ eſt in egy=
pto ſcripturarum ſomnia diſſerendo. quem
puto alium ordineꝫ ſuſcitandum in mundo
diſpenſatoreꝫ vtiqꝫ verbi dei. hec ille. Sex
to in predicatione. Unde abbas Joachim
vbi ſupra dicit ſic. Tribus beniamin qui ra=
ptus eſt in mentis exceſſum. ordinem con=
templantium innuit. vt veluti ſpeculatores
eximij ceteris fidelibus caueant ne a ſuper
ueniente aquilonari malicia per teporem fi
dei a caritatis incendio refrigeſcant. Tales
confortari debent in medio eccl'ie. ⁊ creſcere
nõ tam multitudine ꝗ̄ virtute: vt ſint reue=
ra filij gemini. Beniamite quo ad filij dei ⁊
ꝓximi caritatem. Hieruſalem eccl'ia eſt col
lectio. ſcꝫ laycorum quos confortare tenen=
tur ⁊ roborare in fide. Techua eſt cetus cle
ricoꝝ ſecularium inter quos clangendo buc
cina exponunt miſteria ſcripturarum. Uer=
ricarum ordo eſt regularium. ſuper quos ve
xillum crucis aſſumpte debent ad perfectio
nis ſtudiũ explicare. Unde reuera conijci=
tur ꝙ ordo euangelicus ſuſcitandus ex no=
uo in Beniamin filius deſignatus exhorta
tionis habebit officium qua ⁊ per fidem lai
cos reuocet. ⁊ per doctrinã clericos excitet.
⁊ per religionem remotos a ſeculo per me=
rita vite ſpũalis informet. hec ille. Septi=
mo in miſeratione. Nam patriarche ſancti
floruerunt hoſpitalitate ⁊ miſericordia. quã
maxime btũs Dñicus obſeruauit. Cũ enĩ
quidam ꝓpter nimiã egeſtatem hereticoꝝ
perfidie adheſiſſet. btũs pater ſeipſum ve=
nũdare diſpoſuit: vt ex precio hereticis ve=
nundatũ liberaret. Superna vero clemẽtia
eius ſuffragio ⁊ lachrymis aliter prouidit.
O mira pietas ⁊ miſericordia. vt pꝫ.

Quarto vita ⁊ religio be
ati Dominici non poteſt abſcondi poſita ſu
pra montẽ ꝓphetarum. Unde abbas Joa
chim ſuper Jeremiam. dicit ſic. Licet enim
nouus ordo predicantium eccl'ie oriatur. ta
men ordo ille initiatus eſt in ꝓphetis: apo=
ſtolis. ⁊ doctoribus. tertij tẽporis eccl'iaſti=
ci curſus ⁊ cognitus ⁊ electus ⁊ acceptatus
a deo. In vtero ergo eccleſie formatus in fi
de eſt ordo doctoꝝ quẽ preuouit deus a die
bus priſtinis in ſeculoꝝ finibus reuelãdus
Sanctificãduſqꝫ in vulua ſpũalis eccleſie ⁊
pfectione doctrine. Et bene primo format
ſecũdo ſanctificat. qꝛ primo in fide inſtruit
ſecũdo in religioſa conuerſatione dicat. Ta
les in ꝓximo pariet eccleſia generalis iaꝫ ſe
neſcens. Rectus ergo ordo formationis
coꝝ ſanctificatõis ⁊ emiſſionis ex vtero ſcri
bitur. qꝛ fideles. qꝛ ſpũales. qꝛ obedientes.
fideles in doctrina. ſpũales in vita. obediẽ=
tes etiam in preſſura. hec ille. Sciendum
ꝙ ordo predicatorum premõſtratus eſt in
ꝓphetis. Primo in Moyſe. vnde abbas
Joachim. vbi ſupra dicit ſic. Sicut ꝑ Moy
ſen ⁊ Joſue cananeos dñs iſraelitis ſubie=
cerat xp̄ianis: per Paulum ⁊ Johãnẽ euã=
geliſtã ſtrauit ydolatras. Sic ⁊ nũc ꝑ duos
futuros ordines ſignatos in illis gẽtes in=
credulas ſubigat ⁊ conuertat. Nam ſi fuerit
numerus filioꝝ iſrael iudeoꝝ pariter in xp̄i
anoꝝ deũ videntiũ: imo ſcientiũ. reliquie in
cecitate relicte populi vtriuſqꝫ iterũ ſalue fi
ant ad dñm. ſ. cõuertende. hec ille. Secun
do in Joſue. Uñ abbas Joachim vbi ſupra
dicit ſic. Ad ruinam Jericho mũdi ſuperbie

que imperiū denotat deſolandū reges mul
ti contra iſraelitas xpianos ꝯuenient. Sed
expugnabunt a Joſue qui in ſublimi clipeū
eleuauit expectando auxiliū nō ab homine
ſed a deo. Uiris ergo euāgelicis canentibꝰ
ante archam ſpūalem vitā. nouale nouabit
cordiū penitentiū: vt faciem terre cōſcientie
remoueāt: ⁊ de verbi dei ſemine ſpinas erro
ris extirpent. hec ille. Tertio in Dauid. vñ
primo Paralipo. xx. dicit ſic. Factum eſt eo
tempore quo ſolent reges ad bella ꝓcedere
cōgregauit Joab exercitū ⁊ robur militie.
Et vaſtauit terram filioꝝ Amon. perrexit
q̄ʒ ⁊ obſedit Rabath. Porro Dauid mane
bat in Hierl'm quando Joab percuſſit Ra
bath ⁊ deſtruxit eam. Tulit autem Dauid
coronam melcon de capite eius. glo. dicit ſic
Joab bellū inchoauit Dauid perfecit. Xps
enim bellum agit cū predicatorꝫ ordo cōtra
mundi potentes ſcutū fidei opponit. ſed fi
nis certaminis ⁊ triumphi ad xp̄m refertur
qui operatur in nobis velle ⁊ perficere. qui co
ronā quā dyabolo abſtulit ſibi aptauit. ſ. fi
deles q̄ quaſi corona eū ambiūt. vñ pſ. Bñ
dices corone anni benignitatis tue ⁊c̄. h ibi
Quarto in Salomone. vñ. iij. Reg. iiij. di
cit ſic. Regis p̄fecti neceſſaria menſe regis
Salomonis cū ingēti cura p̄bebant in tp̄e
ſuo. glo. dicit ſic. Ne q̄d deſit in domo reg̃ or
do p̄dicatorꝫ diſcurrendo. loquēdo laborat.
vt in menſa dñi abundet: ⁊ inde nutriātur
fideles. h ibi. Quinto in Mardocheo. vñ
Heſter. ij. dr̄. Duo eunuchi reg̃ q̄ ianitores
erant ⁊ in palacij p̄mo limine reſidebāt vo
luerūt regem interficere: qḋ Mardocheum
nō latuit. glo. dicit ſic. Duo heretici ⁊ ſciſma
tici ſunt q̄ fraudis ⁊ malicie venenū geſtan
tes cōtra veritatē cōſiliantur. vt eam credenti
bus auferāt. ⁊ xp̄m. i. fidē xp̄i in ipſis fideli
bus interficiāt: ſed eoꝝ iniquitatē ordo pre
dicatorꝝ manifeſtat. vt innocentes ſaluētur
⁊ illi iuſta vltione puniantur. hec ibi. Sexto
in Helya. Unde abbas Joachim ſuper Je
remiā dicit ſic. Potens eſt deꝰ q̄ clauſit celū
eccl'ie. ⁊ clauſurus eſt iterū tēporibus anti
xp̄i. aperire corda ſimplicia: ⁊ dare predica
tionis pluuiā ſuper terram vt ſublatis ⁊ are
factis ſtudijs in ſuperbis: viris humilibꝰ da
ta eſt gratia. Ceteri velut oues in locis pa
luſtribus ⁊ paſcuis vberrimis collocentur.
hec ille. Et Eccl. xlvij. dicitur. Surrexit He
lyas quaſi ignis ⁊ verbum illius quaſi facu
la ardebat. Talis fuit beatus Dominicus
in ſe ardens per feruorem ſpiritus: vt alios
accenderet ⁊ illuminaret verbo ſacre doctri
ne. Ideo ei dr̄ illud. Eſa. xlij. Dedi te in lucē
gentium vt ſis ſalus mea vſq̄ʒ ad extremū
terre. per feruentē predicationem in eccl'ia
diffundendam. Unde abbas Joachim ſu
per Jeremiam dicit ſic. Multe vidue erant
in iſrael. eccleſie paſtorales in populo xp̄ia
no. ⁊ ad nullas earum miſſus eſt ſpiritua
lis Helyas malicie perſcrutator niſi in futu
ris viris euangelicis zelantibus legem dei
ad mulierem viduam ſarreptanā. Roma
nam eccleſiam in ytalia conſtitutam: imo
ſub toto impio latino diffuſam. h ille. Se
ptimo in Helyſeo. Unde abbas Joachim
vbi ſupra dicit ſic. Certe vita contemplati
ua olim in veteri teſtamento viguit ſuper
Helya: ⁊ Helyſeo. ⁊ filijs ꝓphetarum in fi
lijs iſrael. Sed quia torrens carith deficit
in eis gratia ſpūalis ꝓpter errores nepha
rie Jezabelis vita ipſa migrauit ad grecos
ſub Paulo primo heremita. Anthonio ⁊
alijs heremitis. inter eos quoq̄ʒ reperti ſūt
hereſiarche ⁊ falſi religioſi vtriuſq̄ʒ ſexus.
qui quia fornicati ſunt a deo ſuo vita ipſa
ceſſauit ab eis ⁊ propagata eſt in benedicto
immo in nutrice ſeu ſorore potius benedi
cti: quemadmodum in veteri in muliere vi
dua ſarreptana Romanam eccleſiam deſi
gnāte. Sed quia ibi fractum eſt capiſteriū
ſuper menſam ⁊ regula monaſtica eſt diui
ſa non potuerunt niti ieiunijs: ſed delitijs
epuliſq̄ʒ vacare. Unde ⁊ compulſa eſt ſpi
ritualis religio ipſa ad albos Cyſtercienſes
cōfugere in quibus ex parte manet intacta
quouſq̄ʒ veniat qḋ perfectum eſt poſt ſextū
tempus eccleſie. in quo velut in ſabbato ceſ
ſet labor ⁊ ſeruitus. ⁊ detur cōtemplantibꝰ
dñm ſabbatiſmus. creabit dñs nouū ſuper
terram. ſcʒ eccleſiam femina circumdabit vi
rum. ſpūalis religio perfectos in nouitate
ſpiritus ambulantes. Uirgo illa mater chri
ſtum peperit contra iura nature. Nunc ve
ro Romana eccleſia nouum ordinem viro
rum ſpiritualium complectetur. ⁊ pariet in
vtero fidei. in gremio caritatis. hec ille.
Octauo in Eſaia. vñ abbas Joachim vbi
ſupra dicit ſic. Futurum eſt enī vt canes mu
ti clerici lupis latrare nō potuerūt veſperti
nis. Miſſurus eſt dñs alios precones q̄ ⁊
ſciā exuberē habeāt ⁊ paſtores babilōicos
in mercēnarios lupoſq̄ʒ ꝯuerſos valido cla
more ꝓfundāt. Hinc Eſaias. Egeni ⁊ paupe

res querunt aquas ⁊ non ſunt. lingua eoꝝ
ſiti aruit. Proinde dabo in ſupinis montiuꝫ
flumīa ⁊ in medio campoꝝ fontes. Hacte
nus a pauperibus clericis ⁊ ſimplicibus ſub
tracta eſt ſciētia dn̄i ſecularib⁹ in magiſtris.
qui ⁊ ſi viſi ſunt ſcire ꝑ tēpore aliquid de do-
ctrina eccleſie. tamē totū ad auariciā ptrahe
bant Unde tulerunt aurum meū ⁊ fecerunt
inde Baal. Aurum eſt ſcriptura diuina quā
ex decretoꝝ ⁊ alioꝝ compoſitiōibus auferūt
⁊ in decretales ⁊ auaras ſententias doctri-
naſq; transfundunt Sicq; neceſſe eſt vt lin-
gua ſimplicium ſiti auaricie areat. quam libe
ra ⁊ ꝓflua doctrina euangelica non irrigat.
Hec eſt illa ſitis ⁊ ſiccitas arefacta cupidi-
tas. de qua ⁊ ſi Samaritana ydropica bibe-
rit ſupuenientē ali[illegible]m nō extinguit. Ergo nō
ſoluꝫ ſupinis collibus ⁊ decliuis in altis are
facta verticibus flumina concedentur. ſꝫ etiā
campis in medijs fontes erumpent. de quo-
rum affluentia ortus ſponſe reddetur irrigu⁹
⁊ abundanter bibet populus vniuerſus.
Montes vtiq; ſunt Prelati eccleſiaſticiq;
magiſtri in ſeculo ſua gymnaſia erigentes.
Supini colles viri religioſi ſunt. quibus in
ſpirituali vita doctores ꝓflui promittuntur.
Sed ⁊ campi mundi fideles ſunt in quoruꝫ
medio p̄dicatores ſuſcitabunt̄ e primo. qui
ſiccitatem in mundi ſermonib⁹ auferant. Et
diuinis eloquijs multiplicatis ſtudijs infe
rant vbertatem. Ad quā Eſaias inuitat di-
cens. Omnes ſitientes venite ad aquas. ⁊ q̄
non habēt argentū tam ſimplices q̄ꝫ edocti:
indifferenter cōfluent ad gratiam vbertatis
videntes terrā eccleſiā in toto orbe diffuſam
repletam ſcientia dn̄i tanq̄ꝫ aque maris ope
rientes. Hec ille. Nono in Jeremia. Unde
Jeremie. xx iij dicit̄ ſic. Audiuit ademelech
Ethiops vir eunuchus qui erat in domo re-
gis. quia miſiſſent Jeremiā in lacū. locut⁹ eſt
ad regem dicens. Domine mi rex male fece-
runt viri iſti oīa quecūq; perpetrauerunt cō-
tra Jeremiam mittētes eū in lacum. Gloſa
dicit ſic. Iſte ethiops eunuchus qui timore ⁊
amore dei cōpunctus pphām eripuit. ſignifi
cat predicatores de gētibus q̄ ſeipſos caſtra
uerūt ꝑpter regnuꝫ celoꝝ. Qui vere cha
ritatis inſtinctu inique oppreſſos ſtudent v̄
bo ⁊ exemplo de fouea perditionis eruere.
Quod ⁊ nomē eius teſtat̄. Ademelech enī
ſeruus regis interpretat̄. illius. ſcilicet de quo
dicitur Rex magnus ſuper omnes deos. cui
ordo predicatorum ſeruit. Per verbum euā
gelij gentes aſſociando fidei. hec ibi. Et. xviij
ca. dicitur ſic. Surge ⁊ deſcende in domuꝫ fi-
guli. ⁊ ibi annūciabis verba. Super quo ab-
bas Joachim dicit ſic. Domus figuli eccleſia
eſt. ad quam futuri viri euangelici venire iu-
bentur. Surge inquit a quiete ſpiritus ⁊ de-
ſcende ad laborem doctrine verba dn̄i narra
turus. vel certe tales in pphēta iſto ſurgunt
a ſeculo fugiendo: deſcendunt peccatoribus
cōpatiendo. In domuꝫ figuli viſitādo. vt an
nuncient verbum domini predicādo. Hec il-
le. Decimo in Ezechiele. Unde Ezech. ij. di
citur ſic. Et ecce manus miſſa eſt ad me in q̄
erat inuolutus liber. ⁊ expandit illum coram
me. Super quo Grego. i. parte. ſuper Ezech.
dicit ſic Sicut per prophetam predicatoruꝫ
ordo ſic per librum quē accipit ſcripture ſacre
pagine deſignantur. Liber autem inuolutus
eſt. quia ſacre ſcripture eloquiuꝫ eſt obſcurū.
q̄ꝺ ꝓfunditate ſententiarū inuoluitur vt nō
facile ſenſu omnium penetretur. Sed coram
propheta liber expanditur. quia coraꝫ predi
catoribus ſacri eloquij obſcuritas aperitur.
Hec ille. Undecimo i Amos. Un̄ Amos
ix ca. dicit̄. Comprehendet arator meſſorem
⁊ calcator vue mittentem ſemen. Gloſa dicit
ſic. Per hos omnes ſignificatur ordo predi
catorum. Duodecimo in zachario. Un̄ za-
cha. vi. dicitur. In quadriga quarta erant eq̄
varijs ⁊ fortes. Iſti equi ſunt predicatores
xp̄m per mundum portantes. ⁊ dicuntur va
rij nō tm̄ ꝑpter habitum: ſed etiam propter
varietatem virtutū. ⁊ dicuntur fortes. q: for-
titer ſciunt pugnare ⁊ ſe defendere. Et ſunt i
quadriga quarta. quia in prima ſūt equi ruf-
fi. i. ordo martyrū: i ſecūda equi nigri. i. ordo
confeſſorum. qui ſe per macerationem deni-
grauerunt. In tertia equi albi. i. ordo virginū
In quarta equi varij. i. ordo doctorum. ⁊ p̄-
dicatorum. Unde abbas Joachim ſuper Je
remiam dicit ſic. Ipſi ſunt equi varij ⁊ fortes
ad diſcurrendā terrā. deſignati vtiq; in moy
ſe et helya. quorum vnus pharaonem ⁊ ei⁹
exercitum deiecit in mari rubro. alter domuꝫ
achab cum Jezabele ⁊ ſacerdotibus baal ze
lo diuino peremit. Hec ille. Decimotertio i
Symeone ſacerdote magno. Unde Eccle. l.
ca. dicitur ſic In accipiendo ipſum ſtolaꝫ glo
rie ⁊ veſtire eum conſummatione virtutis.
Gloſa dicit ſic. Ordo predicatorum accipiē-
do ſtolam glorie: ⁊ veſtiendo ſe conſumma-
tione virtutū: indicium dignitatis ſue ⁊ orna
tum fidei. ⁊ veſtimentum bone operationis

demōſtrat.hec ille. Decimoquarto in Nee
mia qui vt dicitur. Eccľ.xlix. Erexit muros
euerſos.Sic beatus Dn̄icus erexit eccleſiā
dei pene collapſam ꝛ ab hereticis diſſipatā
Decimoquinto in Johanne baptiſta qui
fuit preco primi aduentus xp̄i.Et btūs dn̄i
cus fuit preco ſecundi aduentus eius. ſ.ad
iudicium. Unde abbas Joachim ſuper Je-
remiam dicit ſic. Qđ dicitur.curſor leuis ex
plicans vias ſuas.poteſt hoc referri ad du-
os illos ꝓphetas futuros in mundum. qui
diſcurſu ſollicitudinis vias ſeculi euangeli-
zando verbum domini ſine ſarcina tempo-
ralium explicabunt.hec ille. Beatus enim
Dn̄icus recte fuit ꝓpheta tanq̄ futurorum
preſcius. Nam cum in partibus tholoſanis
quoſdā hereticos ꝯuiciſſet. ꝛ illi eſſent incē
dio adiudicati:ſpū ꝓphetico ꝓuidit vnū illo
rū Raymūdum noīe futurū ſeruū xp̄i. Un̄
ꝓhibuit eū cremari:dicens. Adhuc iſte ma
gnꝰ erit huꝰ xp̄i. ꝛ fratꝛ p̄dicator. Mira res
poſt viginti annos detentus hereſi.deo in-
ſpirante cōuerſus eſt. ꝛ factus frater predi-
cator optimo fine quieuit.Similiter dū eēt
in ciuitate Segobia ꝛ vellet ꝓponere ver-
ba dei.nobiles diu occupati circa litteras re
gales quas tunc acceperant:quaſi extedia-
ti nolebant intereſſe predicationi. quibꝰ ta-
men beatus Dn̄icus ait. Nunc vſqꝫ fratres
mei terreni ꝛ mortalis regis audiſtis edicta
taꝫ ergo celeſtis ꝛ immortalis audite māda
ta. Indignatus autem nobilis quidam ait
Nunquid verboſus iſte detinebit nos tota
die? ꝛ abiens domū ſuā murmurando aſcē-
dit equuꝫ.Cui btūs Dn̄icus ait. Ecce nunc
dn̄e receditis:ſed ante fineꝫ anni equus ve-
ſter ꝓprio carebit ſeſſore. ꝛ ad turris veſtre
eleboratum preſidium preoccupante inter-
fectore nō poteritis peruenire. Nonduꝫ an
no peracto.idem nobilis cum ꝓprio filio ac
ꝯſobrino fuit a ſuis emulis atrocitꝛ perēptꝰ
dum ad turrem quā ſibi edificauerat vt poſ
ſet euadere feſtinaret ꝛc.

¶ **Quinto vita ꝛ religio be**
ati Dn̄ici non poteſt abſcondi poſita ſupra
montem apl'oꝝ. Unde abbas Joachim ſu
per Jeremiā dicit ſic. Nunc quoqꝫ tertio lo-
co ſuſcitandi ſunt viri alij euangelici apoſto
lorū officium imitantes qui abeant predi-
cando.fodiant cōſcientias diſcutiendo.tol-
lant lumbare de ſecularibus ꝛ carnalibus a
ctibus.xp̄ianos quoſlibet reuocando.hec il
le. Sciendum ꝙ apoſtoli habuerunt quat
tuor prerogatiuas:quibus dotatus fuit be-
atus dn̄icus. Prima fuit electionis. Joh.
xiiij. Nō vos me elegiſtis:ſed ego elegi vos
Sic btūs Dn̄icus a chriſto electus eſt. Un̄
abbas Joachim ſuper Jerem̄.dicit ſic. Pri
mo tēpore ſemen Abrahe electū eſt ex om̄i
bus gentibus.Secūdo ſemen chriſti.i. apo
ſtoli ex iudeis. Tertio eligendi ſunt alij ex
om̄i iudea ꝛ gente.i.in om̄i eccleſia de gen-
tibus congregata.ſicut em̄ illi fuerunt pri-
mitie iſraelitarū in primo ſtatu.apoſtoli in
ſecundo credentium. ita tunc in exordio ter
tij ſtatus non nulle primitie chriſtianorum
ſanctificande ſunt domino: ꝛ ſpargende in
mundo.Si enim ad initia tertij oculos ver-
timus ꝑfecto multi ſurgendi ſunt euangelij
emulatores qui ꝛ honeſte viuent. ꝛ auda-
cter vicioſa corda corripient. Ipſi dabūtur
in ciuitatem quo ad religionis vnitatē: mu
nitam apoſtolicis viribus.in colūnam recte
vite ꝛ ſane doctrine ,ferream quo ad rigo-
rem ꝛ in murum quo ad penitentiam,ereū
quo ad predicationis officiū ſuper oēm ter
ram populi xp̄iani. hec ille. Secunda fuit
confirmationis.pſal'.Ego cōfirmaui colum
nas eius.Et Luce.xxiiij. Ego ꝓmiſſum pa
tris mei mittam in vos. vos autem ſedete
in ciuitate quo aduſqꝫ induamini virtute ex
alto.Sic btūs dn̄icus fuit cōfirmatus. Un̄
abbas Joachim ſuꝑ Jerem̄.dicit ſic.Dudū
ſub quarti apertiōe ſignaculi multa fuit leti
cia rectoribus heremitarū ꝛ virginū:duꝫ de
mūdanis gaudijs tanq̄ tranſitorijs in mo-
nachoꝝ collegijs nullā cōſolationē amitte-
rēt.Sed in ſcripturarū paſcuis oblectamēe
non carerent:donec ſpūs ex alto veniēs cor
da ſimplicia ſanctaqꝫ inſtrueret. ꝛ vſqꝫ ad
interiora heremi velaminiſqꝫ minaret. Qđ
ſub ſeptimi apertione ſignaculi: ꝛ die ſepti-
mo quo Moyſes educitꝛ de medio nebule
que montē texerat ſex diebus cōplendū nō
ambigo. qꝛ neceſſe eſt vt qđ linguis igneis
apoſtolis eſt oñſum. pleniore myſterio in
futuris viris euāgelicis reuelandis in mun
do tēpore iſto ſexto cōpleatꝛ.hec ille.Semel
orāti btō dn̄ico Rome in eccl'ia ſancti Pe-
tri.apparuerūt apl'i Petrus ꝛ Paulus. Pe
trus dās ei baculū ꝛ Paulus librū: dicētes
Uade ꝛ predica v'bū dei:qꝛ ad hoc miniſte-
riū a deo miſſus es. ꝛ ſtatim ſpūſſanctus in
ſimilitudinem lingue ignite apparuit ſuper
caput beati Dn̄ici. Unde in gratia ꝛ ſapiē-

tia confirmatus eſt. Tertia fuit predicatio
nis. Mar. xvi. Predicate euangelium om̄i
creature. Ad hoc autem officiuꝫ inſtitutus
eſt ordo fratrum predicatorum. Unde ab-
bas Joachim ſuper Jeremiã dicit ſic. Gẽs
conſurgens de finibus terre ſagittam ⁊ ar-
cum arripiẽs ſpũaliter ſignificat viros euã
gelicos de mundo ſurgendos: ⁊ de cunctis
eccleſie finibus cõgregandos. Contra fili-
os ſeculares qui arrepto ſcuto fidei ſagittaꝫ
verbi dñi in hoſtes crucis impellant rigorẽ
penitentie non obſeruantes. Sed quia vox
predicationis coruꝫ audienda eſt vndequa
ꝙ merito quaſi mare ſonabit non tam ad
plenitudinem ſcientie ꝙ̄ ad amaritudinem
vite. Uñ dicit. Magna eſt velut mare cõtri
tio tua. Verũ noĩe maris doctrina euange-
lica denotat. ſicut ſcriptura veteris teſtamẽ
ti in terra q: ⁊ ſi eos oportebit veteris ha-
bere ſcientiam non tamen vitaꝫ veterẽ pre
dicabũt vt hoĩes peccatores non viuant a-
modo ſm carnẽ: ſed ſm ſpm̄. h̄ ille. Et btũs
dñicus apparuit in viſiõe pape innocẽtio tan
ꝙ̄ ſubſtẽtator eccl'ie romane. dũ inſtaret ꝓ
ꝯfirmatõe ordinis ſui q̄ diceret ordo fratrũ
p̄dicatoꝝ. Nã dicitꝰ papa vidit in ſõnijs ꝙ
eccl'ia lateranẽſis grauẽ minabat ruinaꝫ: ⁊
tremẽs vidit ex aduerſo ꝙ btũs dñicꝰ ne ip
ſa caderet humeris ſuppoſitis ſuſtentabat.
Euigilans autẽ intellexit. ꝙ beatus Dñicus
tanꝙ̄ vnus apoſtoloꝝ eccleſiam dei ſuſten-
taret. Quarta fuit locutiõis. Act. ij. Loque
bantur varijs linguis apoſtoli: magnalia dei.
Et beatus Dominicus donũ linguarũ acce
pit a ſpũ ſancto. nã de Tholoſa vadẽs pariſiꝰ
quoſdam peregrinos obuios habuit in via:
diuerſoꝝ ideomatum. quibus euangelizauit
Jeſum ſm eorum ideomata. loquens eis. et
intelligens eos.

¶ Sexto vita et religio bea
ti dominici nõ poteſt abſcõdi poſita ſup̄ mõ-
tem Martyrum. Unde abbas Joachim ſu
per Jeremiam dicit ſic. Futurũ eſt vt queãd
modum Judei contra xp̄m ⁊ diſcipulos fre-
muerũt. ita ⁊ nũc in ſpm̄ dñi ⁊ eius alumnos
ſeuiant falſi xp̄iani: tam laici ꝙ̄ clerici eorũꝗ
ſalutis ſermonibus nõ intendant. Hec ille.

Sciendum ꝙ beatus Dominicus quattu-
or modis paſſus eſt martyrium. Primo ex
voto. Nam aſſidue deum orabat: vt ſibi hãc
gratiam infundere dignaretur. ꝙ ſe totũ ali-
quando ſaluti poſſet impendere ꝓximorum.

Secundo ex itinere. Nam cũ ſemel indicta
eſſet generalis diſputatio cõtra hereticos. et
epiſcopus ciuitatis vellet cũ pompoſa ſocie-
tate ꝓcedere. beatus dñicus ait. Non in con
fidentia hoĩm. ſed in auxilio dei congredien-
dum eſt. Armemus nos deuotis orationibꝰ
humilitatis exemplis: ⁊ diſcalciatis pedibus
Contra Goliath ꝓcedamꝰ. Annuẽtes itaꝗ
viro dei. Dum diuina ꝓuidentia ꝑ quoddaꝫ
nemus ducerentur a quodam heretico ꝑ ſpi
nas ⁊ vepres diu ambulando. ſanguine cru
entabantur pedes eoꝝ. Itaꝗ vir dei patien
tiſſime ferẽs ⁊ in laudes ꝓrumpẽs. hortaba
tur omẽs ad patientiã ꝓmittens ꝙ victoriã
reportarent ex hoſtibus. Mirũ ꝓdigiũ. here
ticus iſte ad fidem xp̄i verã cõuertitur. ⁊ ce-
teri abiurata hereſi ad gremiũ eccleſie fideles
redeunt. Unde abbas Joachim ſuper Jere
miam dicit ſic. Cum eñ eccleſia generalis de
ficiet quo ad laborem ⁊ mundi ſuperbia cor-
ruet quo ad errorẽ. quia finis vniuerſe carnis
iam venit. ad dñm viri euangelici populum
exhortaturi diſcurrẽt. Nam riui erũt quo ad
ſcientiam. currentiũ quo ad obedientiam. aq
rum quo ad abundantiaꝫ. Tales aque euelli
nequeunt ꝑ alicuius maliciam. hec ille. Ter
tio ex congreſſu. Cũ eñ in p̄dicatione multa
contra hereticos adduxiſſet. ⁊ in libellũ quen
dam redegiſſet. vni hereſiarche libellum ob-
tulit. vt ad rõnes fidei reſponderet. Qui libel
lum oblatum in ignem ꝓijciens. tertio exiliẽ
tem ab igne illeſum coram alijs hereticis eui
denter cognouit. Statuta die beatus domi-
nicus in ignẽ cũ libello ingrediens. illis vidẽ
tibus inuſtus exiuit. Unde abbas Joachim
ſuper Jeremiam dicit ſic. Exibũt de ſeptimo
angelo tuba canente p̄dicatores eximij. quo
rum pars ſub ſexto cõprimetur a beſtia infi-
deli. vt repleatur terra ſcientia dñi ad deum
cognoſcenduꝫ. Quarto ex aggreſſu. Tranſi
ens eñ aliquando ꝑ locum vbi parate ſibi e-
rant inſidie gaudenter laudans deum. Com
prehenſus eſt ab hereticis. Qui dixerunt ei.
Nunq̄d tu mortis horrore concuteris. Quid
acturus eras ſi comprehẽdiſſemus te: At il
le. Rogaſſem vos ne repẽtinis me ſubito ꝑi
meretis vulneribus: ſed paulatim ⁊ ſucceſſi-
ue membra ſingula mutilantes. deinde oſtẽ-
ſis coram meis oculis detruncatis membro
rum ꝑticulis. ipſos oculos eruentes ad vlti-
muꝫ ſemiuiuũ laceratumꝗ corpus ſic ꝑmit
teretis in ſuo ſanguine volutari. vel prorſus
ad libituꝫ necaretis. Unde abbas Joachim

ſuper Jeremiā. dicit ſic. Moab ⁊ Amō duo
filij loth qui nati ſunt de inceſtu. duos ordīes
extremos in ꝓximo reuelandos inſinuāt. q̊s
tanto durius afflictio ſeculi deprimet. quāto
inſtantius cōtra ipm eorū vexatio ſub eccle-
ſie fluctuatione cōſurget. Hec ille. Sicut enī
Abraham liberatus eſt de Hur Caldeorum
predicans vnū deū ꝯtra eos. Sic beatus do
minicus euaſit illeſus ab incendio hereticoꝝ.
cōſcribens veritatē fidei aduerſus eos. Et ſi
cut Iſaac portat ligna ſue imolationis. ſic be
atus dominicꝰ offert votum ſue interitionis
Et ſicut Jacob ſentit moleſtias Eſau in ſua
perſecutiōe. Sic beatꝰ dn̄icus ſentit inſidias
hereticoꝝ in fidei defenſiōe. Et ſicut Joſeph
erat in agro vt fratres ſuos inueniat. Sic be
atus dominicus iter vepres ⁊ ſpinas pedes
ſauciat. vt hereticos ad fidem couertat. Et ſi
cut Moyſes ab exploratoribus calūniaꝫ pa
titur. Sic beatus Dn̄icus ab eccleſie paſtori
bus repulſa data affligit. Unde abbas Joa
chim ſuꝑ Jeremiā dicit ſic. Poteſt fieri vt ꝑ
liguriam predicatione diffuſa viri euangelici
cōſequenter reuertantur in Galliam. vel cer-
te ad omēs indifferenter tam clericos ꝙ̄ lai
cos ꝯuertendos. Sed paſtores eccleſie futu
ros viros affligent ne predicare audeant ꝟ-
bum dei. Hec ille. De beato auteꝫ dominico
cantat eccl̄ia. Sitiebat ſeruus xp̄i martyriū
ſicut ſitit ceruus ad aque fluuiū.

Septimo vita ⁊ religio
beati Dn̄ici nō pōt abſcondi poſita ſuꝑ mō
tem cōfeſſoꝝ. qui intellectū ſuū diuine ſapiē
dedicauerūt. vt eā ad ſalutē aīarum effunde
rent. Unde abbas Joachim ſuꝑ Jeremī. di
cit ſic. Uiri illi euangelici circuibūt predicā-
do ⁊ conſiderādo opera ſinguloꝝ ſcrutātes
in lucernis verbi ⁊ operis hierl'm eccl'iaꝫ vni
uerſam. Ipſi exploratores Jericho eccl'ie cle
ricoꝝ ⁊ ſubiectoꝝ eoꝝ. Et quia aliud ꝓbant
eos facere ꝙ̄ docere. muros eoꝝ rectores in
tuba exhortationis euertunt. ⁊ carnalia eo-
rum ſtudia ⁊ corrupta amara ⁊ languida ex
verbo crucis euangelice ſanas reddūt. hec il
le. Sciendum ꝙ ꝯfeſſores habuerūt quat
tuor prorogatiuas. q̇bus fuit dotatus btūs
dn̄icus. Prima eſt abſtinētie. Eccl'iaſtes.
ij. Cogitaui a vino abſtrahere carnē meam
vt animū meū transferrē ad ſapiaꝫ. Btūs
autē dn̄icus vt ſapiam addiſceret: vinū per
decēnium nō bibit. Secūda eſt lachryma
rum. pſal'. Fuerunt mihi lachryme mee pa-
nes die ac nocte. Precipuū aūt ſtudiū bea-
ti dn̄ici fuit vbiq ⁊ oībus horis lachrymas
fundere ꝓ peccātoribus: ꝓ ꝯſeruatione vinee
quā ipſe nuper plātauerat. Un̄ dr̄ de eo ꝙ
clauſtrū ⁊ altaria lachrymis cōſecrabat. Et
iterū. Pernox cū xp̄o ꝓpriū nō poſſidebat
lectulū: pꝰ lachrymarū fluuiū vix humi dās
corpuſculū. Tertia ē orōnis. glo. ſuꝑ Tho-
biā. iij. dicit. Oratio lenit deū: lachryma co-
git. hec mitigat. illa pūgit. Cum q̇daꝫ frater
diſcretus ⁊ deuotus ſeptē noctibꝰ vigilaſſet
vt videret qualiter btūs dn̄icus oraret. aſſe
ruit ꝙ in orōne modo ſtans. modo ingeni-
culās: modo ꝓſtratus in terram. modo ele-
uatis manibus in celū. modo extenſis in ſi-
militudinē crucis. modo cācellatis ⁊ iunctis
manibus. modo inclinans ꝓfunde deū ora
bat. Propter qḋ merito ſue oratiōis multa
miracula fecit in vita. De Moyſe enī legit
in canone diſt. xxxvi. ca. ſi quis ſic. Eſt aliud
opus qḋ facit Moyſes. ad bella nō vadit.
nō pugnat cōtra inimicos. Sed quid facit?
orat. ⁊ donec orat vincit pp̄lus eius. Si re-
laxauerit ⁊ demiſerit manus pp̄lus eiꝰ vin-
citur ⁊ fugat. Orat ergo ſacerdos eccl'ie in-
deſinēter vt vincat populus qui ſub eo eſt.
hoſtes inuiſibiles amalechitas. qui ſunt de
mones impugnantes eos qui pie volunt vi
uere in chriſto hec ibi. Hoc aduertens bea-
tus Dn̄icus cum quidam frater Thomas
apulus ſeduceretur a quibuſdam ſatellitibꝰ
diaboli ⁊ cogeretur exire ordinem indutus
veſtibus ſecularibus cum eis ibat. Quo co
gnito beatus pater in eccleſiam intrauit ibi
ꝗ diutius orans fratrem illum ad ordineꝫ
reuocauit. Et ſicut Moyſes ſua oratione a
quas marath in dulcedinem conuertit. Sic
beatus Dn̄icus in cremona coram Beato
franciſco in conuentu minoꝝ aquam putei
ſalſam ⁊ turbidam: in dulcē ⁊ clariſſimā per
mutauit. Et ſicut Moyſes quēdam deū blaſ
phemantē lapidari fecit. Leuit. xxiiij. Ubi
ſic habet. Ecce aūt egreſſus filius mulieris
iſraelitidis ⁊c̄. Cūq blaſphemaſſet nomen
dn̄i ⁊ maledixiſſet ei adductꝰ eſt ad moyſen
Miſeruntq eum in carcereꝫ donec noſſent
quid iuberet dominus. Qui locutus eſt ad
Moyſen dicens. Educ blaſphemum extra
caſtra: et ponant omnes qui audierunt: ma
nus ſuas ſuper caput eius: ⁊ lapidet eum
populus vniuerſus ⁊ cetera. Sic beatus
Dominicus quādam mulierem deum blaſ
phemantem quinq menſibus loquela ꝑus

uit. Et ſicut Helyas orauit ⁊ celum dedit plu
uiam. ⁊ terra dedit fructum ſuũ. Sic beatus
dominicus apud Segobiam ciuitatez extra
muros predicãs in feſto natiuitatis domini
cũ nondum eſſet ſeminatum ꝓpter ſterilita⸗
tem terre. quia per annũ ⁊ vltra non pluerat
orauit dñz ꝓ fertilitate terre: ⁊ ſubito pluuia
magna irrigauit terrã ⁊ extunc ſeminauerũt
⁊ meſſem vberem ſequẽti anno habuerunt.
Et ſicut Helyas in itinere fatigatus ſua ora⸗
tione panem a deo ꝓmeruit. iij. Regum. xix.
Sic beatus dominicus rediens in italiã cuz
fratre Johanne cõuerſo inter alpes Lõbar⸗
die valde fatigato orauit ad dñm ⁊ impetra
uit panem ſuauiſſimũ miri candoris ad refe
ctionem predicti conuerſi. Et ſicut helyſeus
ſuſcitauit puerum ſunamitis. Sic beatus do
minicus ꝑ franciã vadens. Cu pueniſſet ad
caſtruz caſtellionis: filium ſororis capellani
qui cuz hoſpitio receperat a mortuis ſuſcita
uit oratiõe fuſa ad dñm. Quarta eſt doctri
ne ⁊ veritatis. Eccle. xv. In medio eccleſie a⸗
peruit os eius. ⁊ impleuit eũ dñs ſpiritu ſa⸗
pientie ⁊ intellectus. Et de beato dñico dici⸗
tur. O lumẽ eccleſie doctor veritatis roſa pa
tientie ebur caſtitatis. aquam ſapientie ꝓpi
naſti gratis predicator gratie nos iunge bea
tis: Unde romanus pontifex ipm ⁊ ſucceſſo
res eius inſtituit magiſtrũ ſacri palatij ⁊ inq̃
ſitorem heretice prauitatis. poſt ſedem apo⸗
ſtolicam ⁊c:

¶ Octauo vita et religio bea
ti dominici nõ poteſt abſcondi poſita ſupra
montem virginũ. Unde eius virginitas aſſi
milatur lilio. p̃s. Iuſtus germinabit ſicut lili
um ⁊ florebit in eternum ante dñm. Inter
oñs autẽ iuſtos qui tunc tẽporis erant bea
tus dominicus fuit ſublimior de quo dicitur
in apocriſis Eſdre. xiiij. Ex omnibus florib⁹
orbis elegiſti tibi lilium vnuz. i. btm̃ dñicum.
In cuius ſignũ cum quilibet ſanctus deferat
ſpeciale ſignũ quo dignitas eius deſignatur
vt beatus petrus claues. Paulus enſem. ſcz
diuini verbi Iuxta illud Aſſumite gladium
ſpũs. qd̃ eſt verbũ dei. Andreas crucem: pe⸗
trus martyr palmam. Thomas de aquino li
brum aptum cũ radijs ſolis circũquaq̃z. Frã
ciſcus ſtigmata. ⁊ ita de alijs Sic beat⁹ Dñi
cus defert liliũ. in viridario ſancte matris ec
cleſie. quam alij ſancti admirantes interro⸗
gant dicentes illud Cant. vi. Quo abijt dile⸗
ctus tuus. ſ. xp̃s. O pulcherrima mulierum?
Quo declinauit dilect⁹ tuus ⁊ queremus eũ
tecũ? Et ipſa reſpondet: dicens. Dilect⁹ meus
deſcẽdit in ortũ ſuũ ad areolam aromatis. i.
ad religionem fratrũ p̃dicatorũ. vt paſcat in
ortis ſacre doctrine ⁊ regularis vite. ⁊ lilia. i.
virtutes beati dñici colligat. qui recte defert
liliuz ꝓpter quattuor. Primo rõne coloris
In eius enĩ ſtipite eſt viriditas. ꝑ quã fides
deſignatur. Jere. xv. Benedictus vir q̃ confi
dit in dño ⁊ erit folium eius viride. Uiridi⸗
tas quidẽ in folio eſt ſignũ vite. ⁊ fidei cõfeſ
ſio eſt ſignũ ſpũalis vite. In folijs lilij ẽ can⸗
dor. ꝑ quem carnis virginitas deſignat. In
granis interiorib⁹ eſt quaſi auri ſplendor. per
quẽ charitas xp̃i demõſtrat. Cant. v. Dilect⁹
meus. ſ. beatus dñicus candid⁹ per virginita
tem. rubicũdus per charitatẽ. electus ex mili
bus. i. pre alijs ſanctis. Secũdo rõne odo⸗
ris. Quo ad vitam odoriferaz. ij. Cor. i. Xp̃i
bonus odor ſumus. Et ſicut in lilio ſunt ſex
folia. ſic beatus Dominicus ſex odores emi⸗
ſit. Primus eſt odor conſtantie. vt a ſancto
ꝓpoſito nõ poſſet moueri quocunq̃z modo.
Secundus eſt patientie. vt in aduerſis nõ
cõturbaret. p̃s. Proba me dñe ⁊ tempta me
Tertius eſt gratiarũ actiõis. Eſa. xxxv. Le⸗
tabitur deſerta ⁊ inuia. ⁊ exultabit ſolitudo
⁊ florebit quaſi lilium. Quartus eſt deuote
orationis. p̃s. Dirigatur oratio mea ſicut in⸗
cenſum in cõſpectu tuo. Quintus eſt pieta
tis. vt inimicos inſtrueret. ⁊ ꝓ ipſis interce⸗
deret. Cañ. ij. Ego flos campi: ⁊ lilium conual
lium. Sextus eſt perſeuerantie. Eccleſi. l. co.
Quaſi lilia q̃ ſunt in tranſitu aque. i. perſeue⸗
rans in mũdo labenti. Tertio rõne vigoris
Nam radix lilij eſt magni vigoris: q̃a valet
cõtra tumorẽ ſplenis ⁊ ſignificat humilitatẽ
beati dominici. contra ſuperbiam ſeculi q̃ cũ
eſſet generalis magiſter ordinis predicatorꝫ
voluit tñ cedere magiſterio ne tale officium
cuiq̃z ſucceſſorꝫ eius fieret perpetuũ. p̃s. Hu⸗
miliata eſt in puluere anima noſtra. Quar
to rõne ſaporis. Nam ſuccus lilij valet cõtra
morſuz ſerpentis. Sic ſuccus beati dominici
valuit cõtra tẽptationem dyaboli apparẽtis
in forma draconis. q̃ nitebatur abſorbere fra
tres qui erãt in ſocietate eius vt ab eo diſce⸗
derent. quos tamẽ ad ordinem cõuertit. Si⸗
militer beatus dominicus tanq̃ liliuz valuit
ad clarificandum viſum. quo ad cecos quos
illuminauit. Ualuit ad faciẽ colorandã. quo
ad leproſos quos ſanauit. Ualuit ad matu⸗
randa apoſtemata. quo ad infirmitates. fe⸗

bres ydropiſim, ⁊ reliquas corporis paſſiones quas curauit, vt ſibi dicat illud Judith xiiij. Subueniſti ruine ante conſpectum dei noſtri.

Nono vita ⁊ religio beati Dominici non poteſt abſcondi poſita ſupra montem creaturarum. Aſſimilatur enī btūs Dñicus quattuor generibus creaturarum. Primo celeſtibus. ſ. ſoli: lune: ⁊ ſtelle. Fuit enī btūs dñicus tanq̄ ſol ratione illuminatõis. Eccl'. l. Quaſi ſol refulgens. Sic iſte effulſit in templo dei. Naz duodecim radios maximos emiſit. qui ſunt duodeciz genera fratrum ordinis ſui. ſ. Martyrū quoꝝ primicerius fuit btūs Petrus martyr: quez ſecuti ſunt frater Dñicus ſocius eius frater Conradus Theutonicus frat' Guilhelm⁹ ⁊ frater Bernard⁹ de rupe forti. frater Stephanus de Narbona. frater Raymundus carboni. qui in caſtro Auinioneti dioceſis Tholoſane ab hereticis ꝓ fide xp̄i ⁊ obedientie ſancte romane eccl'ie occiſi fuerunt cātando Te deū laudamus. etiam alij multi.

Secundū eſt doctoꝝ quoruz primicerius fuit btūs Thomas de aquino: quem ſecuti ſunt frater Johãnes pariſienſis. frater Herueus natalis. frater durandus de ſancto porciano. frater Durandellus. ⁊ alij plures.

Tertium eſt prelatorum. quoꝝ primiceri⁹ fuit btūs Petrus de Tarantaſia. dictus papa Innocentius q̄ntus: quē ſecutus eſt beatus Nicolaus de Teruiſio. dict⁹ papa Bñdict⁹ vndecim⁹. ⁊ btūs Johãnes de verzell'. electus ſummus pontifex: morte aūt preuētus non fuit coronatus. Quartum eſt cardinalium. quoꝝ primicerius fuit btūs Hugo poſtillator totius biblie quez ſecuti ſunt dñs Robertus anglicus. dñs Nicolaus de prato. ⁊ alij multi. Quintum eſt epiſcoporum: quoꝝ primicerius fuit btūs Aug⁹. de Vngaria. quez ſecutus eſt frater Johãnes de Saxonia. frater Johannes de Vincentia. ⁊ alij multi. Sextum eſt fratrū deuotorum. quoꝝ primicerius fuit frat' Regynaldus ſancti Aniani quem ſecuti ſunt. frater Henricus Altiſiodoreñ. frater Jordanis. Pelagius hyſpanus. frater Petrus gonſalim hyſpanus. frater Mauritius tolletan⁹. frater Dñicus de vallerica. frater Bernardus de cantio. frater Gualterus Baſilienſis. frater Bernardus de Vaſconia. frater Johannes de Valentia. frater Chabertus Lugdunenſis. frater Dominicus Segobienſis. frater Hyſnardus papienſis. frater ambroſius Senenſis. frater Jacobus de anagnia. frater Jacobus de venetijs. frat' Marcolinus Forliuienſis. frater Symon arriminenſis. Hij omēs ſunt beati ⁊ maximis clarent miraculis. ⁊ alij plures. Septimū eſt predicatorum: quoꝝ primicerius fuit frater Guilhelmus paraldi. quem ſecuti ſunt frat' Rao romanus. frater Nicolaus gora. frat' Jacobus de voragine. ⁊ alij multi. Octauum eſt iuriſconſultorum. quoruz primicerius fuit frater Raymundus de penna forti. compilator decretalium. quez ſecuti ſunt frater Johannes Colonienſis: compilator ſumme confeſſoruz. frater Brocardus theutonicus. frater Rogerius brixienſis frater Bartholomeus piſanus. frater volricus argentinenſis. ⁊ alij plurimi. Nonum eſt hyſtoriographoꝝ. quoruz primicerius fuit frater Vincentius Beluacenſis compilator ſpeculoꝝ. hyſtorialis. naturalis. moralis: ⁊ doctrinalis. quem ſecuti ſunt frater Martinus hyſpanus cum cronica ſua. frater Petrus de francia cum cathalogo ſummorum pontificum. frater Bartholomeus Tridentinus: cum legendis ſanctorum. frater Ralo. Frater Philippus ferrarienſis cum ſuo menſali. ⁊ alij plures. Decimum eſt philoſophorum ⁊ logicoꝝ. quorum primicerius fuit Albertus magnus: quez ſecuti ſunt frater Gratiadeus eſculanus. frater Franciſcus de prato. Frater Stephanus de reate. frater Nicolaus de Roma. ⁊ Frater Thomas de Anglia. ⁊ alij multi. Undecimum eſt moralium peritorum quorum primicerius fuit frater Guido Ariminenſis. quem ſecuti ſunt frater Conradus eſculanus. frat' Henricus Ariminenſis. Magiſter Guido de Guetijs Bononienſis. ⁊ alij plures.

Duodecimum eſt grammaticorum: quoꝝ primicerius fuit frater Nicolaus Treuech. quem ſecuti ſunt frater Johannes Januenſis cum ſuo catholicon. ⁊ frater Martinus de datia cum ſuo libro modorum ſignificādi. ⁊ frater Dominicus hyſpanus cum ſuo correctorio menſe. ⁊ alij multi. Ecce quomodo beatus Dominicus tanq̄ ſol emiſit duodecim radios illuminatiõis totius mūdi. Eccl'. xliiij. Sol illuminans ꝑ oīa reſpexit Et abbas Joachim ſup Jeremiā dicit ſic. Sicut deficientib⁹ parētibus in deſerto ſub Joſue ⁊ Caleph. terrā ſunt filij iſrael promiſ

ſionis ingreſſi:ita nunc ſub euangelizantib⁹
teſtibus ſecuturis.ſpiritualium intelligentiã
aſſequẽtur. Uita eñ illoꝝ ꝑpter vtriuſqꝫ ſcié
tiam teſtamenti:in melle ſimul ꝛ lacte verſa:
bitur vt de verbis ſimplicibus ꝑficiat iuſtus
et de eloquijs miſticis ſtupeat eruditus.hec
ille ꝛc. Itẽ beatus dominic⁹ aſſimilaṫ lune
Eccle.l. c. Quaſi luna plena in dieb⁹ ſuis lu:
cet ꝛ hoc rõne ꝑfectionis. Unde abbas Joa
chim ſup Jeremiã dicit ſic. Ecce dolorẽ peni:
tentie neceſſe eſt innouari vbiqꝫ ad vocez fi:
lij ꝛ ordinis orituri, vt nõ excuſeṫ mũdus de
grã.ſed potius timeat de ruina ꝑualentibus
malis in eccleſia quaſi de iudea ipſius ꝑdica
tio trãſibit ad gẽtes erroribus inuolutas:vt
ſibi granũ frumenti.xp̃i euangeliũ ꝛ mortifi:
cetur ꝛ corruat:vt plurimũ fructũ ferat.hec il
le. Ab iſta luna ꝓceſſerunt tres radij.i.tres
ordines religioſi Primus fuit ſororꝫ inclu:
ſarum. Quarũ caput fuit monaſteriũ ſororũ
de pruliano. Deinde ſecutum eſt monaſteriũ
ſororũ de mõtargis.cui prefuit beata anucia
de iouiniaco.ꝛ monaſteriuz ſancte Agnetis
de Bononia.cui ꝑfuit beata cecilia. Et mul:
ta alia monaſteria clauſa in quib⁹ floruerunt
ſanctiſſime dñe. Secũdus fuit fratrũ de mi
litia coadiutoꝝ ſancti Dominici.quorum ha
bitum ꝛ religionez approbauit ſedes apoſto
lica,in quo floruerũt plures ſancti viri. Ter
tius fuit ſororũ de penitẽtia beati Dominici
quarum religionẽ cõfirmauit eccleſia roma
na ꝛ multis priuilegijs dotauit. In quo flo:
ruerunt beata margareta filia regis vngarie.
Beata Katherina de ſenis,beata Johanna
de caſtello,beata bernuenuta de ciuitate Au
ſtria:ꝛ multe alie. Eccle.xliij. Uas caſtorum
in excelſis in firmamẽto celi reſplendens glo
rioſe. Luna aũt dicit vas caſtorum. Juxta il
lud Uirgilij. Caſta faue lucina: tuus iam re:
gnat apollo. Rurſus beatus dominicus aſſi
milatur ſtelle:ratione directionis. Eccľ li.ca.
Quaſi ſtella matutina in medio nebule ꝛ vo
catur iſta ſtella lucifer,quia precedit ſolez in
ortu ſuo. Uñ abbas Joachim ſup Jeremiã
dicit ſic. Sicut turbati ſunt egyptij i fluctib⁹
rubri maris,vel iudei in ꝑncipib⁹ romani im
perij. Sic ꝛ nunc turbato populo xp̃iano ſub
Alemanoꝝ principibus cõſtituto.ſonent ne
ceſſario elationes perſecutionũ aſcendentiũ
vndiqꝫ ꝛ irruentiũ in eccleſiam generalẽ.da
tis alijs ad reſpirationem fidelium ꝛ conſo:
lationem.quaſi ſole contemplantibus verita
tes. Alijs quoqꝫ luna in cõmuni vita degen:
tibus.alijs quaſi ſtellis predicantibus verbũ
dei deſignatis in moyſe ꝛ helya ꝛ duob⁹ in
monte eccleſie teſtib⁹ ꝛ ordinibus affuturis.
ad quoꝝ predicationẽ edificabitur eccleſia i
ſpiritu.ſed in carnaliter viuentibus attenua:
ta manebit.hec ille. Religio eñ beati dñici
eſt ſtella ſaluationis.ſicut ſtella maris. Naz
ſoror ſancti Thome defuncta apparuit ei in
ſomnis;dicens ſe, in purgatorio eſſe.ſed poſt
quindenam abinde liberari ꝛ euadere. Cũqꝫ
ab ea quereret de fratre ſuo. Reſpõdit ꝙ iã
in paradiſo erat. Interroganti autem:an ip:
ſe in breui migraret:vel ſaluaretur. Reſpon
dit. Tu quidem ſi perſeueraueris ſaluus eris
ſed aliomodo venies ꝙ̃ nos. Poſt quidenã
vero apparuit ei frater ſuus: nuncians ei ſa:
lutem ſororis ſue. A quo cum quereret:an ip
ſe ſaluaretur. Reſpondit. Non oportet te q̃:
rere frater de hac re. Tu eñ in bono ſtatu es
Sed tene qd̃ habes:ꝛ ꝑſeuera ſicut cepiſti.
Et ſcias ꝓ certo ꝙ nulli aut pauci de ordine
tuo dãnantur ꝛc. Secũdo vita ꝛ religio be
ati dominici aſſimilatur terreſtribus.ſ.para:
diſo.arbori ꝛ curriui. Primo aſſimilatur pa
radiſo tereſtri.de quo dicit Geñ.ij. Planta:
uerat autẽ domin⁹ deus paradiſum volupta
tis a principio in quo poſuit hominẽ quẽ for
mauerat.quia religionẽ beati Dñici ab eter
no preuidit in eccleſia plantandam. In qua
beatus dominicus formatus a deo.i.in vte:
ro ſanctificatus ꝛ a ſpirituſancto i gratia cõ:
firmatus. Quod pꝫ.quia in infantia depre:
henſus eſt ſepe relicto lecto ſuper nudam hu
muz accumbere.in ea religione primus poſi
tus eſt. Porro fons egrediebatur a loco vo:
luptatis qui diuiſus eſt in quattuor capita.
Iſte fons eſt doctrina vere fidei.que egredi:
tur ab hac religione. Unde abbas Joachim
ſuper Jere.dicit ſic. Oportebit Jeſum tranſi
re per mediam Samariã ad ſuadendam fi:
dem latine eccleſie illibatam in filijs obediẽ:
tib⁹ ꝛ diſſeminantibus verbuz dei. Hinc mu
lier Samarites loquitur cũ Jeſu Dum con:
ſtantinopolitana ſedes redit ad eccleſie vni:
tatem.de qua neceſſe eſt vt hauriat aquas in
vitam ſalientes perpetuam.non ſitim littera
lis ſcientie inferentes vt eccleſia coꝝ que vi:
rum vſurpauerat alienuz.carnalem lr̃e intel:
lectum redarguatur per virum euangelicuz
ꝛ fidelem.ꝛ conuertatur in lumine romane
eccleſie ꝑfectura.hec ille. Quattuor flumĩa
ſunt quattuor intellectus ſacre ſcripture.qui:
bus irrigatur tota eccleſia. Secũdo aſſimi:

latur arbori.i.cruci. Nam beatus Dominicꝰ
¶ **Quarto Maria elegit optimā ꝑtem legis ſapiētialis.** Sciendū ꝙ lex ſapie eſt lex ieſu xp̄i, in qua diligēter ſe exercuit btā virgo maxie circa quattuor. Primo circa aſſiduā oronem et grārumactionē. Act. i. Hij oēs erāt ꝑſeuerantes in orone cū mulieribus ⁊ matre ieſu maria. ⁊ glo. ſup illō Luce. i. Exultauit ſpūs meus ⁊c. dicit ſic. Totum interioris animi affectū in agendis grarū laudibꝰ offero. totū q̇ꝺ viuo: q̇ꝺ ſentio: q̇ꝺ diſcerno in eius magnitudinē ꝯtemplandam ⁊ eius p̄ceptis obſeruandis impendo. In ipſo tm̄ exulto ꝙ terrena nō curo ꝓſperitas me nō extollit: aduerſitas me nō frangit ſed illius ſola ſpūs meꝰ delectatᷣ, memoria a quo ſalus eterna ſperatᷣ illiꝰ ꝑpetua diuinitate letatᷣ. cuius cōceptione caro mea fecundatur hec ibi. Secūdo circa ſacroꝝ locoꝝ viſitationem. Vñ ſcūs Odilio dicit ſic. Si ſcire volumus q̇d dei genitrix poſt xp̄i reſurrectionem anteꝗ̄ celos aſcenderet agebat ſine dubio loca natiuitatis. paſſiōis. ſepulture. reſurrectionis aſcenſionis frequēter viſitabat ⁊ ī eis lachrymas fundebat, ⁊ oris ſui ſanctiſſimi oſcula imprimebat hec ille. Et btūs Hieronͥ. in ſermone de aſſumptione dicit ſic. Fortaſſis pre nimio amore in loco in quo filius eius natus. mortuꝰ: ac ſepultꝰ dicitᷣ. interdū eā habitaſſe credimꝰ ꝑ q̄ pijs paſceretᷣ internus amor obtutibus: nō ꝙ iā viuēs cū mortuis q̄reretur. Hoc em̄ hēt impatiens amor: vt quē deſiderat ſemꝑ īuenire ſe credat ignorat q̇ppe iudiciū: rōne multotiens caret. modum neſcit. Amor em̄ nō accipit de impoſſibilitate ſolatiū: neq̧ de difficultate remediū hec ille. Tertio circa aplōꝝ inſtructionem. Vñ Hiero. vbi ſupra dicit ſic. Ecce dn̄o ieſu aſcendente in celū vacat virgo in ſchola virtutū. cōuerſatᷣ cū ſenatoribus celi infra curiā ꝑadiſi: ſub diſciplina ſpūſſancti totiuſq̧ maieſtatis diuine. Virgo beata intra chorū apoſtolorū poſt aſcenſionem dn̄i Ieſu intrans ⁊ exiens: familiarius de xp̄i incarnatiōe ac reſurrectiōe cū eis cōtulit: quā ſane beatiſſimā virginē: ⁊ ſi om̄s diſcipuli venerati ſunt. Iohannes tamē amplius ⁊ ſpecialius vſq̧ ad finem vite ſue ſibi deſeruiuit. hec ille. Quarto circa cōmunem cōuerſationē. Per ſpeciales eniꝫ prerogatiuas gratie fuit conuerſata cum apoſtolis cū Petro ꝑ diuinitatis ⁊ humanitatis cognitionē. Cum Paulo ꝑ altam cōtemplationem. Cum Andrea per precordialē ad crucem deuotionē. Cum Iacobo ꝑ virginitatis cōſeruationē. Cum Iohanne ꝑ maternalem affectionē. Cum Thoma ꝑ fortium operuꝫ aggreſſionem. qn̄ dixit Ioh. xi. Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cum illo. Cū Iacobo alphei. per eius in vtero ſanctificationē. Cum philippo per precipuā cū xp̄o familiaritatem. Cum Bartholomeo per feruētē orationē. Unde dixerunt demones. Bartholomee. incendūt nos oratiōes tue. Cuꝫ Mattheo ꝑ terrenoꝝ deſpectionē. Cū Symone per mandatoꝝ dei promptā executionē. Cuꝫ Thadeo per mētis mūditiā ⁊ purificationē.

Quia vero apoſtoloꝝ oīm in ſe coegit merita. Iō circa ipſaꝫ hodie noueꝫ mirāda ſunt exhibita indubitanter ab oībus catholicis tenenda. Primuꝫ eſt oīmoda conſolatio. ſcꝫ per angelum a deo miſſum q̄ eam reuerēter ſalutauit. Secūdum eſt apoſtoloꝝ omniū congregatio. ſ. per angelos qui eos per iudeā diſperſos ꝯgregauerunt ad hoſtiū virginis.

Tertiuꝫ eſt ſine dolore cōſummatio. ſ. vt ſine dolore moreretᷣ. Quartum eſt ſepulture in valle ioſaphat preparatio. ſimilis ſepulture xp̄i de nouo cōſtructe. Quintū eſt exequiarum deuotio. ſ. per ieſum, ⁊ eos q̄ cū eo aduenerant ⁊ per apoſtolos. Sextum eſt chriſti ⁊ totius curie celeſtis obuiatio. ſcꝫ poſt tres dies ſue mortis. Septimū eſt iudeoꝝ perſecutio volentiū feretrum euertere ⁊ corpus illud cōburere. Octauū eſt miraculoꝝ choruſcatio circa eos qui manus ad feretruꝫ applicauerunt. Nonuꝫ eſt in anima ⁊ corpore ſimul aſſumptio ex eis que chriſtus contulit cū apoſtolis ſuper hoc. vt patet in legendis ex dictis ſancti Coſme Iohannis Damaſceni. ⁊ Auguſtini.

¶ **Quinto Maria optimā partem elegit legis ſpiritalis.** Sciendum ꝙ angeli habent quattuor proprietates. ſcilicet caritatem. virginitatem. humilitatem. ⁊ miniſterium. Eodem modo beata virgo tria prima habuit. Bern̄. Beata virgo in montana cum feſtinatione abijt: ⁊ hic fuit virginis aſcenſus: vt difficile rumperetur funiculus triplex. Feruebat ſiquidem in querenda gratia caritas. Splendebat in carne virginitas: ⁊ obſequio eminebat humilitas. hec ille

De miniſterio ipſa dicit. Eccľ.xxiiij. In habitatōe ſctā corā ipſo miniſtraui. Propterea ipa hodie honorabiľr celos aſcēdit. Hieronī. Quis illud cogitare ſufficiat ꝙ̄ gl'ioſe hodie regina mundi preceſſerit. Quāto deuotiōis affectu tota in eius occurſum celeſtiū legionū ꝓdierit multitudo. Quātis ad tronū glie canticis ſit deducta: ꝙ̄ placito vultu: ꝙ̄ ſerena facie: ꝙ̄ diuinis amplexibus a filio ſit ſuſcepta. ⁊ ſuper oēm creaturā exaltata. Hodierna die credendū eſt militiam celoꝝ feſtiue dei genitrici obuiā aduenisſe: eāq; ingēti lumine circūfulſiſſe. ⁊ vſq; ad tronuz glie cum laudibus ⁊ cāticis ſpūalib⁹ ꝑduxiſſe. celeſtez quoq; militiā hierl'm tūc ineffabili leticia exultaſſe. ⁊ iocūdatā ineffabili caritate ⁊ oī gratulatione iubilaſſe. hec ille. In ei⁹ aūt aſcenſu angeli infime hierarchie ꝓponūt qōnē angelis medie hierarchie: dicētes illud. Canti. iij. Que eſt iſta q̄ aſcendit ꝑ deſertū ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ mirre ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmētarij. Qd̄ exponēs Hieronī. de btā ꝟgīne dicit ſic. Sicut virgula fumi q: ḡcilis ⁊ delicata: q: diuturnis extenuata diſciplinis ⁊ cōcremata tota incēdio pij amoris ⁊ deſiderio caritatis. Virgula inq̄t fumi ex aromatib⁹: q: repleta multis erat virtutum odoribus manās ex ea fragrabat odor ſuauiſſim⁹ in ſpiritib⁹ angelicis. Aſcēdebat aūt de deſerto pn̄tis ſeculi ꝟga de radice ieſſe olim exorta. Sed mirabanꝫ electorū aīe pre gaudio: q̄ nā eſſet q̄ etiā cūctoꝝ meritoꝝ ꝟtutib⁹ angeloꝝ vinceret dignitatē. hec ille. Nūc aſcenſuz decoris admirātes āgeli medie hierarchie ꝓponūt qōnem angelis ſuꝑiorib⁹ dicentes illud. Canť. vi. Que eſt iſta q̄ ꝓgreditur quaſi aurora cōſurgēs pulcra vt luna. electa vt ſol. terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata quaſi aurora fuit virgo naſcēdo. pulcra vt luna cōcipiēdo: ſ; vt ſol refulgens in corꝑe glificato. Bern̄. Tota cōglomeraꝫ angeloꝝ freq̄ntia. vt videat reginā ſedentē a dextris ꝟtutis dei in veſtitu deaurato in corꝑe ſemper glorificato circūdata varietate. hec ille. Eundē aſcenſum admirātes angeli ſupreme hierarchie ꝓponūt qōnē oībus electis. dicētes illud. Canť. viij. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuꝑ dilectuz ſuū. Bern̄. Quid in delitias dixerim virginitatis decus: cū munere fecūditatis. humilitatis inſigni diſtillantē ſinuz caritatis. miſericordie viſcera. plenitudinē gr̄e. prerogatiuaz glorie ſingularis. Hec eſt cuius ſalutationis vox ⁊ ipſos exultare facit ī gaudio quos materna adhuc viſcera claudūt. ꝙ ſi paruuli necdum nati aīa liquefacta eſt. vt maria loquuta eſt. q̄d putam⁹ q̄ nā fuerit illa celeſtiū exultatio: cū ⁊ vocē audire ⁊ videre faciē: ⁊ ei⁹ btā frui pn̄tia meruerit. hec ille.

¶ Sexto Maria optimam partez elegit legis finalis. Nam in vltima reſurrectiōe beatificabunꝫ nō ſolū aīe: ſed etiā corpora electoꝝ. Btītudo eī hꝫ q̄ttuor ꝑtes Una eſt angeloꝝ: ⁊ hec eſt cōpleta. Secūda eſt aīarum: ⁊ hec eſt imꝑfecta. Tertia eſt electoꝝ in nouiſſimo die. Quarto eſt filij dei ꝙ̄tum ad corpus ⁊ aīam. Et hāc partē elegit beata virgo hodie. Nam euacuatū eſt celū quattuor vicibus. Primo qn̄ xp̄us deſcendit in vteruz virginis. tunc eñ tota trinitas ⁊ oēs angeli aſſociauerunt xp̄m in incarnatione.

Secūdo qn̄ xp̄s inſtituit corpus ⁊ ſanguinē ſuū ſub ſacro in cena. Tertio in die aſcēſionis xp̄i. tūc eñ nullus angelus in celo remanſit: ſed omēs obuiauerūt ſibi. Quarto in aſſumptione beate virginis ad gloriā dei. Ad quam nos perducat ⁊c̄. Amen.

In feſto ſcti. Bernardi abbaẗ. ſmo. xlvij.

Lucerna fulgoris illuminabit te. Luce. xi. ⁊ in euāgelio hodierno. Apocaľ. xxi. dr̄ ſic. Unus de ſeptē angelis oñdit mihi ciuitatem ſctām hierl'm deſcēdentē de celo hn̄tem claritatē dei. Et ciuitas illa nō eget ſole neq; luna vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eā ⁊ lucerna eius. hec ille. Suꝑ quo talem moueo qōnem. vtrū btūs Bernardus eccleſiam militantē vere illuminauit ꝑ ſapiām quā a deo ſincere impetrauit. Ad iſtā qōnē rn̄dent duo doctores. Prim⁹ eſt Salomō. Eccľ. l. dicēs ſic. Quaſi ſtella matutina in medio nebule: ⁊ quaſi luna plena in dieb⁹ ſuis lucet. ⁊ quaſi ſol refulgens. ſic iſte effulſit in tēplo dei. Secūdus eſt Matheus. v. ca. dicens ſic. Neq; accendūt lucernā ⁊ ponūt eaz ſub modio: ſed ſuper cādelabrū vt luceat oībus qui in domo ſunt. Sciendū ꝙ inter babylonem ⁊ hierl'm nulla pax eſt: ſed guerra ꝯtinua. Unaqueq; eñ habet ſuū regē. Rex hierl'm eſt xp̄s ieſus. Rex babylonis eſt dyabolus. Xp̄s regnat cum iuſticia. dyabolus cum malicia. Rex babylonis conaꝫ ſeducere per ſpūs imundos miniſtros ſuoꝝ quos poteſt de ciuibus hierl'm vt faciat eos ſeruire

iniquitati ad iniquitatem. Et ſic eos ad ba⸗
bylonem trahat. Unde cum ſpũs miſericoꝛ⸗
die cõſtitutus ſpeculatoꝛ ſuper muros hieru
ſalem videret trahi vnuꝫ de ciuibus ſuis nũ⸗
ciauit xp̃o regi captam predam in babylonẽ
duci. Xp̃us vero aduocauit ſpiritũ timoꝛis
ſtrennuũ militem in talibus cui iuſſit vt redu
ceret ad ſe captam predam. Qui promptus
exequi imperata concito hoſtes perſequitur
⁊ factus eſt in auribus eoꝝ ſonus tanꝙ ad⸗
uenientis ſpũs vehementis. Timoꝛ em̃ ſup
eos intonuit ⁊ ad vocem virtutis eius omne
robur hoſtium contremuit quos vtiqꝫ in fu
gam conuerſos, timoꝛ ipſos perſequutus eſt
⁊ ereptum conciuem reducebat ad propria.
Unus autem ex aduerſarijs. ſ. ſpũs triſticie
non erat cũ eis quando venit timoꝛ cũqꝫ cer
neret ſocios taꝫ turpiter fugientes exiuit ab
inſidijs in quib⁹ latebat. a quib⁹ audita cau⸗
ſa fuge: quoniã timoꝛ obpꝛobꝛiuꝫ induxerat
ſuper eos, nam timoꝛ ⁊ tremoꝛ venerunt ſu⸗
per nos ⁊ contexerunt nos tenebre, ecce elõ
gauimus fugientes ⁊ manſimus in ſolitudi
ne confoꝛtauit eos dicens: nolite expaueſce⸗
re, ſcio em̃ quid facto opus ſit. Jbo. ⁊ ero ſpi⸗
ritus mendax in angulis ſemitaruꝫ, amicuꝫ
me ſimulabo timoꝛis. Noui hunc ſpiritũ nõ
eſt vi aggrediendus ſed ſimulatiõe. vos au⸗
tem expectate fineꝫ. Fecit vt dixerat ⁊ capto
viarum compendio timorem preceſſit refle⸗
xenſqꝫ iter per viam qua gradiebaẗ obuia⸗
uit timori quem ſub pretextu doloꝛis conci⸗
uis erepti iniqua: ſed amica immiſcens collo⸗
quia ſeducere cepit. Timoꝛ vero ſimulationẽ
non aduertẽs velut ouis que perierat ſeque
batur ſpm̃ triſticie bono ⁊ innocenti animo.
⁊ neſciebat qm̃ de perditione ipſius agebaẗ.
ꝓpe em̃ erat vt ſpm̃ timoꝛis ⁊ conciuem ho
minem in foueã deſperationis precipitaret.
pſal. Tota die contriſtatus ingrediebar. qm̃
lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: ⁊ nõ eſt
ſanitas in carne mea. afflictus ſum ⁊ humili
atus ſum nimis rugiebam a gemitu coꝛdis
mei. Sed miſericoꝛdia ſpeculatoꝛ hoc vidẽs
indicat xp̃o regi quid agaẗ. Rex autem ſubi
to iuſſit vocari vnũ de militibus ſuis. ſ. ſpem.
quẽ cum equo deſiderij ⁊ enſe leticie in auxi⸗
lium iubet accelerare timoꝛis. Spes vero fi⸗
deliſſimus miles ad imperiũ regis egrediẽs
cũ perueniſſet ad locum certaminis vibꝛans
enſeꝫ leticie ſpm̃ triſticie effugauit amboſqꝫ
in terrã ꝓſtratos ⁊ deiectos erexit. pſ. Scd̃m
multitudinem doloꝛis in coꝛde meo ꝯſolatio
nes tue letificauerũt aĩam meaꝫ. Sicqꝫ libe⸗
ratũ conciuẽ ⁊ impoſitum equo deſiderij. pſ.
Dñe ante te om̃e deſideriũ meũ. ſpes prece
dẽs trahebat funiculũ ꝓmiſſionũ celeſtiũ ⁊
timoꝛ ſequẽs vrgebat cũ flagello facto de re
ſticulis peccõꝝ ſuppliciorꝝ infernalium. Jbat
igitur volũtarius equus hinc tractus ⁊ inde
cõpulſus. pſ. Ut iumentũ factus ſum apud
te ⁊ ego ſemper tecũ. Sed in tam rapido cur
ſu timendũ ei fuerat ab incurſu. Collegerũt
itaqꝫ milites babylonij ꝯſiliũ dicẽtes. Quid
facimus. qꝛ hic homo ſic euadit quẽ tã ſecuri
poſſidebamus. Defecit gaudiũ coꝛdis noſtri
verſus eſt in luctuꝫ choꝛus noſter: quõ plau⸗
ſus inferni verſus eſt in planctũ. Cecidit co⸗
rona capitis noſtri ve nobis: quoniã per ſo⸗
los duos milites. ſ. timoꝛẽ ⁊ ſpem factum eſt
gaudium magnũ in illa ciuitate hierlm̃ ſuper
ſui liberatione cõciuis. Quomodo perijt ver
ſutia diabolice malicie. vnus aũt ex eis neq̃⸗
oꝛ ceteris. ſ. fraus cũ ſceleris huius eſſet opi
fex ꝓphanũ intulit cõſiliũ dicẽs. Vos neſcitꝭ
quicꝗ nec cogitatis q̇s modus ad capiẽduꝫ
eũ ſit. ⁊ captus difficilius eripiaẗ. Vos ergo
a longe me ſequamini: ego me in angelũ lucꝭ
trãſfoꝛmabo vt ignaros mei tanꝙ aduenas
⁊ ꝑegrinos docendi ſimulatiõe decipiã. Qui
dicũt illud pſal. Aduena ego ſum apud te ⁊
peregrinus ſicut oẽs patres mei. Jn hũc ita⸗
qꝫ modũ fraude poſita iter accelerãt per pre
ſũptionẽ meritoꝝ ⁊ vanã gl̃iam atqꝫ letitiaꝫ
cũ contẽptu ꝓximoꝝ peccatoꝝ exhoꝛtãs eos
īmundũ q̇d ne tetigeris qm̃ non eſt tutũ ha
bitare cũ ſcoꝛpionib⁹. Sed miſericoꝛdia ſpe⸗
culatoꝛ regi noſtro xp̃o annũciat venire q̇dẽ
hominẽ equo deſiderij impoſituꝫ: ſed pluſꝙ
opoꝛteat properare eo ꝙ frenũ ⁊ ſella deſit.
hoſtes aũt a longe perſequũtur. alij vero tan
ꝙ inueterati maloꝝ viarũ cõpendia captãt.
Ecce nũc vnũ video in quo armoꝝ noſtrorũ
lucet effigies: a nobis tñ ille miſſus non eſt.
Expedit talẽ mittere q̇ ꝓuidus illum interro
get noſter an ſit: aut aduerſarioꝝ. Poꝛro rex
xp̃us cuius animũ ſemper cura ſollicitat ani
marũ duos conſiliarios eis mittit prudẽtiã.
⁊ tẽperantiã. quoꝝ temperantia quidẽ equo
frenum diſcretionis impoſuit. ⁊ ſpem mode
ratius incedere perſuaſit. Prudentia vero
timorem increpitans ⁊ arguens improbita⸗
tes eius de futuro cõmonuit. ⁊ equo ſellam
circumſpectionis appoſuit vt non caderet a⸗
ſcenſoꝛ eius retro. ſed appodiaretur confeſſi
one ⁊ meditatione preteritoꝝ ſcelerum. Ita⸗

ſtiens quidem a dextris humilitatem, a ſini-
ſtris vero patientiam ⁊ equanimitatē. Pre-
terea ſpes ⁊ timor dederunt calcaria. ſpes q̄-
dem in dextro pede poſuit expectationē pre-
mij. timor vero in ſiniſtro pede metum ſup-
plicij. Facta mora cum adueſperaſceret ⁊ in
clinata eſſet iaꝫ dies rurſus congregati ſunt
hoſtes in multitudine vt dimicarent contra
eos. Itaqꝫ pauet timor ⁊ ſpes accelerat.

¶ Prudentia autem reuocat eos ad conſili-
um dicens. Videtis quia dies preceſſit: nox
vero appropinquauit. ⁊ qui ambulat in tene
bris neſcit quo vadit. Porro adhuc grandis
nobis reſtat via, neqꝫ parua eſt hoſtiuꝫ mul
titudo. Eſt autem miles quidā regi noſtro
fideliſſimus. ſcꝫ iuſticia quem ego noui: ha-
bens caſtrum ꝓpe nos poſitum ⁊ ibi eſt fir-
miſſimuꝫ habitaculum quia in petra poſuit
nidum ſuum. Itaqꝫ ſi placet diuertamus ad
eum: quia bonū erit nos illic eſſe. Placuit oī
bus conſilium prudentie, ⁊ cum ab ea queſi-
uiſſent ducem itineris ait prudentia. Ratio
armiger meus precedet nos. eſt eñ gnarus
viarum ⁊ notus iuſticie: vtpote conſangui-
neus eius. Sic igitur p̄cedente ratione: cete-
riſqꝫ ſubſequentibus anteuenit ratio ⁊ ſalu-
tata iuſticia nunciauit hoſpites aduentare.
Iuſticia autem perquirit qui ſint: vnde ⁊ ad
quid veniant. Cumqꝫ rem cognouiſſet: hyla-
ri vultu ſurgens, cum paucis occurrit ⁊ obui
auit eis ſuſceptamqꝫ animam ab equo depo
ſuit, ⁊ in penetralibus domus ſue pauidam
collocauit. dicens illud pſal. Quis eſt homo
qui vult vitam: diligit dies videre bonos ꝓhi.
li. tu. a ma. ⁊ la. tu. ne lo. dolum diuer a ma. ⁊
fac bonum. Interea quidem hoſtilis inſequi
tur exercitus. ⁊ caſtrum vndiqꝫ obſidens per
ueſtigat ſi q̄s forte pateret ingreſſus ⁊ tanq̄
leo rugiens circuit querēs quē deuoret tēto
ria figens. ⁊ excubias ordinans ne quis in-
gredi aut egredi valeat. vt mane facto inſtru
ctis machinis muros diruāt ⁊ irruant ſuper
eos. Interim timor ſollicitus ⁊ minime ſecu
rus cōmilitones excitat ⁊ iuſticiam conuenit
de munitione loci ⁊ preparatione armoꝝ ſci
ſcitatur ne forte ſuſtentationi deficiant alimē-
ta. Iuſticia reſpondit. Situs loci vt aduerte-
re poteſtis ſaxoſus eſt ⁊ inacceſſibilis: nec ar
ma: nec machinas inimicoꝝ timet: ſed q: ari
dus eſt ⁊ ſaxoſus, paucos habet indigenas
quos duro cibo panis ordeacei vtcūqꝫ ſuſtē
tat: ⁊ nunc quidem ſuperſunt nobis quinqꝫ
panes ordeacei ⁊ duo piſces. Timor ait, ſi
hec quid ſunt inter tantos? Cepit ergo mag
pauere ⁊ tedere: ⁊ arguens animaꝫ q̄ ab eq̄
deſcendiſſet: hoc ſepius memorabat. Nouiſ-
ſima hominis illius eſſe peiora prioribus.
Equus eñ ille curſu prepeti feſtinus aduola
bat. nūc ſolius rōnis ductui cōmiſſus eſt. Si
quidē ꝓpe iam erat vt aduerſus ſpem cōtra
ria ſentientē timor inſurgeret: ſed tēperantia
prudētiā aduocauit. Acerſita itaqꝫ prudētia
īprobitatē timoris obiurgās inq̄t. O timor
in aduerſarioſ tu⁹ mucro nūc deſeuiat. Neſcis
q: rex noſter rex v̄tutū eſt. dn̄s fortis ⁊ po-
tens dn̄s potens in prelio? Eat igitur nūcius
q̄ ſuas ei neceſſitates expōat. a iutoriū flagi
tet. ⁊ auxiliatorē adducat. timor ait. Quiſ ire
poterit? Tenebre operuīt terrā. ⁊ muros ob-
ſidet hoſtiuꝫ puigil multitudo. ⁊ nos ignari
vie ſumus tanq̄ in regionē longinquā poſiti
Aduocant igitur hoſpitem ſuū iuſticiā. Siq̄d
inquiunt potes adiuua nos. Quib⁹ illa ait. Bo
no ac forti aīo eſtote: qm̄ eſt mihi fideliſſim⁹
nūcius regi optime notus ⁊ curie. ſ. oratio: q̄
in ſecreto noctis ſilentio. per occultas ⁊ ſibi
ignotas ſemitas archana celi penetrare: ⁊ cu
biculū regis adire, ⁊ opportuna importunita
te piū regis animū flectere non indoctus eſt
ſupplicatione miſerabili laborātibus auxiliū
ſolitus eſt impetrare. Eat itaqꝫ ille ſi placet.
ecce eñ preſto eſt. Cūqꝫ rn̄diſſent oēs pla
cet. prudentia quid regi inſinuet dictāte. Iu-
ſticia v̄o vt fideliter agat ⁊ ne vacu⁹ reuertatur p̄
cipiēte. ceteriſqꝫ ⁊ maxīe timore vt iter acce-
leret deprecātib⁹ p occultos quoſdā muri exi
tus orō dimiſſus ē. At ille hoſtiū cuneos pe-
netrās ſecurus: oī alite velocior. in momēto
⁊ in ictu oculi vſqꝫ ad portas ciuitatis noue
hierl'm puenit. quas cū clauſas repperiſſet pul
ſauit. ianitorib⁹ q̄dem egre ferentib⁹ q̄ intē
peſte noctis ſilētio ciuitatē repleret clamori-
bus. ⁊ ipſi regi īportun⁹ eſſe nō verebatur. At
ille pſeuerabat pulſans ⁊ apli⁹ loq̄batur. Ape
rite mihi portas iuſticie ⁊ ingreſſus in eas cō
fitebor dn̄o regi ſcḋm multitudinē doloꝝ meo
rum qui ſunt in corde meo. Iuſticia eniꝫ me
miſit ad vos vt introducat ad regeꝫ quia ad
ipſum habeo mandata que proferam. Dum
ſic gemit oratio expergefactus rex cū cōmili-
tonibus ſuis ait. Vox turturis audita eſt in
terra noſtra. Cūqꝫ cognouiſſꝫ ipſuꝫ eē nūciū
iuſticie eū introduci p̄cepit. Itaqꝫ oratio in
greſſa adorauit deum ⁊ dixit Domine rex in
eternum viue. Cui rex ait. Recta ne ſunt om
nia circa dominū tuuꝫ ⁊ q̄ illius ſunt? At ille

reſpondit. Recta dn̄e veſtri gr̄a. Porro vnū
eſt neceſſariū. Seruus ille veſter a cornib⁹
inimicorum ad imperium regis ereptus di-
uertit ad militem veſtrū dn̄m meū. Sed dn̄e
mi rex terra illa auſtralis ⁊ arens eſt ⁊ cibū
nō habet. Det itaqꝫ dn̄s meus rex benedicti
onem: ⁊ terra noſtra dabit fructū ſuū. Sꝫ cō
gregati ſunt hoſtes in multitudine vt dimi-
cent cōtra nos. Da nobis dn̄e auxilium de tri
bulatione: q: nō eſt alius q̄ pugnet ꝑ nobis
niſi tu deus noſter. Ecce quē manus tua po
tenter de principib⁹ tenebrarū eripuit. clamat
ad te in toto corde ſuo. in ſuſpirijs multis. in
ſingultibus. in lachrymis vt mittas ei auxili
um de ſctō. exaudi dn̄e. placare dn̄e. attende
⁊ fac. ⁊ mitte liberatorē ⁊ ꝓpugnatorem ne-
quā̄do dicant hoſtes vbi eſt de⁹ eius rapien
tes quē eripuit dextera tua. ⁊ ſit captura no-
uiſſima peior priore q̄ vtilitas eſt in ſanguīe
tuo dum deſcendit in corruptionē. libera eū
dn̄e vt cōfiteatur nomī tuo. q: in inferno nō
cōfitebitur tibi. Tūc rex cui⁹ natura bonitas
eſt motus his lachrymis ait. Quē mittem⁹?
Ad quem charitas ait. Ecce ego: mitte me.
Rex aūt querebat de ſocijs. Charitas dome
ſticam ſibi rn̄dit ſufficere familiā. vno tm̄ co-
mite. ſ. btō bernardo ei⁹ igne ſucceſo cōten-
ta cui pre alijs reuelata ſunt ſecreta celeſtia.
Quattuor nāqꝫ precipue ſibi reuelata fue-
runt. Primo die natiuitatis dn̄ice puer Je
ſus ſibi apparuit quaſi iterū ante oculos ei⁹
ex vtero matris naſcens. Secū̄do gloria be
atorum. Nā cū ſanct⁹ Malachias defunctus
eſſet: ⁊ miſſa ꝑ defunctis cantaret. ei⁹ gloria
ſancto bernardo reuelata ē. Tertio noticia
futuroꝝ. multa em̄ futura ꝓuidit. ſicut pꝫ in
Gerardo fratre ſuo cui ſuā conuerſionem p-
dixit. Quarto ſciētia ſcripturarū quā q̄dē
nō habuit ꝑ magr̄i eruditionē. ſed aut ꝑ orō
nem ⁊ meditationē. qm̄ q̄cquid in ſcripturis
didicerat maxīe in agro ⁊ in ſiluis meditan-
do ⁊ orā̄do ſe accepiſſe cōfeſſus eſt. aut ꝑ di-
uinā reuelationē. q: vt dicit in canticis. Dū
q̄dā retineret q̄ alias didicerat. audiuit vocē
dicentē ſibi donec iſtud tenueris aliud nō ac
cipies. Itaqꝫ charitas nobili comite. ſ. beato
bernardo. ⁊ ingenua familia. ſ. gaudio. pace.
patientia. longanimitate. bonitate. benigni-
tate. manſuetudine circū̄data. velut dux in ſi-
gnis egredit̄. certuſqꝫ de victoria. ſigno triū-
phali erecto. primā ꝑtranſijt ſecū̄damqꝫ ini-
micoꝝ cuſtodiam. Cūqꝫ ꝑueniſſet ad portā
vltro ei aperta eſt. ad cui⁹ ingreſſum facta eſt
leticia magna in oppido. ⁊ cū ſuadente gau-
dio vociferarent oēs ⁊ acclamarent. exortus
clamor exterioꝝ caſtra ꝑterruit. Et illi. Que
eſt inquiūt vox iſta exultationis in auribus
noſtris in tabernaculis iuſtoꝝ de caſtris iſrl̄.
Nō ſic fuit heri ⁊ nudiuſterti⁹. forte venit eis
auxilium ⁊ impetū faciēt in nos. Fugiamus
iſraelem qm̄ dn̄s pugnat ꝑ eis contra nos.
Interim charitas more ſuo igne ſucceſa or
dinari exercitū iubet ⁊ portas aperiri. et ini-
micos in fugam cōuertit. aperte denūcians.
Vadam ad portas inferi. Sicqꝫ vno impetu
vniuerſus ꝓcedit charitatis exercit⁹ quos ba
bylonij nō ferentes fugiūt. ſed nō effugiunt.
Cadūt em̄ a latere timoris mille ⁊ a dextris
charitatis. x. milia. vt aūt arcerētur deinceps
ab inuaſione ciuis hierl̄m. Btūs bernardus
circa oppidū iuſticie domū Clareuallēſem
ciſterciēſis ordinis edificauit. in qua velut lu
cerna ardens effulſit ⁊ inſidias inimicoꝝ cō
fudit. De quo Apoc. iij. dicit̄. Qui vicerit ſic
veſtietur veſtimētis albis ⁊ nō delebo nomē
eius de libro vite. ⁊ cōfitebor nomē ei⁹ coram
patre meo. ⁊ coram angelis eius. Induebat
aūt btūs Bernardus veſtimentis albis pu-
ritatis ⁊ innocentie. ſucceſus igne charita-
tis. ad quā om̄s ciues hierl̄m accendebant.
ꝓpterea dicit v̄bum ꝓpoſitum. Lucerna ful
goris illuminabit te.

Lucerna fulgoris illuminabit te. O
Diues per liberalitatem.
Carnalis per caſtitatem.
Fidelis ꝑ obedientie mobilitatē
Princeps per conſtantiam.
Inimice per patientiam.
Deuote per beniuolentiam.
Simplex per gratiam.
Laice per prudentiam.
Religioſe ꝑ temperantiam.
Profeſſe per ſubiectionem.
Apoſtata per reuocationem.
Temptate per exhortationem.

Primo btūs Bernardus
ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. o diues
ꝑ liberalitatē. Sciendū ꝙ q̄ntum ad res tē-
porales incidit q̄ſtio inter viros religioſos ⁊
mū̄danos. Quid eſt meli⁹: an diuitias retie
re vel ꝯtēnere? Religioſi dicūt ꝙ meli⁹ eſt di
uitias ꝯtēnere. Et ſuꝑ hoc adducūt duas le-
ges. Unā euāgelicā. Math. xix. Vade ⁊ ven
de oīa q̄ habes et da pauperibus ⁊ habebis
theſaurū in celo. Aliā apꝉicam. i. Thimo. vi.

Qui volunt diuites fieri incidūt in tēptatio-
nē ⁊ in laqueū diaboli ⁊ deſideria multa que
mergunt hoīem in interitū. Mūdani dicunt
ꝙ melius eſt diuitias retinere: qꝛ multe ele-
moſyne īde fieri pn̄t. Et adducūt ſup̄ h̄ duaſ
leges. Unā euangelicā. Luce. xvi. Facite vo
bis ami. de mam. iniq. vt cū defe. reci. vos in
eter. tabernacula. Aliam apl̄icam. ij. Coꝛ. ix.
Qui ſeminat in bn̄dictionibus de bn̄. ⁊ me-
tet ſicut ſcriptū eſt. Diſperſit dedit paupibus
iuſticia eiꝰ manet in ſeculū ſeculi. Judex aūt
xp̄s auditis allegatioīb' vtriuſqꝫ partis dat
ſn̄iam interlocutoriā: dicēs illud. Math. xix.
Diues difficile intrabit in regnū celoꝝ. Et in
telligit̄ de illis diuitibus q̄ totū coꝛ ſuū in di
uitijs poſuerūt. Jdeo monet pſ̄. Diuitie ſi af
fluant nolite coꝛ apponere. Bern̄. ſermone
iiij ſup̄ cantica declarat dicēs. Filij adā genꝰ
auarum. q̄d vobis cū terrenis diuitijs q̄ nec
vere nec veſtre ſunt. Aurū ⁊ argentum vere
terra rubea eſt ⁊ alba quā ſolus hoīm erroꝛ
facit: aut magis reputat p̄cioſa. Deniqꝫ ſi ve
ſtra ſunt tollite ea vobiſcum. Camelus vnū
ſolū pondus hꝫ. diues duo. Unū terrenarūꝫ
poſſeſſionū: aliud petōꝝ. primū in moꝛte de-
ponit̄. Aliud velit nolit moꝛiens retinet̄: niſi
ante moꝛtem deponat̄. Uere ergo diuitie nō
opes ſunt: ſed virtutes quas ſecūꝫ cōſcientia
poꝛtat vt in perpetuū diues fiat. hec ille. Ter
renas diuitias docuit btūs Bernardus ꝯtē
nendas quadrupliciter. Primo ſeculi dere-
lictione. Nam in burgundia caſtro fontanis
ex nobilibus valde ⁊ religioſis parentibꝰ oꝛ-
tus eſt. Cuius mater vt ipſum partu edidit.
manibꝰ ꝓprijs deo obtulit. alienis vberibus
ipſum nutriri refugiens: quaſi cū lacte mater
no materni quodāmō boni infundens ei na
turam. quē cibis groſſioꝛibus paſcens conti
nuo ad heremū tranſmiſit qui anno. xxij. eta
tis ſue cū ſocijs pluſqꝫ triginta oꝛdinē ciſter-
cienſiūꝫ eſt ingreſſus. Secūdo in fratris cō
uerſione. Nam cū Bernardus fratres ſuos
conuertiſſet. qui erant numero quattuoꝛ: vt
domū paternam egrederent̄. Guido primo
genitus aduertens Uiuardum fratem ſuūꝫ
minimū adhuc puerū in platea ludentē cum
pueris. Eya inquit frater Uiuarde ad te reſ
picit om̄is terra poſſeſſionis noſtre. Cui nō
pueriliter puer r̄n̄dit. Uos ꝗ celū habebitis.
⁊ mihi ſolūmodo terraꝫ relinquitis. Non ex
equo diuiſiſtis. Modico itaqꝫ tempoꝛe cum
patre remanſit: ſed fratres poſtmodū ſequu
tus eſt. Tertio in ſoꝛoꝛis redargutione. Nā
pater eius qui ſolus domi remāſerat: ad mo
naſterium beati Bernardi iuit. ⁊ ibideꝫ poſt
aliquod tempus in ſenectute bona deceſſit.
Soꝛoꝛ auteꝫ in ſeculo nupta cū diuitijs ⁊ de
litijs ſeculi periclitaret̄ fratres ſuos cū comi
tatu ⁊ apparatu ſuperbo viſitatura ad mo-
naſteriū venit. Quā btūs Bernardus grauiſ
ſime increpauit ꝙ eſſet rethe diaboli ad ani
mas capiendas. ⁊ ſtercus inuolutū: ⁊ ſimilia
Jlla autem in lachꝛymas reſoluta ſic repen-
te mutata eſt. vt in medio ſeculi vitam duce-
ret heremiticā: ⁊ ab om̄i ſeculo ꝓrſus ſe face-
ret alienā que tandem monaſteriū intrauit.
Quarto in fragiliū cōpaſſione. Nam cuꝫ q̄
dam abbas ꝓ vno cenobio conſtruendo ſex
centas marchas argēti beato Bernardo mi
ſiſſet quas predones a ferētibꝰ vi abſtulerūt
ait. Benedictus deus qui nobis pepercit ab
onere: ſed ⁊ illis qui tulerūt leuius parcendū
eſt. Tum qꝛ humana cupiditas ſuſtulit. Tuꝫ
qꝛ magna pecunia: magna tēptatio fuit. Un̄
poteſt merito dicere illud pſ̄. Paraui lucer-
nam xp̄o meo. Sicut em̄ xp̄s habebat in dex
tera ſua ſtellas ſeptē, ⁊ erat in medio ſepteꝫ
candelabroꝝ aureoꝝ. vt dicit̄. Apocal'. i. Sic
btūs Bernardꝰ erat velut lucerna in medio
ſeptē ſtellarū. qm̄ conuertit patrem ſuū ⁊ q̄n
qꝫ fratres ſuos ⁊ ſoꝛoꝛē ſuam ⁊c̄.

Secūdo btūs bernardus
ſicut lucerna fulgoꝛis illuminabit te. o carna
lis per caſtitatem. Sciendūꝫ ꝙ inter viros
ſpūales ⁊ carnales incidit queſtio. Quid eſt
melius. An caſtitatem ſeruare: vel matrimo
niū contrahere. Reſpondent viri ſpūales ꝙ
melioꝛ eſt caſtitas ꝓpter duas leges. Una
eſt euangelica: per quaꝫ ſuadetur matrimo-
nia abijcere: ⁊ caſtitatem ſeruare. Mat. xix.
Omnis qui reliquerit domū aut patreꝫ aut
vxoꝛem ꝓpter nomen meum centuplum ac-
cipiet ⁊ vitam eternam poſſidebit. Alia eſt
apl̄ica. i. Coꝝ. vij. Qui matrimonio iungit vir
ginem bene facit. qui autem nō iungit meliꝰ
facit. Reſpondent viri carnales ꝙ melius ē
matrimoniū ꝓpter duas leges. Una eſt euā
gelica. Mat. xix. Quos deus cōiunxit homo
nō ſeparet. Hec autem coniunctio facta fuit in
paradiſo. Gen̄. ij. Creſcite ⁊ multiplicamini
⁊c̄. Alia eſt apl̄ica. i. Thimo. v. Uolo autem
iuniores nubere ⁊ filios ꝓcreare. Judex vero
xp̄us ſuper hoc dat ſn̄iam interlocutoriā di-
cens. Luce. xix. Filij huiꝰ ſeculi tradūt ad nu
ptias. Jlli vero qui digni habētur illo ſeculo

necꝫ nubent necꝫ nubent̃: quaſi dicat. Illi q̃
volunt habere cõſolationes ſuas in mundo:
vxores ducant. Illi vero qui ſolum volũt pla
cere deo vxores nõ accipiant. Bern̄. in ep̄la
ad Henricū ſenonēſem ep̄m dicit. Quid ca-
ſtitate decorius: que mundū de īmundo con
ceptū ſemine. de hoſte domeſticum angeluꝫ
denicꝫ de hoīe facit. Differunt quidem inter
ſe pudicus homo ⁊ angelus ſed felicitate nõ
v̄tute. Sed ⁊ ſi illius caſtitas felicior: huius
tamen fortior eſſe cognoſcit̃. Sola eſt caſti
tas que in hoc mortalitatis loco ⁊ tempore
ſtatum quēdam immortalis glorie repreſen
tat. ſola inter nuptiarum ſolēnia morem bea
te illius vēdicat regionis, in qua necꝫ nubũt
necꝫ nubuntur. prebens quodāmodo, terris
celeſtis iam illius conuerſationis experien-
tiam. Vas interim fragile qd̕ portamus, in
quo ⁊ crebro periclitamur. tenet caſtitas in
ſanctificationem. ⁊ inſtar odoriferi balſami
quo condita cadauera incorrupta ſeruantur
ſenſus ipſa ⁊ artus continet ⁊ conſtringit ne
diſſoluantur in ocijs: ne corrumpant̃ in deſi-
derijs: ne carnis voluptatibus computreſcāt
hec ille. Caſtitatē mentis ⁊ carnis beatus
Bernardus ꝯſeruauit quadrupliciter. Pri
mo per mortificationē. Cum enī in quādam
feminā oculos diutius defixiſſet in ſeipſo eru
buit, ⁊ in ſtagnuꝫ gelidarum aquarū tandiu
permāſit donec pene exanguis effectus per
gratiā dei a calore carnalis cõcupiſcentie to-
tus refrignit. Secūdo per alienationē. Cuꝫ
enī puella quedam in lectū eius ſe nudaꝫ in-
ieciſſet. cū omī pace ⁊ ſilentio ipſe eidem ceſ
ſit ⁊ in latus alterū ſe cõuertens dormiuit. cū
cꝫ īmobilis ⁊ alienus perſiſteret. miſera illa
atcꝫ impudentiſſima erubuit: ⁊ mirans au-
fugit. Tertio per excitationeꝫ. Nam matro
na q̄daꝫ in cuius domo hoſpitabat̃ vehemē
ter in cõcupiſcentiā eius exarſit. Cū cꝫ impu-
denter ipſa lectum Bernardi quereret. v ſcꝫ
tertio ꝑtin⁹ ille exclamauit. Latrones, latro
nes. Improba mulier ſic repulſa vix tandeꝫ
metu vel deſperatiōe deuicta ceſſauit. Quar
to per excõicationem. Apud equitaniā mu-
lier quedam a demone incubo petulanter ve
xabatur fere ſex annis. Quod vt ſanctus dei
comperit baculum ſuū mulieri tradidit in le-
cto ponendū. cū cꝫ demon ad cubile nequiret
accedere: grauiter mulieri cõminabatur. Vir
autem dei conuocato populo accenſas can-
delas in manibus tenente: demonem illum
excõicauit. ⁊ acceſſum ad illam mulierem de-
inceps interdixit: ſicꝫ mulier liberata eſt ab
hmōi illuſione. Ideo dicitur. Luce. xi. Sint
lumbi veſtri precincti. ⁊ lucerne ardentes in
manibus veſtris.

Tertio btūs bernardus ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. o fidelis
per obedientie mobilitatem. Sciendum ꝙ
inter fideles quantū ad animam incidit que
ſtio. Quid ē melius: an habere fideꝫ magnā
an opera magna? Rn̄dent quidam ꝙ meli-
us eſt habere fidem magnā. ⁊ hoc ꝓpter du
as leges. Vna eſt euangelica. Mat. xvij. Si
habueritis fideꝫ ſicut granū ſinapis. dicetis
monti huic tranſi hinc: ⁊ tranſibit: ⁊ nihil im-
poſſibile erit vobis. Alia eſt apoſtolica. Heb.
xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Rn̄
dent alij ꝙ melius eſt habere opera magna:
propter duas leges Vna eſt ꝓphetica. pſal.
Labores manuū tuaruꝫ quia manducabis
beatus es ⁊ bene tibi erit. Alia eſt apoſtoli-
ca. Iaco. ij. Vis ſcire o homo inanis ꝙ fides
ſine operibus mortua eſt. Abraam pater no
ſter: nõne ex operibus iuſtificatus eſt Iudex
autem xp̄us dat ſententiam interlocutoriaꝫ
dicens. Mat. vij. Non oīs q̃ dicit mihi dn̄e
dn̄e intrabit in regnuꝫ celoꝝ: ſed qui facit vo
luntatem patris mei. Illi dicunt bis dn̄e: qui
credunt corde ⁊ confitent̃ ore. Iſti non intra
bunt niſi dicant tertio. i. opere. Vnde ſequit̃
Sed qui facit voluntatem patris mei. Ber.
in ſermone paſce dicit. Fide ſiquidem in dei
filios adoptamur: fidem in nobis mundus
odit atcꝫ perſequitur fide ⁊ vincitur. Porro
fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa.
Nec mirū videri poteſt ſi nequaꝙ̄ vincit qui
nec viuit quidem. Queris q̃ nam ſit viuida ⁊
victorioſa fides? Illa ſine dubio per quā xp̄s
habitat in cordibus noſtris. Xp̄us enī vita ⁊
virtus noſtra eſt. Tādiu xp̄s in nobis viuit
ꝙ̄diu viuit fides. Et poſt ꝙ fides noſtra mor-
tua eſt quodāmodo xp̄us mortu⁹ eſt in no-
bis. Porro fidei vitā opera atteſtātur. Sicut
enī corporis vitā ex motu ſuo dignoſcimus:
ita ⁊ fidei vitam ex operibus bonis. hec ille.
Btūs Bernardus fideꝫ cum operib⁹ docuit
quadrupliciter. Primo per ꝓteſtationē. cū
enī adhuc puerul⁹ graui dolore capitis egro
taret venientem ad ſe carminatricē vt dolorē
ſuis carminib⁹ mitigaret. ꝓteſtās fideꝫ ieſu
xp̄i ipſuꝫ liberare indignās repulit: q̃ ꝯtinuo
ſe plene ſanatū inuenit. Secūdo per predi-
cationē. Cuꝫ ſemel populo predicaret. ⁊ oēs

verba eius attente ac deuote ſuſciperēt eius
animo talis irrepſit tēptatio. Uere nūc opti
me predicas: ⁊ ab om̄ibus libēter audiris ⁊
ſapiēs ab om̄ibus reputaris. Aduertēs au-
tem hanc eſſe malignā tēptationē. nutabat
animo an ꝓcederet vel deſiſteret. Statim di
uino cōfortatus auxilio ait tēptatori. nec per
te incepi: nec per te dimittam. Sicq̄ ſecurus
predicationem vſq̄ in finem ꝓſequutus eſt
Tertio per prohibitionem. Cum quoddam
monaſteriū quod vir dei conſtruxerat occu-
paſſet muſcarū incredibilis multitudo. ita vt
om̄ibus grauem moleſtiam inferrent. ille ait
Ego excōico eas. Mane autem om̄es pari-
ter mortuas inuenerūt. Quarto per exhor-
tationē. Cum eñ vir dei exhortaret̄ plures
nobiles qui eum viſitaturi aduenerāt: vt ſa-
cris diebus quadrageſime a ſuis vanitatib⁹
⁊ laſciuijs deſiſterēt. ⁊ ipſi non acquieſcerent
iuſſit eis propinari vinū dicens. bibite pocu
lum animarū. Quo hauſto ſubito mutati re
ceſſerūt. ⁊ q̄ modicū tempus denegauerāt. to
tū tempus vite ſue deo dedicauerūt ⁊c̄.

## ¶ Quarto btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o prin-
ceps per conſtantiā. Sciendū ꝙ inter do-
minos ⁊ ſeruos incidit queſtio. Quid ē me-
lius: an domiari alijs: an ſubdi alijs. Reſpō
dent humiles ꝙ melius eſt ſubdi alijs ꝓpter
duas leges. Una eſt euangelica. Luce. i. De
poſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles
Nam lucifer querens locū altiſſimū cecidit.
Adam de paradiſo eiectus eſt. Pharao ſub-
merſus eſt. Nabuchodonoſor in beſtiā mu-
tatus eſt. Alia eſt aplica. i. Petri. ij. Subie-
cti eſtote om̄i humane creature ꝓpter deum
q̄ ſic eſt voluntas dei. Reſpōdent ambitio
ſi ꝙ meli⁹ eſt dñari ꝓpter duas leges. Una
eſt diuina. Geñ. i. Faciam⁹ hominē ad ima-
ginem ⁊ ſimilitudinem noſtram ⁊ preſit vni
uerſe creature. Alia eſt apoſtolica. Ro. xiij.
Que a deo ſunt: ordinata ſunt. qui ergo po-
teſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit. Iudex
autē xp̄s dat ſententiā interlocutoriā dicens
Luce. xxij. Reges gentium dñantur eorum
⁊ qui poteſtatē habēt ſuper eos benefici vo
cantur. Uos autem non ſic. Sed qui maior
eſt in vobis fiat ſicut iunior. ⁊ qui preceſſor ē
ſicut miniſtrator. Berñ. in epl̄a ad Henricū
ſenonenſem epiſcopū dicit. Multi non tan-
ta fiducia ⁊ alacritate currerent ad honores
ſi ⁊ ſe ſentirent: ⁊ onere grauari metuerent.
Nec cum tanto labore ⁊ periculo quātūlibet
effectarent inſulas dignitatum. Nunc vero
quia ſola attendit̄ gloria non pena. paruum
eſſe clericum erubeſcitur in eccleſia. Seſe vi-
les exiſtimant ⁊ ingloriοs qui quocūq̄ emi
nentiori loco non fuerunt ſublimati. hec ille.
Beatus Bernardus hanc ambitionem di
gnitatum contēnere docuit. quia cum a mul-
tis ciuitatibus electus eſſet in epiſcopum. ſ.
Ianue ⁊ Mediolani. Reſpondit ſe non eē
ſuū: ſed aliorum ſeruitio deputatum. Inter
principes aūt ⁊ tyrānos eccleſiā perſequētes
fulſit per conſtantiam. ſicut patet in duce eq̄
tanie qui cum eccleſiam perſequeret̄: vir dei
poſt miſſam cum corpore chriſti ignea facie
ad eum exiuit dicens. Ecce ad te venit filius
virginis quem tu perſequeris: reſiſte ei ſi va-
les. Statimq̄ ille ad pedes eius acceſſit. ⁊ ei
in om̄ibus obediuit. Legitur. ij. Regum. x.
ꝙ Dauid miſit nuncios ad regē Amon. Sȝ
illi dimidiā barbā eis raſerunt ⁊ veſtes pre-
ciderūt. Dauid aūt exercitū fecit ⁊ eos cōtri-
uit. Nuncij Dauid ſunt clerici ⁊ prelati. Filij
Amon ſunt demones vel p̄ncipes mali: due
ptes barbe ſūt vita ⁊ ſciētia: vel ordo ⁊ eccl̄ia
ſtica bñficia. Demones ergo dimidiā barbā
radunt quādo tollūt vitam ⁊ dimittūt ſcien
tiā. Tyrāni etiam mediam barbam radunt
quādo auferūt ſubſtantiam tēporalem ⁊ di-
mittūt eis ordinē clericalem. Sed Dauid q̄
interpretat̄ manu fortis. i. bonus prelatus
debet habere audacem animū vt tales nō ti
meat. imperioſum verbum vt eos reprehen
dat ⁊ excōicationi ſubijciat. ⁊ fortem manū
vt per brachiū ſeculare ipſos coherceat: ꝓut
fecit btūs Bernardus. de quo dr̄. Prouerb.
xxxi. Non extinguet̄ in nocte lucerna eius.

## ¶ Quinto btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o inimi
ce per patientiam. Sciendum ꝙ inter im-
perfectos ⁊ perfectos incidit queſtio. Quid
eſt melius. an diligere amicum vel inimicū
Reſpondent imperfecti ꝙ melius eſt ama-
re amicum. propter duas leges. Una eſt di-
uina. Leuit. xxvi. Perſequimini inimicos ve
ſtros ⁊ corruent coram vobis cadent inimi-
ci veſtri in conſpectu veſtro gladio. reſpiciā
vos ⁊ creſcere faciam ⁊ multiplicabimini.
Alia eſt euangelica. Unde dicit̄. Mathe. v.
capi. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Di
liges proximum tuum: ⁊ odio habebis ini-
micum tuū. Reſpondent perfecti ꝙ melius

eſt amare inimicũ, ꝓpter duas leges. Una eſt euangelica. Luce. vi. Si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis eſt gr̃a? Nam ⁊ peccatores diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciũt: que eſt vobis gr̃a? Siquidem ⁊ peccatores hoc faciunt. Alia eſt apoſtolica. Roma. xij. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potũ da illi. hoc em̃ faciens carbones ignis congeres ſup caput eius. Judex autẽ xp̄s dat ſententiã inter locutoriam dicens illud Mathei. v. Ego autem dico vobis. diligite inimicos veſtros. benefacite his qui oderunt vos. ⁊ orate ꝓ pſequentibus ⁊ calũniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri q̄ in celis eſt ⁊c̃. Bernardus ſuper cantica dicit. Non abduci blanditijs: nec ſeduci fallacijs: nec inimicitijs frãgi toto corde. tota anima tota virtute diligere eſt. hec ille. Beatus bernardus inter inimicos eum pſequentes fulſit per patientiã. Nam patiẽtie genus ſolitus erat dicere tripartitũ. ſ. ad iniurias verborũ ad dãna rerũ ad corporis leſionem. Hanc ipſe his exemplis ſe habere probauit. Cum enim cuidam ep̄o amicabiliter eum admonens quandam ſcripſiſſet epiſtolam: ille vehementer exacerbatus amariſſimam ei reſcripſit ep̄lam. in principio dicẽs Salutem. ⁊ nõ ſpiritũ blaſphemie. tanq̄ ex ſpũ blaſphemie illam ſcripſiſſet. Ad quẽ bernardus. Ego ſpm̃ blaſphemie me habere nõ credo: nec maledixiſſe cuiq̄: nec maledicere me velle ſcio. preſertim principi populi mei. Fuit etiam patiens ad contumelias verboꝝ. Cũ enim quidã eũ in maxilla percuſſiſſet. viri dei circumdantes adiurauit: ne illũ tangerẽt ſed in pace abire dimitterent.

¶ Sexto beatus bernardus ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o deuote ꝑ beniuolentiam. Sciendũ q̄ inter paſtores ⁊ ſubditos incidit queſtio. Quid eſt melius an q̄ paſtores ſe habeãt ad ſubditos ſeuerius. an q̄ eos regant beniuolentius. Rñdent paſtores q̄ debent eſſe ſeueriores propter duas leges. Una eſt diuina. Eccle. vij. Noli querere fieri iudex: niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. Alia eſt apoſtolica. Jaco. ij. Facti eſtis iudices cogitationũ iniq̄rum. Rñdent ſubditi q̄ melius eſt eos regi ꝑ beniuolentiã. ꝓp̄ duas leges. Una eſt euãgelica. Joh. x. Bonus paſtor aĩam ſuã dat ꝓ ouibus ſuis. Alia eſt ap̄lica. Titũ. i. Oportꝫ ep̄m ſine crimine eſſe: ſicut dei diſpenſatorẽ hoſpitalem benignum. ſobrium iuſtum ſanctum. Judex aũt xp̄us dat ſententiam interlocutoriam: dicens illud Math. xviij. Accedens Petrus ad Jeſum ait. Dñe quotiens peccabit in me frater meus ⁊ dimittã ei vſq̄ ſepties. Dicit ei ieſus. Non dico tibi vſq̄ ſepties. ſed vſq̄ ſeptuagies ſepties. Bernard᷑. ſup cantica dicit. Diſcite ſubditorũ vos matres eſſe debere: non dños. ſtudere magis amari q̄ metui. ⁊ ſi interdum ſeueritate opus eſt: paterna ſit nõ tyrannica. matres fouẽdo patres corripiendo vos exhibeatis. Suſpendite verbera: ꝓducite verba. pectora lacte pingueſcant. nõ typo turgeant. hec ille. Beat᷒ bernardus inter humiles ⁊ deuotos fulſit ꝑ beniuolentiã. Nam inter ſummos honores alterum ſibi mutuatum hominẽ videbatur. ſeq̄ potius reputabat abſentem velut quoddam ſomniũ ſuſpicat᷒. Ubi vero inter ſimpliciores erat et amica ſꝑ licebat hũilitate frui: ibi ſeſe iueniſſe gaudebat ⁊ in ꝓpriã rediſſe perſonam. Uincebat ſane in eo ſublimitatem noĩs humilitas cordis: nec ipm̃ poterat tantũ vniuerſus erigere mundus: quãtũ ſeipſum deijcere ſolus. ſummus reputabatur ab oĩbus infimũ ſe reputans: ⁊ quem ſibi omnes ꝑferebant: ipſe nemini ſe ꝑferebat. Ei᷒ em̃ humilitas apparuit in quattuor. Prio in contemplatione. quia in cella nouicioꝝ ꝑ annũ habitans. neſciuit an haberet teſtudinem. ⁊ intrãs eccleſiã ſepius neſciuit tres in capite illius fore feneſtras. Secundo in refectione: quia multam ſibi indixerat abſtinentiam. ſaginem crudũ ꝓ butiro nõ diſcernens comedit. oleum pro aqua bibit. pulmẽtum ex folijs fagi confectum diu ſumpſit. Tertio in maceratione. Uigilabat enim vltra poſſibilitatem humanam. cilicio inſuper multo tẽpore vſus eſt: quouſq̄ occultũ eſſe potuit. in veſtibus paupertas ei ſemper placuit. ſordes vero nunq̄. Quarto in accuſatione. vt patet ex reſponſione quam fecit demoni de hereditate celeſti. quo iure illam obtinere crederet. Sicq̄ confuſus demon turpiter ab eo diſceſſit.

¶ Septimo beatus bernardus ſicut lucerna fulgoris illuiabit te o ſimplex ꝑ gr̃am. Sciendum q̄ inter doctores ⁊ diſcipulos incidit q̃ſtio. Quid eſt meli᷒: an q̄ doctores ſemꝑ doceant. an q̄ interdũ deſiſtant? Rñdent doctores q̄ nõ ſemꝑ debẽt docere propter duas leges. Una eſt diuina.

Prouer.xxiij. In auribus inſipientiū ne lo-
quaris: quia deſpicient doctrinā eloquij tui.
Alia eſt euangelica. Math.xv. Sine cauſa
colunt me docentes doctrinas hoīm. Reſpō
dent diſcipuli ꝙ meli⁹ eſt ꝙ doctores a do-
ctrina nō deſiſtant ꝓpter duas leges. Una
eſt diuina. Eccle.vi. Filij a iuuentute tua exci
pe doctrinā: ⁊ vſqꝫ ad canos inuenies ſapiē-
tiam. Alia eſt aplica.i. Thimo.iiij. Attende
tibi ⁊ doctrine inſta in illis. hoc eñ faciens ⁊
teipſum ſaluū facies: ⁊ eos q̄ te audiunt. Iu-
dex autē xp̄us dat ſententiam interlocutori-
am. dicens illud Ioh.viij. Si vos māſeritis
in ſermōe meo veri diſcipuli mei eritis ⁊ co-
gnoſcetis veritatē: ⁊ veritas liberabit vos.
Bernar. ſup cantica dicit ſic. O ꝙ cōpoſitū
reddit hoīem corporis ſtatum: ⁊ mentis ha-
bitū diſciplina. Ceruicem ſubmittit. ſupcilia
⁊ vultum cōponit. oculos ligat. cachīnos co-
hibet. linguam moderat. gulam refrenat. irā
ſedat. inceſſum format. hec ille. Beatus ber
nardus inter ſimplices ad verba ſua auidos
fulſit p magnā grām. Unde mater eius vidit
ſe in vtero geſtare catulum totum candidū:
in dorſo ſubruffum ⁊ latrantē. Ipſe eñ fuit
catulus inquātū lingua p̄dicatōnis ſue vul
nera petoꝝ ſanauit. fuit candidus inquantū
puritatem mētis ⁊ corporis ſeruauit. fuit ſub
ruffus inqntum igne zeli ſuccenſus fuit. fuit
latrans inquātum tyrānos redarguit ⁊ he-
reticos a grege dei cōpeſcuit. Zach.iiij. Ecce
candelabrum totum aureum: ⁊ lucerna eius
ſuper caput eius ⁊c.

## Octauo btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illumīabit te o laice p
prudentiam. Sciendū ꝙ inter laicos ⁊ re
ligioſos incidit qō. Quid eſt melius: an ſerui
re deo in ſeculo an in religiōe. Rn̄dent laici:
ꝙ melius eſt ſeruire deo in ſeculo ꝓpt duas
leges. Una eſt euangelica. Iohan.xij.c. Ego
lux veni in mundū vt omīs qui credit in me
in tenebris nō maneat. Non eñ veni vt iudi
cem mundū ſed vt ſaluū faciā mundū. Alia
eſt aplica.i.Io.i.c. Si aūt in luce ambulam⁹:
ſicut ipſe eſt in luce. ſocietatē habem⁹ adinui
cē: ⁊ ſanguis ieſu xp̄i filij eius emūdat nos
ab oī peccato. Rn̄dent religioſi ꝙ meli⁹ ē re
linquere ſeculū ⁊ ſeruire deo in religiōe ꝓpt
duas leges. Una eſt diuina. Luic.xxvi. Af-
fligetis aīas veſtras religione ꝑpetua. Alia
eſt aplica.i.Io.i.c. Si vis pfectus eſſe vade
vende oīa q̄ hēs ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis
theſaurū ī celo: ⁊ veni ⁊ ſeq̄re me. Iudex aūt
xp̄us dat ſententiā interlocutoriā: dicens il-
lud Math.xix. Oīs qui reliquerit domū vel
fratres aut ſorores aut patrē aut matrē aut
vxorem aut agros aut filios ꝓpter nomē me
um centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit
Bern. in colloquio Simōis ad ieſum dicit.
Ecce nos reliquim⁹ oīa ⁊c. Bene petre ⁊ nō
ad inſipientiā tibi: qr exultauit vt gygas ad
currendam viā: nec currentem ſequi poteras
oneratus. Nonne vtilis cōmutatio ꝓ eo q̄ ſu
per oīa eſt oīa reliquiſſe. Qui reliquere diſpo
nis oīa: te quoqꝫ inter relinquenda numera
re memēto. imo vero maxime et p̄ncipaliter
abnega temetip̄m: ſi deſideras ſequi eū q̄ ex
inaniuit ꝓpter te ſemetip̄m. hec ille. Btūs
bernardus fulſit inter laicos quos ad religi-
onē cōuertit quadruplr. Primo inſpiratio
ne. ꝑpendens eū. nō eſſe tutū cohabitare ſer
penti fugā meditari cepit ⁊ ordinē ciſtercīe-
ſium extūc ingredi deliberauit. Secūdo rōe.
ſicut fratres ſuos carnales quos verbis ſalu
taribus ad religionē adduxit. Tertio opera
tione. ſicut pꝫ de Gerardo fratre ſuo in car-
cere poſito quē miracľoſe extraxit ⁊ ad ordīē
induxit. Quarto in demōſtratione. ſicut pꝫ
in quodā nūcio ab archiep̄o ad eū trāſmiſſo
q̄ viſa ſanctitate viri dei ſeculo valefecit. ⁊ or
dinem introiuit. Et ſic pꝫ ⁊c.

## Nono btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illumīabit te o religio
ſe p tēperentiā. Sciendum ꝙ inter paren
tes ⁊ filios incidit q̄ſtio. Quid eſt melius an
ꝙ filij ꝓpter obſequiū parentū remaneant ī
ſeculo. an eis derelictis religionē ingrediant
Rn̄dent parētes ꝙ melius eſt ꝙ filij rema-
neant in ſeculo ad obſequiū ipoꝝ ꝓpter du-
as leges. Una eſt euāgelica Math.xv. vos
dicitis. Quicūqꝫ dixerit patri vľ matri mun⁹
qōcūqꝫ. eſt ex me tibi ꝓderit ⁊ nō honorifica
bit patrē ſuū aut matrē ſuā ⁊ irritum feciſtis
mandatū dei ꝓpter traditionē vr̄am. Alia ē
aplica.i. Thi.v. Siqͥs aūt ſuoꝝ ⁊ maxime do
meſticoꝝ curā nō habet: fidē nō hꝫ: ⁊ eſt infi
deli deterior. Rn̄dent filij ꝙ meli⁹ eſt religio
nē ingredi ꝓpter duas leges. Una eſt euāge
lica. Mat.iiij. Illi aūt ſtatim relictis rhetib⁹
⁊ p̄re ſecuti ſunt ieſū. Alia eſt aplica. Heb.
xij. Pr̄es habuimus carnis noſtre quidē eru-
ditores: ⁊ reuerebamur eos: nō multomagiſ
obtpabim⁹ p̄ri ſpirituū ⁊ viuem⁹. Iudex aūt
xp̄us dat ſniam interlocutoriam dicēs illud

Math.viij. Seq̄re me ⁊ dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Bern̄. in quodã ſermõe dicit. Si q̇d religiõis oritur q̄cunq̄ꝫ reſiſtit. q̄cū q̄ꝫ repugnat. plane cū egyptijs ꝑuulos iſraelitici gñis necare conat̄. imo cum herode naſcentẽ pſeq̄tur ſaluatorẽ. hec ille. Beatus bernardꝰ nouitios carnalẽ affectū relinquere ſatagebat. Vñ dicebat eis. Si ad ea q̄ intus ſunt feſtinatis. hic foris dimittite corpa q̄ de ſeculo attuliſtis. Soli ſpūs ingrediant̄ caro nõ ꝓdeſt q̄cq̄. Religioſus. n. non dꝫ portare ad religionẽ corporalẽ voluntatẽ. vt. ſ. ꝓpter ventrẽ paſcendū ingrediatur. nec dꝫ portare corpꝰ. i. carnalẽ parentū amorẽ. Gen. xij. Egredere de terra tua ⁊ de co. tu. ⁊ de do. pa. ⁊c̄.

## Decio btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illumĩabit te o ꝓfeſſe ꝑ ſubiectionẽ. Sciendū ꝙ inter deuotos incidit q̄ſtio. Quid eſt meliꝰ an ſeruire deo ex ſola libertate an ex voti neceſſitate. Rñdent q̄daꝫ ꝙ melius eſt ſeruire deo ex ſola libertate ⁊ deuotiõe. ⁊ h̄ ꝓpter duas leges. vna eſt diuina. Eccle. xxxv. In oī dato hilarẽ fac vultū tuū. Da altiſſimo ſm̄ datū eiꝰ. ⁊ in bono aīo adinuentionẽ facito manuū tuarū q̄m̄ deꝰ retribuẽs eſt. ⁊ ſepties tm̄ retribuet tibi. Alia ẽ ap̄lica. ij. Cor. ix. Hilarẽ. n. datorẽ diligit deꝰ. vnuſq̄ſq̄ꝫ ꝓut deſtinauit in corde ſuo: non ex triſticia aut neceſſitate. Rñdẽt alij ꝙ meliꝰ ẽ ſeruire deo ex voto. ⁊ h̄ ꝓpter duas leges. Una eſt diña Eſa. xix. Colẽt eū in hoſtijs et muneribꝰ ⁊ vota vouebũt dño ⁊ ſoluẽt. Alia eſt ap̄lica. Ro. vi. Obediſtis aũt ex corde in eã formã doctrĩe in qua traditi eſtis. Iudex aũt xp̄us dat ſn̄iam interlocutoriã dicẽs illud Math. xij. Quicũq̄ꝫ fecerit voluntatẽ patris mei q̄ in celis eſt hic meꝰ frat̄ ſoror ⁊ mater eſt. Ber. li. de p̄cepto ⁊ diſpẽſatõe dicit ſic. Perfecta obediẽtia leges neſcit. terminis non artat̄: nec cõtenta anguſtijs ꝓfeſſiõis largiori volũtate fert̄ in latitudinẽ charitatis. ⁊ ad oĩe q̇ò iniungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſq̄ꝫ aĩmi cõmodū nõ ꝯſiderãs in infinitam libertatẽ extendit̄. hec ille. Btūs Bernardꝰ ꝓfeſſus virtutibꝰ ⁊ moribuſ. Seruauit em̄ in vita ſua tria ⁊ docuit: q̄ moriẽs dereliquit dicens. Tria vobis obſeruanda relinq̄: q̄ ego ꝓ viribꝰ obſeruaui. Nemini ſcandaluꝫ feci. Minus ſenſui meo q̄ꝫ alteriꝰ credidi. Leſus de ledente vindictam nūq̄ꝫ expetij. Ecce charitatẽ ⁊ hũilitatẽ ⁊ obedientiã vob̄ reliq̄. In his. n. tribꝰ ꝯſiſtit ſūma religiõis. ⁊ ſic pꝫ.

## Undecimo btūs bernardus

actus montē conſcendit: vt legē dn̄i acciperet quam bis accepit. vt patꝫ Exo. ꝛ Numeri in multis locis. Beatus Franciſcus ſeculi vanitate magis elegit affligi cū pplo dei ꝙ tēporalis peccati habere iocunditatē maiores diuitias eſtimās theſauro patris ſui improperium xpi. Heb. xi. Hic ꝑ vallem ſpolitanaꝫ cū fratribus ſuis trāſiens diutino labore laſſatus in quadaꝫ ſolitudine cū illis ſubſtitit. Cunqꝫ fame deficerent nec modus ꝓuidendi ſuccurreret. diuina ꝓuidente clementia: affuit angelus panē eis deferens ꝛ ſubito euanuit. Similiter cū vir quidam ad modū pauper ſuo aſello virū dei ꝑ montana veheret: ꝛ pre laſſitudīe vie aſperioris ſiti deficeret ſubito vir dei de iumento ꝓſiliens genuflexus in terrā extenſis in celū manib⁹ orauit ad dn̄ꝫ ꝛ ecce mox de ſaxo duriſſimo aqua ꝓfluxit: de qua abundanter refocillatus eſt. Preterea diſcalciatus vir dei montē quendam cū duobus ſocijs ſpū ſancto ducente ꝯſcendit. vbi ieiunans in pane ꝛ aqua. xl. dieb⁹ ꝛ. xl. noctib⁹. cōſcribi fecit regulā quā ſibi orāti diuin⁹ ſps in flamma ignis ſuggeſſerat. Quā cū de mōte deſcendens ſeruandā ſuo vicario cōmiſiſſet. ꝛ ille paucis elapſis diebus per incuriam amiſiſſe ꝯfiteretur. Iterū in monteꝫ ſanctus dei rediit. eamqꝫ inſtar prioris ex ore dei ſuſcipiens illico reparauit. ad cui⁹ obſeruantiaꝫ fratres induxit. Ecc̄. xlv. Dedit illi cor ad precepta: ꝛ legē iu. ꝛ diſ. do. ia te. ꝛ iudi. ſ. iſrael.

Joſue in deportatiōe q̄ ait ad ſacerdotes. tollite archam federis. ꝛ illā deportauerunt auxilio diuino ꝛ nō humano. Joſue. iij. Btūs Frāciſc⁹ cū in quadā deuaſtata ecclia in ꝓuīcia maſſe apud montē caſalem oraret: intellexit ꝑ ſpm̄ ſanctū ſacras ibidē reliquias remāſiſſe. quas cū precepiſſet fratribus ſuis ſacerdotibus ad locū honorabileꝫ deferri. iuſſa viri dei negligentes die altera archam reliquiarum in loco ſublimiori altaris repoſitam diuina virtute oculis ſuis cōſpexerunt ꝛ cuius iuſſis nō paruit hō paruit deus. Illi auteꝫ inobedientie veniā ꝓmeruerunt. Gedeon in cōflictatiōe cui dixit dn̄s. In viris q̄ lambuerunt aquas manu liberabo vos ꝛ tradā madiam in manu tua. Judic. vij. Beat⁹ Franciſcus cū paucis fratribus q̄ aquam tēporaliuꝫ cōſolationū nō niſi ad neceſſitatē ſumūt ꝛ multa mēdicitate hoſtes ppli dei deuicit. Unde eccleſia cantat de eo. Carnē mūdūqꝫ cōterens hoſtes malignos ꝓterēs. Dauid invnctione. quē Samuel iuſſu dei vnxit in regem ſup iſrael q̄ acceptis qnqꝫ lapidibus de torrente interfecit philiſteū ꝛ abſtulit opprobrium ex iſrael. i. Reg. xvi. ꝛ. xvij. ca. Beat⁹ Franciſcus accedēs ad papam Innocentiū tertiū ꝓ cōfirmatione ordinis ſui ſpū dei afflatus ꝓpoſuit hanc parabolam de diuite rege cū muliere formoſa ꝛ paupe contrahente ꝛ e prole ſuſcepta preferente regis imagineꝫ ꝛ educanda de menſa ipſius. quā ſic interp̄tatus eſt. Non eſt dubitandū ꝙ fame peant eterni regis filij qui ad imagineꝫ regis xpi ꝑ ſpūſſancti virtutē de paupere matre nati per ſpm̄ paupꝑtatis ſunt in religione paupercula educandi. Cognita itaqꝫ voluntate dei ſūm⁹ pontifex velut alter Samuel ordinē ſctī Frāciſci deſpectū atqꝫ abiectū velut dauid cōfirmauit. ps. Elegi abiect⁹ eſſe in domo dei mei ma. ꝙ. ha. in tab. peccatoꝝ ꝛc. vſqꝫ q̄ ſperat i te. qui ſumpto ſigno crucis. ꝛ. v. ſtigmatibus velut. v. lapidib⁹ potentiam diaboli cōfregit

Salomon in fabricatione. q̄ fabricauit tres domos. ſ. templum. domū ſaltus. ꝛ domū filie pharaonis. ij. Reg. viij. Btūs Frāciſc⁹ tres domos ſpūalis edificij fabricauit. ſ. fratrum minoꝝ. dn̄arum incluſarū. ꝛ fratruꝫ de penitentia. in q̄bus factus eſt omibus cauſa ſalutis eterne. vt oīs hij ordines dicere poſſint illud Thobie xij. Bonis operib⁹ per euꝫ repleti ſumus. Et ſic cultū dei valde ampliauit. Aſael in curſitatiōe. porro Aſael curſor velociſſimus erat quaſi vnus ex capreis que moranť in ſiluis. Btūs Franciſc⁹ velut Aſael. i. plaſmatō dei ꝙtum ad nouā religionē ſibi diuinitus oſtenſam p̄curſor eterni iudicis velociſſimus ꝓpter depoſitionē ponderis tēporalium rerū quaſi vn⁹ ex capreis acut⁹ viſu ꝓphetico in ſiluis hui⁹ mūdi regnū eternū indefeſſe p̄dicauit. Helyas in ſubuectiōe qui in curru igneo tranſlat⁹ eſt in celū. iiij. Reg. i. Btūs Frāciſcus in ciuitate Aſiſij ſemel predicaturus in eccleſia cathedrali. fere media noctis hora in orto canonicoꝝ orans cū quibuſdaꝫ ex ſocijs ſuis premonſtrat⁹ eſt in curru igneo ꝛ ſplendente quē viri iſraelite. ſ. fratres ſui ordinis ſequerētur. Nam currus igneus mirandi ſplendoris per oſtiū dom⁹ trans. huc atqꝫ illuc ꝑ domicilium tertio ſe conuertit. ſupra quē globus lucidus reſidebat q̄ ſolis hn̄s aſpectum noctē clarefecit. in globi medio btūs pater reſidebat ſupnis irradiat⁹ fulgoribus ꝛ ardorib⁹ inflammatus. qꝛ vba ignita ꝓferebat. Juxta illud ps. Ignitū eloquium tuū vehementer. ꝛ ſeruus tu⁹ dilexit

illud ⁊c̄. Helyſeus in operatiõe. Nam He-
lyas aſcendens in celū dimiſit palliū ſuū ī
terra. ꝑ quod helyſeus operatus eſt mirabi-
lia. vt pꝫ. iiij. Reg. i. Beatus Franciſcus ac-
cepto pallio xp̄i. i. ſtigmatibus ſup carne ſua
poſt aſcenſionē xp̄i in celū mirabilia operat᷑
eſt. Cum tēpore hyemali ꝑ laſſitudine corpo-
ris ſubuectus aſello cuiuſdā paupis ſub cre-
pidine cuiuſdā ꝓminentis rupis ꝑnoctaret
ſuperueniēte algore ⁊ niuibus. homo ille mur-
murabat quē vir ſanctus ſacris manibus cō-
tingens mēte ⁊ corpore confortauit cibo ca-
lore atqꝫ dormitione ſuaui. Et ſicut deus a-
peruit coꝛ pueri ad videndū montē plenū eq̊-
rum ⁊ curruū igneoꝝ in circuitu Helyſei. ſic
deus aperuit oculos fratrū ſimpliciū ad pre-
ces beati Franciſci. vt intelligerēt magnalia
dei q̄ ſecreta cōſcientiarū p̄dicatorum fratrū
cepit rimari. ⁊ de ꝓfectu ordinis multa futu-
ra predicere. ex q̄bus valde cōfortati fuerūt.

Job in eleuatione. vnde ipe dic̄ penulti. ca.
Ad p̄ceptū tuū eleuabitur aq̄la. ⁊ in arduis
ponet nidum ſuū. Beatus Franciſcus ve-
lut aquila eleuabatur ad celeſtia ꝑ ſanctam
meditationem. p̄cipue vero in illa ſeraphica
viſione in qua precepit is q̄ ſibi apparuerat
ꝙ pleraqꝫ archana ſibi reuelata nunq̄ dum
viueret cuiq̄ aperiret. ij. Coꝛ. xij. Audiuit ar-
chana v̄ba q̄ non licet hoī loqui in celū rap-
tus ⁊c̄. Eſaias in deuotione q̄ valde afficie-
batur ad incarnationem xp̄i. de qua abundā-
ter ⁊ copioſe ꝓphetauit. vt nō ſolū ꝓpheta:
ſed etiam euangeliſta credatur. Vn̄. ix. ca. di-
cit. Paruulus datus eſt nobis ⁊ filius nat᷒ ē
nobis ⁊c̄. Beatus Franciſcus anno tertio
ante obitum ſuum memoriā natiuitatis xp̄i
ad deuotionē excitandam apud caſtrū gre-
cij diſpoſuit agere mira celebritate. Itaqꝫ li-
centia a ſummo pōtifice obtenta iuſſit para-
ri p̄ſepiū. apportari fenū. bouē ⁊ aſinū addu-
ci. Concurrentibus vndiqꝫ populis. nox illa
ſplendens ⁊ ſolēnis efficitur. Stabat vir dei
coram p̄ſepio lachrymis perfuſus. ⁊ dū miſ-
ſa celebraretur dn̄s Johānes de grecio in ſpi-
ritu preuidit ꝙ beatus pater quendā pueru-
lum valde formoſum ambobus cōplexans
brachijs excitabat a ſomno. Unde mirabilit̄
tunc populis p̄dicauit de xp̄i incarnatione.

Jeremias in predicatiōe. cui dicit̄. xxxiij. c.
Aſcende in libanum ⁊ in baſan da vocē tuā.
⁊ ad tranſeūtes. Beatus Franciſcus aſcē-
dit ad vite mundiciā ⁊ ad feruorē orationis.
deinde clamauit ad tranſeuntes peccatores
increpando eos clamore p̄dicationis. Qui
heſitauit aliunde cōferens cū fratribus ſuis:
⁊ dicens. Quid inquit fratres conſulitis: q̄d
laudatis. An ꝙ oroni vacem. an ꝙ predicā-
do diſcurrā. Reuelatum eſt ſibi a dn̄o ꝙ p̄-
dicationi operam daret. et angelus dn̄i di-
xit ei predictum verbum Jeremie. Ezechi-
el in deſignatione. qui dicit. xxviij. ca. Tu ſi-
gnaculum ſimilitudinis plenus ſapientia et
ꝑfectus decore in delitijs paradiſi dei fuiſti.

Beatus Franciſcus fuit ſignaculum ſimili-
tudinis dei propter feruentē amorem. quod
patet ex corporis eleuatiōe. Unde cū oraret
ſepe viſus eſt totus a terra ſubleuari. q̄ eleua-
tio corporis ſignificabat eleuationē mentis.
Etiam patet per alienationem mētis. San-
cti enim viri in mentis exceſſum rapti exteri᷒
inſenſibiles redduntur. quia ab amoris vehe-
mentia ex toto interius abſorbentur. Unde
cum ſemel ſanctus Frāciſcus tranſiens per
burgum a populo cōprimeretur inſenſibilis
per omnia viſus eſt. ij. Coꝛ. xij. Scio hominē
in xp̄o ſiue in corpore ſiue extra. c. n. ⁊c̄. Da-
niel in cōfortatione. qui dicit. iiij. ca. Uidebā
⁊ ecce arbor in medio terre ⁊ altitudo ei᷒ ni-
mia arbor magna ⁊ fortis. ⁊ ꝓceritas ei᷒ con-
tingens celum latitudo illius vſqꝫ ad termi-
nos vniuerſe terre. folia eius pulcherrima: ⁊
fructus eius nimius. ⁊ eſca vniuerſoꝝ in ea.

Beatus Franciſcus diuinam cōſulens ꝓ-
uidentiam ſup ordinis ſui cōfirmationē cū
adiret ſedem apoſtolicam hac confirmatus
eſt viſione. Uidebat ſiquidem arborem celſi-
tudinis magne ad quā cū appropinquaſſet
⁊ ſub ea ſtans ipſius altitudinem miraretur
ſubito tantū diuina virtute leuabatur in altū
vt cacumen contingeret arboris eiuſqꝫ ſum-
ma facillime curuaret ad ima. Huius viſio-
nis preſagium vir ſpūſancto plenus intelli-
gens referri ad cōdeſcenſionē apoſtolice di-
gnitatis exhilaratus eſt ſpū. fratribuſqꝫ ſuis
in dn̄o confortatis iter cum eis ad curiā ro-
manam aggreſſus eſt. Oſee in cōuerſatiōe
q̄ dicit. ij. ca. Ducā eā in ſolitudinē ⁊ loquar
ad coꝛ ei᷒ ⁊ canet iuxta dies iuuentutis ſue ⁊
iuxta dies aſcenſionis ſue de terra egypti.

Btūs Franciſcus a diebus cōuerſationis
ſue ſolitudinem cupiebat. vbi crebrius cū deo
loquebatur. Rogatus enī a dn̄o Leone car-
dinali ſancte crucis vt ſecum aliquātulū mo-
raretur in vrbe acquieuit. humiliter ⁊ deuote
qui per totam noctem vexatus a demonib᷒
⁊ grauiter verberatus. ſocio ſuo in mane h̄

referens ait. Melius iudico eũ qui ponit in
exemplum alijs fugere curias ꝛ humiliter in
ter humiles in locis cõuerſari humilibus. vt
ſuſtinentes penuriã fortes efficiat ſimilia ſuſ
tinendo ꝛc. Joel in p̄dicatione. q̄ dicit. ij. ca.
Similis ei nõ fuit a p̄ncipio: ꝛ poſt eum nõ
erit vſq̄ in annos generationis ꝛ generatio
nis. Ante faciẽ eius ignis vorans ꝛ poſt euȝ
exurens flamma. quaſi ortus voluptatis ter
ra coram eo. Beatus Frãciſcus in paupta⸗
te nõ habuit ſimilẽ. vt pȝ q̄ñ comeſturus cuȝ
dño Hoſtienſi prius hoſtiatĩ p elemoſyna
petenda mẽdicauit. propter quã paupertateȝ
velut ignis pp̄los accendebat ad charitateȝ
dei ſua p̄dicatione. ſed neq̄ poterat ꝓhiberi
a p̄dicatione q̄n velut flãma exureret quoſq̄
ad verbuȝ dei audiendũ. vt pȝ q̄ñ venit imo⸗
lam ad p̄dicandum cui cum ꝓhibuiſſet ep̄s
ciuitatis turbato aĩo ne p̄dicaret. vir dei ite⸗
rum rediens ad ep̄m viſa eſt facies eius ac⸗
cenſa vt ignis. ꝛ verba eius tanq̄ flãma exu
rens. Qd̄ ep̄s intelligens fore ꝓdigiũ dei il⸗
lico ei cõceſſit licentiã p̄dicandi ꝛc. Amos
in orõne. q̄ dicit. ix. ca. Vidi dñm ſtantẽ ſup
altare ꝛ dixit. Percute cardinem ꝛ cõmoue⸗
antur ſupliminaria. Beat⁹ Franciſcus val⸗
de intentus fuit orõni adeo vt viſibiliter xp̄ȝ
viderit ꝛ cum eo familiariter locutus fuerit.
Unde cũ ſemel Aſſiſij oraret. ep̄us ciuitatis
quadam curioſitate ductus intrauit cellã ſeu
oratoriũ ipſius qui ſtatim mutus effectus ẽ:
ꝛ paraliticus donec p virũ dei liberatus eſt.
Micheas in annũciatione q̄ dicit. iij. ca. E⸗
go repletus ſuȝ fortitudine ſpũs dñi iudicio
ꝛ virtute vt annũciem Jacob ſcelus ſuũ. ꝛ iſ
rael pctm̄ ſuũ. Btũs Franciſcus replet⁹ ſpi⸗
ritus ꝓphetico annũciauit fratri Leonardo
de Aſſiſio ſocio ſuo elationẽ quã mente gere
bat ꝙ non de pari ludunt parentes ſui cũ pa
rentibus illius fratris. Etiã annũciauit rebel
lionem cuiuſdam fratris cõtra vicariũ ſuum
dum teneret capl̄m ꝛc. Naum in cõſolatio⸗
ne. q̄ dicit. ij. ca. Ecce ſup montes pedes euã
gelizantis ꝛ annũciantis pacẽ. Beat⁹ Frã⸗
ciſcus multos cõſolabatur qui ſemideſpera
ti videbant̃. vt pȝ de illo fratre q̄ nõ niſi nuti
bus cõfitebatur. ꝛ de illis duobus q̄ venerãt
ad heremitoriũ grecij. vt benedictionẽ a viro
dei reportarent q̄ tandem cõſolati abierunt.
Aggeus in electiõe. qui dicit. ij. ca. Et ponã
te quaſi ſignaculũ. q: te elegi dicit dñs exerci
tuum. Beatus Frãciſcus electus fuit a do⸗
mino vt eſſet ſignaculum paupertatis Jeſu
xp̄i. vt patet ex ſalutatione quam fecerunt ſi
bi ille tres dñe dicentes Beneueniat domi⸗
na paupertas. Zacharias in menſuratione
qui dicit. ij. ca. Leuaui oculos meos ꝛ vidi: ꝛ
ecce vir ꝛ in manu eius funiculum menſorũ.
Jſte vir eſt beatus Franciſcus q̄ cingitur fu
niculo ad menſurandum ꝛc.

¶ Quinto in chriſto Jeſu
valet noua creatura. i. btũs Franciſcus rõne
confeſſionis. Interrogati em̃ diſcipuli a xp̄o
quem ip̄m eſſe crederent, dixit Petrus. Tu
es chriſtus filius dei viui. ex qua confeſſione
meruerunt eſſe principes mundi ꝛ ianitores
celi. vt dicitur Mathei. xvi. In quib⁹ fuerũt
quattuor dignitates quas deus contulit bea
to Franciſco. Primo nominis mutatio. Pe⸗
trus enim ante vocationem vocabatur Sy⸗
mon. poſtea vocatus eſt a xp̄o petrus. ſm̄ il
lud Johan. i. Intuitus auteȝ Jeſus Symo⸗
nem dixit illi. Tu es Symon filius Johãna.
tu vocaberis cephas quod interpretat̃. Pe⸗
trus. Beatus Franciſcus ante cõuerſionẽ
ſuam vocabatur Johãnes filius Petri ber⸗
nardonis. Sed poſt cõuerſioneȝ ſuam voca⸗
tus eſt a xp̄o in eccleſia Franciſcus quando
crucifix⁹ dixit ſibi. Franciſce vade repara do
muȝ meam. Cuius mutationis quadruplex
fuit cauſa. Prima ratione officij ad qd̄ erat
aſſumptus. Nam diuina ꝓuidentia ſibi h̊ no
men impoſuit. vt ex ſingulari ꝛ inſueto nomi
ne opinio miniſterij eius toti citius innote⸗
ſceret orbi. Secũda rõne affectus virtuoſi.
quia per ipſum ꝛ filios ſuos quos regenera
tur⁹ erat in xp̄o. multos ſeruos peccati ꝛ dia
boli xp̄us debebat facere francos ꝛ liberos.
Tertia rõne magnanimitatis in corde. Nam
Frãci a feritate ſũt dicti. q: ineſt eis natural'
feritas ꝛ eſt magnanimitas aĩoꝝ: quã ferita
teȝ oñdit btũs Frãciſcus in illo fratre inobe
diente cui⁹ caputiũ fecit in ignẽ poni. Quar
ta rõne honeſtatis in cõuerſatione. Aiũt eniȝ
frãciſcas dici ſigna quedã inſtar ſecuriũ que
Rome ante conſules ferebant̃ q̄ erãt in ter⸗
rorẽ ꝛ in honorẽ. ſic ſermo Frãciſci inſtar ſe⸗
curis vitia incidebat ꝛc. Scd̄o legis xp̄i ob
ſeruatio. Vñ Petr⁹ dixit ad ieſum. Ecce nos
reliquim⁹ omĩa ꝛ ſequuti ſum⁹ te. Math. ix.
Btũs. Frãciſc⁹ legeȝ xp̄i obſeruauit oĩa cũ
ap̄lis relinq̄ndo id̄ paupertatẽ ãplexat⁹ ẽ qua
drupl'r. Prĩo volũtarie. Cũ eiq̄dã die euãgl'ȝ
legeret̃. i. q̄ xp̄s diſcip̄los ſine auro ꝛ argento
ꝛ calciamẽtis mittebat vt dr̄ Mat. iij. ꝛ Luc. x.

ſubito ad oīa implenda ſe accinxit. Secūdo humiliter. Libentius enim veſcebatur elemoſynis hoſtiatim queſitis ꝙ ſponte oblatis vtpote aſſerens illum panem eſſe angelicum qui dabatur inſpirationibus angelorū pſal. Panem angelorū manducauit homo ptꝫ de militibus aſſiſinatibus ꝗ venerunt ꝓ eo quos in via mendicare exhortatus eſt. Tertio perſeuerāter. Cum eñ ab aliquo elemoſynam impetraſſet ab eo petebat licentiā vt licite poſſet ſi magis egen⁹ occurreret erogare. vt patet de paupe dū ipſe rediret a Senis cui dedit palliolū quo ſup habitū erat amictus dicēs ipſū eſſe illius ꝗ eo pauperior erat. Quarto regulariter. Cū eñ frater Bernardus pmus beati patris ſocius: eius veſtigia ſequi diſpoſuiſſet. ambo intrauerūt eccleſiā ſancti Nicolai. mane poſt quoꝝ deuotas orationes. btūs pater aperuit librū euāgeliorū in cuius pncipio erat. Si vis pfectus eſſe vade ⁊ vende oīa que habes ⁊c. In ſecūda apertōe eiuſdē libri erat. Nihil tuleritis in via ⁊c. In tertia erat. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊c. Hec eſt ait vir ſanct⁹ vita ⁊ regula noſtra: oīmq; ꝗ voluerint noſtre ſocietati cōiūgi. Patet de illo quē noluit acceptare ad ordinē ſuū. qui bona ſua legauit parētib⁹ ſuis ⁊ nō pauperib⁹. ⁊ ſic de multis alijs. Tertio eccleſie xpī ſuſtētatio. aplī xpī fuerūt fūdamēta eccl'ie ſue. Apocal'. xxi. Murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim. ⁊ in ipſis noīa duodecim apoſtolorum. Sic cum ſummus pontifex lateranenſem baſilicā ſubito minari ruinam conſpiceret vidit ſanctū Franciſcū dorſo ſuo ſuppoſito ſuſtentare. Eccl's. ix. Ciuitas parua ⁊ pauci in ea viri. ſcꝫ merito. licet multi ſūt numero. venit cōtra eaꝫ rex magnus. i. diabolus. Inuentuſq; eſt in ea vir pauper ⁊ ſapiens ⁊ liberauit vrbē p ſapiētiā ſuā. Quarto ſpūſſancti repletio. qꝛ repleti ſūt oēs ſpūſancto. Actuū. ij. Btūs Franciſcus repletus fuit ſpūſancto multipliciter. Primo ad pctōꝝ remiſſionem Cum eñ quadā die in quodā ſolitario loco ānos ſuos ī amaritudine recogitās deploraret. ſcti ſpūs ī eū ſuperueniēte leticia certificat⁹ eſt de remiſſiōe plenaria oīm pctōꝝ. Scdo ad corpis calefactionē. Interrogat⁹ eñ quō cū tunica tā tenuis a frigore poſſꝫ tueri: rñdit Si ignis ſancti ſpūs nos interi⁹ calefaceret: caro nr̄a exteri⁹ frig⁹ nō ſentiret. pſal'. Inflāmatū eſt cor meū ⁊c. Tertio ad occultoꝝ cognitiōeꝫ. Vñ Senis cuidā doctori theologie quēdā ſecretū conſciētie illius ſcrupuluꝫ reuelando explicuit. ⁊ ſalubriter cōſulendo reſecauit. Quarto ad ſecretoꝝ celeſtium predicationem. Nam ſpūſſanctus aplos diuina miſteria perdocuit. ⁊ oīm linguarū ſcientiam dedit ad diuulgationē legis xpī. Btūs Franciſcus ſecreta celeſtia orando ſpūſancto ſuggerente didicit. Querētibus aliqñ fratribus an ſibi placeret ꝙ lrāti iaꝫ recepti ad ordinē intenderēt ſtudio ſacre ſcripture rñdit. mihi quidē placet: dū tamen exemplo xpī ꝗ magꝭ oraſſe legit ꝙ legiſſe. orationis ſtudiū nō omittant. ⁊ exemplo aploꝝ. de quib⁹ dicit. ꝙ erant pſeuerātes in oratione. ⁊ factus eſt repente de celo ſonus tanꝙ aduenientis ſpūs ⁊c. Etiam multarū linguarū noticiam miraculoſe adeptus eſt. qui ſemper cū ardore ſpiritus repleret. ardentia verba foris eructans gallice loquebat ⁊c.

¶ Sexto in chriſto ieſu valet noua creatura. ſ. btūs Frāciſcus rōne imitationis. Feruenti eñ caritatis īncēdio glorioſum ſanctoꝝ martyrū emulabat triumphū in quibus nec amoris flāma extingui nec fortitudo potuit infirmari. Deſiderabat enim ⁊ ipſe eadem caritate ſuccenſus per martyrij flāmam hoſtiam dño ſe offerre viuentem. vt ⁊ vicem xpo ꝓ nobis morienti rependeret. ⁊ ad diuinū amorē ceteros ꝓuocaret. Ardor martyrij apparuit in eo ex quattuor. Primo quia ſexto conuerſionis ſue anno deſiderio martyrij flagrans ad predicandum fidē xpianam ⁊ penitentiam ſaracenis ⁊ alijs infidelibus ad partes ſyrie tranſfretare diſpoſuit. Sed impeditus volūtate dei in Sclauonia remanſit aliquādiu predicaturus. Verū quia martyrij fructus adeo cor eius allexerat vt precioſam ꝓ xpo mortē ſuper oīa virtutum merita peroptaret verſus marrochiū iter arripuit. vt ibi xpī euangeliū predicaret. Siquo modo ad cōcupitam palmā attingeret. Cū autem in hyſpaniā perueniſſet graui corrept⁹ infirmitate redire ad ꝓprios lares coactus eſt. Secundo qꝛ tredecimo cōuerſionis ſue anno ad partes ſyrie pergens in ſaracenos accurrit qui eum crudeliter tractauerunt afficientes cōuitijs. affligentes verberibus. ⁊ vinculis alligātes: fame ⁊ ſiti cruciantes. Tertio qꝛ pduct⁹ eſt ad ſoldanū multa cōſtātia virtute animi ac feruore ſpūs pdicto ſoldano deū trinū ⁊ vnū ⁊ ſaluatorē oīm ieſum xpm predicauit. ꝓ cui⁹ fidei veritate hoſ

tabaƭ ſoldanū vt iuberet ignē copioſum incē
di. ⁊ ipſum cū ſacerdotibꝰ paganis immitteret
in ignē ſi ipſe illeſus exiret agnoſceret xp̄ia-
ne fidei veritatē ⁊ ad fidē xp̄i cū populo ſuo
cōuerteret. ſin aūt peccatis ſuis aſcriberetur.
Quarto qꝛ ordinem ſuū ideo inſtituerat vt
fratres ſui ꝑ fide xp̄i mori non formidarent
Hic enī ordo ſuper ceteros ordines paſſurꝰ
eſt pſecutionē ob defenſionē fidei. ſicut figu-
ratur in paſſione puerorꝫ. ij. Macha. vij vbi
dicitur. Rex accenſus ira in hūc crudelius ſu-
per oīes deſeuit. Per iſtuꝫ minimū fratrē
deſignatur ordo fratrum minorꝫ. ſuper quos
tyrannus ille vltimus q̄ tunc tēporis impera
bit exardeſcet ⁊ ſitiet ſanguinē illorꝫ. Vn̄ ab
bas Joachim ſuper Jeremi. dicit ſic. Hic eſt
Beniamin in cuius partu mater emoritur. q̄a
cū apparuerit ordo ille fratrū minimꝰ in tpe
ſexto romana eccl'ia inter anguſtias regis vl
timi expirabit. hec ille. ⁊ ſic pꝫ ⁊c̄.

Septimo in xp̄o ieſu va-
let noua creatura. ſ. btūs Frāciſcus rōne ſan
ctificationis. Unde Apocal'. v. dicitur. Vidi li
brū ſignatum ſigillis ſeptem. Hic liber eſt be
atus Franciſcus ꝓpter ſapiētiā quā miſſus
eſt predicare que conſiſtit in verbo ⁊ in ope-
re. ſignatur autem ſigillis ſeptem ꝓpter ſeptē
cōditiones ſumme ac diuine ſapientie q̄ ful-
ſit in eo. Que notantur Jaco. iij. vbi dr̄. Que
autem de ſurſum eſt ſapientia. Primū qui
deꝫ publica eſt. deinde pacifica. modeſta. ſua
dibilis. bonis ꝯſentiens. plena miſericordia
⁊ fructibus bonis. Has conditiones habuit
btūs Franciſcus. Primo fuit pudicus. com
plens illud qđ dicitur. i. Thimo iij. Dyaconos
pudicos ſimiliter oportet eſſe. btūs Franciſ-
cus mulierū familiaritates colloquia ⁊ aſpe
ctus que multis occaſio ſunt ruine ſollicitius
euitari iubebat. vnde ipſe nullam recogno-
ſcebat in carne ⁊c̄. Secundo fuit pacificus
ꝓximos in ſe diſcordes pacificans. cui pōt
dici illud. i. Reg. xvi. Pacificꝰ ne eſt ingreſ
ſus tuus? ⁊ ait. pacificus. Unde de ipſo can-
tatur. Vere paci ſociat longinquos a ſalute. ⁊
fratribꝰ ſuis dulcis pater dicebat. Jte annū-
ciate hominibus pacem predicate peniten-
tiam in remiſſionem peccatorum ſc̄m euan-
gelium Jeſu chriſti. Tertio fuit modeſtus
in moribus ſimilis Onie. de quo dicitur. ij.
Machab. xv. Erat autem Onias vir bonꝰ
⁊ benignus verecundus viſu. modeſtus mo
ribꝰ. eloquio decorus. ꝓpterea dicebat btūs
pr̄ filijs ſuis. Eſtote in tribulatiōibꝰ patiētes
in orōnibꝰ vigiles. in laboribꝰ ſtrēnui. i ſermo
nibus modeſti. in moribꝰ graues. ⁊ in bene-
ficijs grati. quia pro hijs omnibus vobis re
gnuꝫ preparatur eternum. Quarto fuit ſua
dibilis alijs predicando ⁊ ad beate viuendū
conſulendo nouūq̄ꝫ ordinem inſtituendo. q̄
dum peteret eius confirmationeꝫ a ſummo
pontifice ⁊ quibuſdam cardinalibus nouum
⁊ inſolitum quid videretur. Tunc dominus
Johannes de ſancto paulo epiſcopus Sabi
nenſis ⁊ cardinalis ſpiritu dei inflammatus
ait. Si petitionem huius pauperis tanq̄ ni-
mis arduam nouamq̄ꝫ refellimus. cum pe-
tat ſibi confirmari formam euangelice vite
cauendum eſt nobis ne in chriſti euangeliū
offendamus. Nam ſi quis intra euāgelice ꝑ-
fectionis obſeruantiā ⁊ votum ipſius dicat
contineri aliquid nouū aut irrationabile vel
impoſſibile ad ſeruanduꝫ. contra ipſum euā
gelij autorem blaſphemare cōuincitur. Ecce
quomodo regula eius eſt ſuadibilis ſicut lex
ieſu chriſti ⁊c̄. Quinto fuit conſentiens bo
nis per obedientiam ⁊ humilitatē. Cum enī
quereretur ab eo quis eſſet verus obediēs. cor
poris mortui ſimilitudinem ꝓpoſuit. qđ mo
uebitur ⁊ ſtabit caputq̄ꝫ inclinabit: quocūq̄ꝫ il
lud collocaueris non murmurans nec recla-
mans. ⁊ ait ſocio ſuo. Non mihi videor frater
minor niſi fuero in ſtatu quē tibi deſcripſero
Ecce prelatus exiſtens fratrū. vado ad capi-
tulum predico ⁊ cōmoneo fratres. Et in fine
dicitur contra me. Non cōuenis nobis qꝛ illit-
teratus es. elinguis. ydiota. ⁊ ſimplex tandē
eiicior cum obprobrio vilipenſus ab oīibus
Dico tibi. Niſi eodem vultu. eadem mentis
leticia. eodem ſanctitatis ꝓpoſito hec verba
audiero: frater minor nequaq̄ ſum. Jn pre-
latione caſus. in laude precipitium. in humi-
litate ſubdi: anime lucrum eſt. Sexto fuit
plenus miſericordia. Cum enī ſemel paupe-
ri cuidam elemoſynā importune petētivnus
ex fratribus durius rn̄deret. precepit beatus
Franciſcus vt ad illius pauperis pedes ſe nu
datum ꝓſterneret ⁊ ꝓclamās ſe culpabilem
orationis ſuffragium poſtularet ⁊ veniam.
Quod cum ille feciſſet humiliter adiecit bea-
tus pater. Dū pauperēꝫ vides ſpeculū tibi ꝓ
ponitur chriſti ⁊ matris eius. Septimo fuit
plenus fructibus bonis quo ad ſanctos fra-
tres huius ordinis qui vita ⁊ miraculis cla-
ruerunt. Frater Bernardus de quintaual-
le primus filius ſancti Franciſci Frater Sil-

noſter. Frater Electus. Frater Leo confeſſor ſancti Franciſci. Frater Guilhelmus de anglia. Frater Angelus de reate. Frater Maſſius de marignano. frater Ruffinus conſanguineus btē Clare. frater Guido de Senis. frater Egidius de cappotijs. frater Valentinus de narnia. Hij vndecim cū btō Franciſco iacent in eccleſia aſſiſij. In eccl'ia de angelis. iacent hij ſanctiſſimi viri vita ⁊ miraculis clari. frater Petrus cathanij. qui fuit ſecundus ſocius beati Franciſci. Quattuor ſocij beati Franciſci: quoꝝ nomina ſcripta ſunt in libro vite. frater Iacobus qui vidit animā beati Franciſci in ſpecie ſtelle. frater Iohannes ſimplex cum quo eſt cor beati Franciſci in ſignū dilectiōis collocatū. In peruſio iacēt hij ſanctiſſimi viri vita ⁊ miraculis ſplendidiſſimi. ſ. frater Egidius de Aſſiſio q̄ fuit tertius ſocius beati Franciſci. frater Conradus de offida. frater Ventura laicus. frater Nicolaus de Aſſiſio laycus. In Tuderto iacent hij ſanctiſſimi viri vita ⁊ miraculis clariſſimi. ſ. frater Guilhelmus. frater Rogerius frater Petrus de galliculo ⁊c̄. In monaſterio ſancte Clare ibidē iacet frater Iacobus benedicculi de Tuderto. In loco de Tuderto iacet frater Egidius de regno magne ſanctitatis vir ⁊c̄. In loco de ſancta illuminata iacent frater Tentialbem. frater Iohannes de auellino. In loco de amellia iacet frater ſymon de Corſciano clare vite ⁊c̄. In loco de interanne iacent frater Petrus de pado. frater Symon de campo regali. In ſpoleto iacet frater Theobaldus p̄clare ſanctitatis vir In loco de Spoleto iacet frater Symon de collazano nobilis genere ⁊ vita. In monte luco ꝓpe ſpoletum iacet frater Anthonius de piſis doctor legum. In Eugubio iacet frater Thomas de Eugubio magne ſanctitatis vir. In ciuitate caſtelli iacet frater Iacobꝰ laicus qui maximis claret miraculis. In burgo ſancti ſepulcri iacet frater Raynerius laicus ⁊c̄. In fulgineo iacet frater Matheus In eccleſia ſancti Feliciani iacet frater Hermannus. In piſquia iacet frater Iohannes de vallibus qui multis claret miraculis. In Narnia frater Matheus. In Nurſia frater Anthonius. In Caſſina frat̄ Pax ⁊ reatinꝰ In Arquata frater Paulus. In Spello frater Andreas. In bithonio frater Iohannes de laudibus. ⁊ frater Iohannes laycus vir ſanctiſſimus. In menanio frater Nicolaus dictꝰ pater noſter. Hij oēs in ꝓuincia ſancti Franciſci. In ꝓuincia romana iacent hij ſanctiſſimi viri vita ⁊ miraculis clari. In Roma apud aram celi frater Sabbatinus de p̄mis ſocijs beati Franciſci. ⁊ frater Iuniperus. In loco de pillio frater Andreas de anania nepos Alexandri quarti. In ciuitate ortenſe frater Theobaldus de Aſſiſio. In piſperno frater Leonardus de fulgineo. In vrbe veteri frater Moricus. frater Ambroſius de maſſa. frater Seuerinus. In Thoſcanella frater Guilhelmꝰ de cordela. In preceno frater Thobias qui ſpū ꝓphetico fuit plenꝰ. i Viterbio frater Soldanerius. In monte cōpatrū frater Angelus de monte leone. frat̄ Raynaldus reatinus. In ꝓuincia Tuſcie iacent hij ſanctiſſimi viri vita ⁊ miraculis clari. In Florentia frater Humilis de peruſio. frater Actunſus laycus. frater Ioſeph. In loco de fectona frater Guido. In Aretio frater Benedictus de Aretio. In Maſſa frat̄ Bernardus. In caſtro florentino frater Donatus de Ferraria q̄ claruit ſpū ꝓphetico. In monte Aluerne frater Guilhelmus de redicophano. frater Clemens. frater Iohānes de firmo qui habuit ſpm̄ ꝓphetie. In pupio frater Iacobus barlotarius. In mōte alcino frater Philippus laycus. De florētia fuerūt hij ſanctiſſimi viri frater Rolandinus. frater Franciſcus de maleficijs. frat̄ Iohēs parēs ꝑmꝰ gn̄alis pꝰ ſctm̄ Frāciſcū. In Cortonio frat̄ Guido. in colūbario frat̄ Guido de bolſena In ꝓuīcia Bononie iacēt hij ſctiſſimi viri vita ⁊ virtutibus clari. In bononia frat̄ Nicolaus. frater Boninus. frater Matheus de fauētia. frater Guido ſpatis. frater Guilhelmus de cortilunio laicus. In Mutina frater Gerardus magnꝰ predicator. ⁊ ideo deuotiſſimꝰ. In arrimino frat̄ Iohānes baiontij. ⁊ frater Andreas ⁊c̄. In prouincia ſancti Anthonij vltra ſanctum Anthonium iacent hij ſanctiſſimi viri ſcꝫ in Padua frat̄ Lucas ſocius ſancti Anthonij. frater Fidentius. In Coneglano frater Lucas laycus. in Mantua frater Beneuenutus. In Vtino frater Odoricus. In Venetijs frater cariſſimus de clugia. frater Gētilis martyr de marchia. frater Pouerellus laycus qui eſt ſepultus ibidem in eccleſia. In ꝓuincia Marchie iacent hij ſanctiſſimi viri vita ⁊ virtutibus clari. In Camerano frater Iohannes de parma. In ſancto Seuerino frater Beniuoia. In Syrolo frater Petrus de monticulo. In eſculo fratrer Conradus. In fabria

no frater Franciſcus. In Auximo frat̄ Gra
tianus. frater Cathalanꝰ. In rachoneto frat̄
Beneuenutus. In ſancto Marino Frater
Dominicus. frater Boncompegnus. frater
Berganus. frater Gracianꝰ. frater Petrus
de monteulmi. In loco de Murro frat̄ Ma
ſius. In loco miliani frater Jacobus de Fa-
lerono. In Scoraneto frater Sanctꝰ. In ea
dem ꝓuincia ſunt frater Paulus. frater Lu
cidus. frater Matheus de monte rubiano. ⁊
alij plures quoꝝ memoria eſt in libro iu-
ſtorum. Hij ſunt fructus quos noua plan-
tula ſcilicet beatus Franciſcus in orto eccle-
ſie produxit. De quibus pōt dici illud Eccle.
xxiiij. Fructꝰ honoris ⁊ honeſtatꝭ. De h̄ ordi-
ne fuerūt ſūmi pōtifices duo. ſ. dn̄s nicolaꝰ
ppa q̄rtꝰ ⁊ dn̄s Alexander q̄ntꝰ. Cardina-
les fuerunt plurimi quoꝝ primus fuit domi
nus Bonauentura de Balneo regio. Epiſco
pi fuerunt multi: quorum primus fuit ſanctꝰ
Ludouicus filius regis Francie. Doctores
theologie fuerunt ꝙplures. ſcilicet Richar-
dus de media villa. Adam godam. Johan-
nes ſcotus. Uarro. Guilhelmꝰ ockam. Pe-
trus aureoli. Landulphus. Franciſcus ma-
ronis. Nicolaus de Lira ⁊c̄.

Octauo in chriſto ieſu va
let noua creatura. ſcilicet beatus Franciſcus
ratione caſtificationis. Unde Gal'. v. dicit.
Qui autem ſunt chriſti carnem ſuam crucifi
xerunt cum vicijs ⁊ concupiſcentijs. q2 enim
in ſeculo multipliciter contraxit immundiciam
ideo neceſſaria fuit ei q̄druplex lotio. Pri
ma fuit religionis per quam homo conſequi
tur plenariam remiſſionem ſuoꝝ peccatorū.
Unde ſanctus Thomas ſecūda ſecunde. q.
clxxxix. arti. iij. dicit ſic. Uotum religionis cū
ſit perpetuū eſt maius ꝙ votum peregrina-
tionis terre ſancte quod eſt temporale. Et ſi
cut Alexander tertius dicit. vt habet̄ extra
de voto ⁊ voti redemptione. Reus facti vo-
ti aliquatenus non habet̄ qui temporale ob
ſequium in perpetuaꝫ noſcitur religionis ob
ſeruantiam cōmutare. Rationabiliter autē
per ingreſſum religionis aliquis conſequit̄
remiſſionem omniū peccatoꝝ. Si enī aliqui
bus elemoſynis factis homo poteſt ſtatim
ſatiſfacere de peccatis ſuis. ſm̄ illud. Daniel'.
v. Peccata tua elemoſynis redime. Multo
magis in ſatiſfactionem pro omnibus pec-
catis ſufficit ꝙ aliquis ſe totaliter diuinis ob
ſequijs mancipet per religionis ingreſſum

que excedit omne genus ſatiſfactionis etiaꝫ
publice penitentie. vt habetur. xxx. q. ij. capit.
Ammonere. ſicut etiam holocauſtum exce-
dit ſacrificium. vt Grego. dicit ſuper Ezech.
Unde in vitis patrum legitur ꝙ eandē gra-
tiam conſequuntur religioneꝫ ingredientes
quam cōſequūtur baptizari. Hec Thomas.

Beatus ergo Franciſcus poſt vanam illā
conuerſationem ſuam in ſeculo religionem
ingreſſus quā crucifixus ei demonſtrauit ꝑ
internam inſpirationē conſequutus fuit ple
nariam peccatoꝝ ſuorum remiſſionem. ſicut
poſtea certificatus fuit. Secunda fuit expi-
ationis. Unde Numeri. xxxi dicit̄. Qui non
poteſt ignem ſuſtinere aqua expiationis ſan
ctificabit̄. q2 qui non pōt ſuſtinere graue pe-
nitentiā ꝓ peccatis ſuis ad lachrymas ve-
niat per quas lauet oculos ꝙtum ad puraꝫ
intentionem in deum. Job. ix. Laui oculos
meos ⁊ ecce video. Lauet coꝛ ꝙtum ad de-
poſitioneꝫ malarū cogitationū. Unde Jere.
iiij. Laua a malicia coꝛ tuū iſrael. Lauet ma-
nus quantū ad deteſtationem male ablato-
rum pſal'. Lauabo inter innocentes manus
meas. Et Jaco. iiij dicit̄. Emundate manus
peccatores. Lauet veſtimēta quantū ad ho
neſtam cōuerſationem. Joſue. iij Lauent ve
ſtimenta ſua: ⁊ ſint parati in diem tertium.

Btūs Franciſcus lachrymis ſuis lauit oīa
hec adeo vt lumen oculoꝝ videret̄ amiſiſſe.
vt dicere poſſet illud Trenoꝝ. ij. Defecerunt
pre lachrymis oculi mei. Tertia fuit morti
ficationis. Gal'. vi. Mihi mundus crucifixꝰ
eſt ⁊ ego mundo. Ideo poteſt dicere illud.
Canti. v. Oculi mei ſicut columbe que lacte
ſunt lote. Oculi cordis beati Frāciſci fuerūt
oculi columbe per ſanctam ſimplicitateꝫ. ſed
lacte loti fuerūt propter cuſtodiaꝫ caſtitatis.
Si enī aliquādo ſenſiſſet ſtimulū carnis ſta-
tim ſeipſum denudatum īmergebat in foueā
niue plenam: aut glacie. modo cuꝫ chorda ſe
grauiter verberādo. modo cibos ne palatuꝫ
allicerent aqua frigida vel cinere permutādo
Gal'. iij. Mortificate mēbra veſtra q̄ ſunt ſu
per terrā. Quarta fuit dilectiōis. Gen̄. xlix.
Lauabit in vino. ſ. diuini amoris ſtolā ſuam
Magis enī diligebat eū q̄ aſperiꝰ ipſuꝫ incre
pabat: ꝙ eū q̄ ſibi blādiebat̄. vt pꝫ de illo q̄ di
xit ſibi. Ora pr̄ dn̄m vt mitius tecū agat. ma
nū enī ſuā plus debito ſup te grauare videt̄.
Quo audito vir ſctūs cū eiulatu exclamans
ait. Niſi noſſem in te ſimplicem puritatem
tuum ex nunc abhorrerem cōſortiuꝫ. qui au-

ſus fueris circa me diuina iudicia reprehenſi
bilia iudicare. Ipſe etiam in corrigendis cul
pis dilectionem cum ſeueritate temperabat
vt patʒ in illo fratre cuius caputium in ignē
mitti iuſſit qđ tñ illeſum exiliuit. Et ſic pʒ ꝛc.

¶ Nono in chriſto Jeſu va
let noua creatura. ſ. btūs Franciſcus rōne vi
ſitationis ſm̄ illud Luce. i. Viſitauit nos ori
ens ex alto. Sicut em̄ xp̄us ad nos venit ad
noſtri redemptionē. Sic btūs Franciſcus ad
nos miſſus eſt ꝓpter legis euangelice repa-
rationem. vt quilibet noſtruʒ poſſit dicere il-
lud Job. x. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpm̄ me-
um. Et hoc ꝓpter multam conformitatem ꝛ
aſſimilationē vite beati Franciſci ad vitam
xp̄i in multis. vt patet. Primo in illumina-
tione. Nam ſicut xp̄o in hunc mundū ingre-
diente nox illuminata eſt. Sicut dicit Luce
ij. Ecce angelus dn̄i ſtetit iuxta illos: ꝛ clari-
tas dei circūfulſit illos. Sic beato Franciſco
cauſa predicationis iter agente iuxta paduʒ
tenebroſa noctis ſupuenit obſcuritas. Cūqʒ
pericula viarum eſſent multa ꝓpter fluuium
ꝛ paludes. dixit ſocius ad virū ſanctū. Ora
pater vt de inſtantibꝰ periculis eruamur. Et
ecce nutu viri dei tanta lux ſupna virtute eis
effulſit vt quaſi luce ſolis ad locū hoſpitij cū
laudibus ꝛ hymnis felices puenerūt. Et ſic
pʒ ꝛc. Scđo in annūciatōe. Nā ſicut xp̄o in
hunc mūdum ingrediente angeli annūciaue
rūt pacē mūdo. Luce. ij. Facta eſt cū angelo
multitudo militie celeſtis laudantiū deū ꝛ di
centiuʒ. Glīa in altiſſimis deo ꝛ in terra pax
hoībus bone volūtatis. Sic btūs Frāciſcus
in omni p̄dicatione ſua pacē annūciabat di-
cens. Dn̄s det vobis pacē. quā ſalutationeʒ
dn̄o reuelante didicerat. Eſa. lij. Ꝙ pulcri ſu-
per montes pedes annūciantis ꝛ p̄dicantis
pacē: annūciantis bonū. p̄dicantis ſalutem.
Tertio in reclinatiōe. Nā ſicut xp̄o naſcēte
in hunc mundū reclinatus eſt inter aīalia
Eſa. ij. Cognouit bos poſſeſſorem ſuū ꝛ aſi-
nus p̄ſepe dn̄i ſui. Sic btūs Frāciſcus viſus
eſt reclinaſſe xp̄m in p̄ſepio qn̄ fecit rep̄ſen-
tationem p̄ſepij ꝛc. Quarto in obuiatione
Nā ſicut xp̄o fugiente in egyptū obuiauit la
tronibꝰ, quos oīno a feritate imutauit. Ma-
thei ij. Sic btūs Frāciſcus in p̄ncipio ſue cō
uerſiōis ciuitatē relinquens ſecurus ꝛ liber ꝑ
ſiluā quandā iter faciens obuiauit latronibꝰ
quos imutauit dicēs. Preco ſum magni re-
gis quē liberū dimiſerūt. Quinto in ſubie-
ctione. Nā ſicut xp̄s lʒ eſſet deꝰ ꝛ dn̄s oīm vo
luit ſubijci parentibꝰ ſuis. Luce. ij. Deſcendit
cū eis ꝛ venit Nazareth ꝛ erat ſubditꝰ illis.
Et paulꝰ. Nihil differt a ſeruo cū ſit dn̄s oīʒ.
Sic btūs Frāciſcus nō tam p̄eſſe voluit Ꝙ
ſubeſſe nec tam p̄cipere Ꝙ parere. Vn̄ gene
ralis cedens officio guardianū petijt, cuiꝰ vo
luntati ꝑ oīa ſubiaceret. Etiā fratri cū q̄ ibat
ſemꝑ obedientiā ſeruabat. Sexto in diſpu-
tatiōe. Nā ſicut xp̄us duodenarius in tēplo
inuentꝰ fuit in medio doctoꝝ. Luce. ij. Inue-
nerunt eū in tēplo ſedentē in medio doctoꝝ
audientē illos ꝛ interrogantē eos. Sic btūs
Frāciſcus. xij. anno ſue cōuerſionis. Senis i
terrogatus a quodā doctore theologie de q̄-
buſdam q̄ſtionibus difficilibꝰ tanta clarita-
te doctrīe dīne ſapīe patefecit archana vt ve
hementer ille ſtuperet. Septimo in vocatio
ne. Nā ſicut xp̄us vocauit apl'os de vanitati
bus ſeculi. vt habetur Joh. i. ꝛ Math. iiij. c.
Sic btūs Franciſcus vocauit nutu ꝛ ſpū dei
duodecim viros ad religionis euāgelice ob-
ſeruantiā. nō vno momēto ſed viciſſim. vt ſu
pra dictum eſt. Octauo in cōuerſione. Nā
ſicut xp̄us oſtendit glīam ſuā cōuertendo a-
quā in vinū in nuptijs. vt dr̄ Joh. ij. Sic bea
tus Franciſcus cū apud heremū ſancti Vr-
bani grauiſſime egrotaret. ꝛ vinū poſtulaſſʒ.
allata a fratribꝰ ſuis aqua ſignoqʒ crucis edi
to mox in vinū cōuerſa eſt. ad cuiꝰ guſtū ple
ne cōualuit et ſanatus eſt. Nono in ſanatio
ne. Nam ſicut xp̄us deſcendens de monte ſa
nauit leproſum tangēs manuʒ eiꝰ. vt dicitur
Math. viij. Sic btūs Franciſcus dū equita
ret ꝑ planitiē Aſſiſij obuiauit cuidā leproſo
ſtatimqʒ de equo ꝓſiliēs in oſcula eiꝰ ruit pe
cuniamqʒ illi porrexit. Aliū aūt a morbo quē
cancrum dicūt ſuo oſculo ſanauit. Decimo
in tēptatione. Nam ſicut xp̄us ieiunauit. xl.
diebꝰ ꝛ totidē noctibꝰ poſtea fuit a dyabolo
tēptatus. Mat. iiij. Sic btūs Franciſcꝰ poſt
ieiuniū. xl. dierū quod celebrauit a feſto Epi
phanie vſqʒ ad. xl. fuit tēptatus a diabolo di
cente ſibi exiſtēti in orōne. Nullꝰ eſt petōr cui
penitēti deꝰ nō idulgeat: ſed nimis ſe affligē-
ti veniā denegat. Vir ſanctꝰ hanc ſuggeſtōeʒ
vicit ꝑ ſapīam ꝛ diſcretionē. cognoſcēs Ꝙ ꝑ
hoc volebat ip̄m a feruore abducere. i. Joh.
iiij. Nolite oī ſpiritui credere, ſed ꝓbate ſp̄us
ſi ex deo ſunt. Etiā tēptauit ip̄m de auaricia
qn̄ in via ſacculū plenū denarijs reperit. ſed
nullatenus accipere acquieuit. Tandem a ſo
cio moleſtatus aperiri iuſſit. ꝛ ecce ſerpens

inde exiliens cũ ipſo euanuit. Phil.iij. Oĩa
arbitratꝰ ſum vt ſtercora. vt xp̃o lucrifacerẽ.
Undecimo in predicatione. Nam turbis ir
ruentibꝰ in ieſum vt audirent verbũ dei ipſe
ſtabat ſecus ſtagnum genezareth ⁊ aſcendit
in vnã nauez ⁊ docebat de nauicula turbas.
Lu.v. Sic btũs Franciſcus dũ ſemel Gaie=
te in maris littore predicaret turbis irruen=
tibus pre deuotione in vnã herentẽ littori na
uiculã ꝓſilijt ſolus. que ſeipſam nulla ope lõ
gius a terra ꝓtraxit. tãdiu autem fixa in flu=
ctibus manſit. quouſqꝫ vir ſanctus turbis ex
ꝑctantibus in littore p̃dicauit. Finito ſermo
ne dataqꝫ bñdictõe populis nauicula ꝓprio
ductu ad locum ſuũ remeauit. Duodecimo
in multiplicatione. Nam xp̃s in deſerto mul
tiplicauit panes q̃nqꝫ ſibi oblatos vt ex illis
ſatiarent̃ q̃nqꝫ milia hoĩm. vt dicit̃. Joh. vi.
Sic btũs Franciſcus clam nauem quorũdã
mercatoꝝ conſcendens cum ſocio paupere
elemoſynã ſibi diuinitus oblatã adeo multi
plicauit vt oĩbus in naui exiſtentibꝰ ꝑ mẽ=
ſem ſuffecerit alias nihil habẽtibus. Deci=
motertio in receptione. Nam xp̃s libẽter pec
catores recipiebat ⁊ cũ eis mãducabat. Uñ
phariſei murmurabant dicẽtes, q: hic pecca=
tores recipit ⁊ mãducat cũ illis. Lu.xv. Sic
btũs Franciſcus ſpũ dei afflatus aduertens
quẽdam ex fratribus ſuis nimietate abſtinẽ
tie pene deficere. Unde tẽtatione diaboli fra
tri illi periculum iminebat. pius paſtor licet
eſſet nox vocauit fratrem appoſuit panem.
prioꝛqꝫ comedit ⁊ ad manducãdũ fratrẽ illũ
inuitauit. Unde vt dixit fratribus nõ cibus:
ſed caritas illum comedere coegit. etiam illũ
militem cõuertit qui cum ad prandium voca
uit. vt ſup̃ dictuz eſt. Decimoquarto in orõ=
ne. Nam xp̃us docuit diſcipulos ſuos orare
dicẽs. ſic ergo orabitis. Pater noſter qui es
in celis ſanctificet̃ nomen tuũ ⁊c̃. Math. vi
Sic btũs Franciſcus rogantes fratres ora
re ãmonuit dicens. Cuz orabitis dicite. Pa
ter noſter qui es in celis ſanctificet̃ nomen
tuum ⁊c̃. Et ad oẽs eccleſias dicite. Ado=
ramus te xp̃e ⁊ benedicimus tibi: q: per cru
cem tuã redemiſti mundum. qd̃ illi obſerua=
bant fideliter. Quindecimo in perfectione.
Nam xp̃us legem euangelicam maxime per
fectionis tradidit diſcipulis ſuis dicens. No
lite poſſidere aurũ neqꝫ argentuz neqꝫ pecu=
niam in zonis veſtris. non peram in via: ne=
qꝫ duas tunicas: neqꝫ calciamenta: neqꝫ vir=
gam. Mat.x. Btũs Franciſcus eandem re=
gulam tradidit fratribus ſuis. vt patet in re=
gula ſua. Unde cum quidam fratres ſui ver=
ſus partes ſyrie tranſfretaſſent: quidam ſa=
racenus pietate cõmotus pecuniã eis obtu=
lit ꝓ neceſſario victu. quibus recuſantibꝰ mi=
niſtrauit neceſſaria ſingula ⁊c̃. Decimoſex=
to in operatione. Nam xp̃s mittens diſcipu=
los ſuos in mundũ dedit eis virtutẽ operan
di miracula. vt dicit̃. Mat.x. Qui etiam con
firmabat legem ſuaz multis miraculis. Uñ
dicit̃ Marc.i. Stupebant ſuper doctrina eiꝰ
Erat eñ docẽs quaſi poteſtatẽ habẽs. btũs
Franciſcus regulam ſuã confirmauit multis
miraculis. vt pꝫ in legenda. pꝫ etiam ex vi=
ſione diuina de micis quibꝰ paſcebat fratres
ſuos. Septimodecimo in informatiõe. Nã
xp̃us informauit diſcipulos ſuos fugienduz
ocium ⁊ verba ocioſa. De oĩ eñ verbo ocio
ſo qd̃ locuti fuerint hoĩes reddent rõnem
in die iudicij ⁊c̃. Mat.xij. Btũs Franciſcus
ocium docuit eſſe fugiendũ. ⁊ rebellẽ carnez
⁊ pigram diſciplinis cõtinuis ⁊ fructuoſis la
boribus domandã. crebris cedendam flagel
lis. ⁊ vili pabulo ſuſtentãdaz. Unde dixit vo
lo fratres meos laborare ⁊ exercitari ne ocio
dediti per illicita corde aut lingua vagentur.
Et ſicut xp̃s non habuit lectũ in quo dormi
ret: ſed aut ſup̃ terrã aut aſſerem dormiebat
ſicut in naui dormiuit qñ mare fuit tempe=
ſtuoſum. Mat. viij. Sic btũs Franciſcus ſu=
per nudam humũ laſſato corpuſculo ſedens
dormiebat. ligno vel lapide ad caput poſito
Decimooctauo in correptione. Nam ſicut
xp̃s corripuit diſcipulos ſuos inter quos or
ta fuit cõtentio quis eoꝝ videret̃ eſſe maior
dicens eis. Qui preceſſor eſt in vobis erit ſi
cut miniſtrator. Luce. xxij. ⁊ Mat. xx. Sic be
atus Franciſcus hac de cauſa voluit vocari
fratres ſuos fratres minores ⁊ prelatos ſui
ordinis dici miniſtros vt verbo euãgelij vte
ret̃ qd̃ obſeruare ꝓmiſerat. Cũqꝫ dñs Hoſti
enſis q̃ poſtea fuit Gregorius nonus exq̃re
ret ab eo an ſibi placeret ꝙ fratres ſui ordi=
nis ꝓmouerent̃ ad eccl'iaſticas dignitates.
Rñdit. dñe minores ideo dicti ſunt ne p̃ſu=
mant fieri maiores. Decimonono in trãſfi=
guratione. Nã ſicut xp̃s vt cõfortaret diſcipu
los ſuos in lege quam eis tradiderat oñdit
gl'iam ſuã in tranſfiguratione corpis ſui co=
rã eis. Mat. xvij. Sic btũs Franciſcꝰ vt aĩa=
ret fratres ſuos ad obſeruantiã regule. raptꝰ
ſupra ſe in quodã ſecretiſſimo loco aſſumpꝭ
tribus ſocijs fratribus ſuis. ⁊ in quoddã mi

randuꝫ lumen totus abſoꝛptus eſt que circa ſe
⁊ filios ſuos futura erāt clare cōſpexit. Poſt
hoc reuerſus ad fratres ait. Cōfoꝛtamini in
dn̄o neqꝫ qꝛ pauci eſtis cōtriſtemini quia in
magnā multitudinē faciet vos creſcere deus
ſueqꝫ benedictiōis gr̄a multipliciter dilata-
bit. Uigeſimo in depoꝛtatione. Nam ſicut
xp̄s magno honoꝛe ⁊ laudibus venit hierl'm
vbi receptus eſt cum gaudio. Mat. xxi. Sic
btūs Franciſcus de loco nocerie Aſſiſiū per
ſolēnes nūcios ad hoc aſſiſinatis populi de-
uotione tranſmiſſos reductus eſt. Uigeſi-
moprimo in honoꝛatione. Nam ſicut turba
ſtrauit ramos arboꝝ ⁊ veſtimenta ſua in via
vt honoꝛē dn̄o exhiberet. Joh. xij. Sic quidā
vir de aſſiſio eruditus a dn̄o cū ꝑ ciuitatē ob
uiabat Franciſco deponebat palliū ſternebat
ipſius pedibus veſtimentū dicens eū. dignū
tali honoꝛe qui in ꝓximo ab omīb⁹ foꝛet ma
gnifice honoꝛādus. Uigeſimoſecūdo in cō
mendatione. Nam ſicut xp̄us in cena cōmē
dauit gregē ſuū patri. vt dicit. Joh. xvij. Sic
btūs Franciſcus anxio ſpū p̄ecatus eſt dn̄ꝫ
ꝓ filijs. cui rn̄ſum eſt a dn̄o. Ego vocaui ſer
uabo ⁊ paſcam. ⁊ alijs excidentib⁹ alios ſub
rogabo. ita vt ſi nati non fuerint faciaꝫ illos
naſci. Et q̄tiſcūqꝫ fuerit impulſibus pauper
cula hec religio cōcuſſa ſalua ſemꝑ meo mu
nere permanebit. Uigeſimotertio in cōfoꝛ
tatione. Nam ſicut xp̄s in oꝛto oꝛabat patrē.
⁊ apparuit ei angelus mira claritate confoꝛ-
tans eum. Luce. xxij. Sic btūs Franciſc⁹ in
quodā nemoꝛe clamoꝛoſis gemitib⁹ diuinaꝫ
ꝓ peccatoꝛib⁹ interpellans clementiā. deplo
rans etiā quaſi coꝛam poſitā dn̄icam paſſio
nē viſus eſt nocte oꝛās manibus ad moduꝫ
crucis ꝓtenſis toto coꝛpoꝛe ſubleuatus a ter
ra ⁊ nubecula quadā fulgente circūdatus vbi
incerta ſibi ⁊ occulta diuine ſapiētie reuelata
ſunt quaſi preſagia quedā future exaltatiōis

Uigeſimoquarto in exprobratione. Nam
ſicut xp̄us in ciuitate hierl'm in domo Anne
⁊ Cayphe multipliciter fuit deriſus. Math.
xxvi. Sic beatus Franciſcus in ꝑncipio ſue
cōuerſionis exiēs de fouea in qua aliquādiu
latuerat ⁊ abiecto pauoꝛe verſus ciuitatem
Aſiſij viam aggreſſus eſt. Quem cuꝫ ciues
cernerent facie ſqualidum ⁊ mente mutatuꝫ
ac per hoc alienatum putarent a ſenſu luto
platearum ⁊ lapidibus impetebant ⁊ tanꝙ̄
inſano ⁊ dementi clamoꝛoſis vocib⁹ inſulta
bant. ſed vir dei tanꝙ̄ ſurdus ꝑtranſibat pa-
ter aūt eius ꝑ tractū domi ꝑmo verbis dein
de verberib⁹ afflixit. Uigeſimoqn̄to in fla-
gellatione. Nam ſicut xp̄s fuit grauiſſime fla
gellatus in pretoꝛio pilati. Joh. xviij. Sic be
atus Franciſcus exiſtens in domo cuiuſdaꝫ
cardinalis fuit atrociter a demonibus verbe
ratus. Uigeſimoſexto in deductione. Nam
ſicut xp̄s fune ligato ad collū baiulans ſibi
crucē deductus eſt ad locū ſupplicij vbi tamē
ſalutifera verba aſtātibus dixit. Joh. xix. Sic
btūs Franciſcus ſpū dei inflāmatus in pla
tea ciuitatis Aſſiſij populo ſolēniter cōuoca
to cū multis fratribus quos ſecū adduxerat.
maioꝛē introiuit ecclēiam. funeqꝫ ad collū li-
gato. nuduꝫ cū femoꝛalibus ſolis in oculis
oīm ſe trahi precepit vſqꝫ ad lapidem in quo
malefactoꝛes plectendi ducebant. Sup quē
conſcendēs licet quartanarius eſſet ⁊ debilis
acerbi frigoꝛis tēpoꝛe. cum multo vigoꝛe ani
mi predicauit. Uigeſimoſeptimo in crucifi
xione. Nam ſicut xp̄s in monte caluarie cru-
cifixus fuit impreſſis in coꝛpus ei⁹ q̄nqꝫ vul
nerib⁹. Joh. xix. Sic btūs Franciſcus in mō
te aluerne ex viſione crucifixi ſeraphici q̄nqꝫ
vulnera in coꝛpus ſuum excepit. Uigeſimo
octauo in nudatione. Nam ſicut xp̄s nudus
in cruce remanſit vſqꝫ ad moꝛtem. Joh. xix.
Sic btūs Franciſcus moꝛti appꝛopinquās
ad ſanctā Mariaꝫ de poꝛtiūcula poꝛtari ſe fe
cit. vbi ſuper nudam humū in moduꝫ crucis
ſe totum nuduꝫ in ſpūs feruoꝛe ꝓſtrauit. fa-
cieqꝫ leuata ad celum. pſ. illū. Uoce mea ad
dn̄m clamaui ⁊c̄. vſqꝫ. Me expectāt iuſti do
nec retribuas mihi. oꝛando dixit. ſicqꝫ expi-
rauit. Uigeſimonono in penetratione. Naꝫ
ſicut xp̄s ianuis clauſis ad diſcipulos intra-
uit. coſqꝫ ſalutauit. ⁊ bn̄dixit. Joh. xx. Sic be
atus Franciſcus in arelatēſi capitulo cui in
terfuit ſanctus Anthoni⁹ de padua mira dei
v̄tute viſibilis apparuit in aere ſubleuatus
extenſis velut in cruce manib⁹ bn̄dicens fra
tres. Nouuꝫ miraculi genus ⁊c̄. Trigeſimo
in apparitione. Naꝫ ſicut xp̄s deſcēdit in ho
ſpitiuꝫ emaus in foꝛma peregrini vbi ad mē
ſam cū duob⁹ diſcipulis ſedit. Luc. xxiiij. Sic
btūs Frāciſcus in die paſce cū moꝛā faceret
in heremitoꝛio quodaꝫ valde ſecreto memoꝛ
illius qui diſcipulis eūtib⁹ in emaus ipō die
in ſpecie peregrini apparuit a ſuis fratrib⁹ vt
peregrinus ⁊ pauper elemoſynā petijt. Quā
cū accepiſſꝫ humiliter ſacris eos infoꝛmauit
eloquijs ꝙ tranſeuntes per mundi deſertuꝫ
tanꝙ̄ peregrini ⁊ aduene veriqꝫ hebꝛei paſca
dn̄i. i. tranſitū ex hoc mundo ad p̄rem in pau

pertate ſpūs ꝯtinue celebraret. Propter qȯ
mira conſolatione ſpūs repleti ſunt fratres.

¶ Decimo in chriſto ieſu va
let noua creatura. ſ. btūs Franciſcus ratione
ſublimationis. Eius enī gloria fuit preoſten
ſa quadrupliciter. Primo in ſede ſublimi vi
dit enī quidam frater ſocius beati Franciſci
ſedem vnam in celo ceteris digniorē precio
ſis ornatam lapidibus. ⁊ omī gloria refulgē
tem cui dictuꝫ eſt. Sedes iſta humili ſeruaꝫ
Franciſco. Secundo in ſtella vidit enī qui
dam ſocius eius animā illam ſanctiſſimam
ſub ſtelle prefulgide a candida ſubuectaꝫ nu
becula. ſup aquas multas in celum recto tra
mite ſurſum ferri. Tertio in luna plena. Vi
dit enī quidam ſocius eius animā illam ſan
ctiſſimam inſtar lune plene valde lucide in ce
lum attolli. diuerſis circūdatam fulgoribus.
Quarto in ſole refulgente. Vidit enī q̇daꝫ
ſocius animā illam ſanctiſſimā in ſpecie ſo
lis quē duodecim lucidiſſimi radij circunda
bant. Ideo dicit. Eccl. li. Quaſi ſtella matu
tina in medio nebule: ⁊ quaſi luna plena in
diebus ſuis lucet. ⁊ quaſi ſol refulgēs. ſic iſte
effulſit in templo dei. Et Iob. xxxi. Vidi ſolē
cum fulgeret ⁊ lunam incedentē clare: ⁊ leta
tus ſuꝫ in abſcōdito. Ecce quomodo in xp̄o
ieſu valet noua creatura. ſ. btūs Franciſcus.
hic per gratiā. tandē p gloriam. Amen.

In feſto ſcti Luce euāgeliſte. Sermo. lvi.

D Ignus eſt operari
us mercede. Luce. x. ⁊ in euan
gelio p̄ſentis ſolēnitatis. btūs
Paulꝰ apl̄s i Cor. iij. dicit ſic. Vnuſquiſqꝫ
ꝓpriā mercedē accipiet ſm ꝓpriū laborem.
Sup quo talē moueo q̇ōnē. vtrū btūs lucas
ſm ſuā v̄tuoſaꝫ operationē meruerit vite eter
glificationē. ad iſtā q̇ōnē rn̄dent duo docto
ctores noui teſti. Primꝰ eſt Matheus. xx.
dicēs. Voca oparios ⁊ redde illis mercedeꝫ
ſuam. Secūdus eſt Paulus. Ro. iiij. dicēs
Et q̇ operat merces nō imputat ſm grām ſ
ſm debitum. Sciendū ꝙ circa meritū vite
eterne. ponit ſctūs Tho. p̄ma ſecūde. q. cxv.
cōcluſiones q̄ttuor valde neceſſarias. Pri
ma cōcluſio eſt. Homo inquātū per ꝓpriam
voluntatē cooperat grē dei ſibi infuſe meret
a deo mercedē ſui laboris ⁊ operis. Patet. q̄
meritū ⁊ merces ad idē referunt. Id enī mer
ces dicit qȯ alicui recōpenſat ꝓ retributiōe
operis vel laboris quaſi quoddā preciū ipſiꝰ.
Vnde ſicut reddere iuſtū precium ꝓ re acce
pta ab aliquo eſt opus iuſticie. ita etiaꝫ recō
penſare mercedē opis vel laboris eſt actꝰ iu
ſticie. Iuſticia aūt eſt equalitas quedā. vt d̄r
v. ethi. Ideo ſimpliciter eſt iuſticia inter eos
quoꝝ eſt ſimpliciter equalitas eoꝝ vero quo
rū nō eſt ſimpliciter equalitas nō eſt ſimpli
citer iuſticia: ſed quidaꝫ modus iuſticie. ſicut
eſt quoddam ius paternū vel dn̄atiuū vt ibi
dem dicit. Et ideo in his in q̇bus eſt ſimpli
citer iuſtū ē etiā ſimplr rō meriti ⁊ mercedis
In q̇bꝰ āt ē ſm q̇d iuſtū: ē rō meriti ſꝫ q̇d. in
q̄tū ibi ſaluat rō iuſticie. Sic ei filiꝰ meret a
liq̇d a patre ⁊ ſeruꝰ a dn̄o. Manifeſtum eſt
aūt ꝙ inter deum ⁊ hoīem eſt maxima ineq̄
litas. In infinitū enī diſtant ⁊ totuꝫ bonum
hoīs eſt a deo. Vnde nō ē iuſticia ſm oīmo
dam equalitatē ſ ſm ꝓportionē quādaꝫ. in
quātū. ſ. vterqꝫ operat ſm modū ſuuꝫ. Mo
dus aūt ⁊ mēſura humane virtutis eſt a deo
Et ideo meritū hoīs apud deū eſſe non pōt
niſi preſuppoſita diuina ordinatiōe. ſ. vt hō
id cōſequat a deo per ſuam operationē qua
ſi mercedē ad qȯ deus ei v̄tutē operādi dedit
per liberum arbitrium ſic res naturales hoc
conſequūtur per proprios motus ⁊ operati
ones ad qȯ a deo ſunt ordinate. Vnde Ie
remie. xxi. dicit. Et merces operi tuo. ſcilicet
ſi dei ordinationeꝫ impleueris. Secūda cō
cluſio eſt. Nemo ſine gratia dei poteſt mere
ri vitam eternam. Patet. quia homo poteſt
conſiderari ſm duplicem ſtatum. ſcilicet ſm
ſtatum nature integre qualis fuit in Adam
ante peccatū. ⁊ ſic nō poteſt mereri abſqꝫ grā
vitā eternā. ſ. p pura naturalia. rō eſt q̄ meri
tum hoīs dependet ex preordinatione diui
na. Actus autem cuiuſcunqꝫ rei non ordina
tur diuinitus ad aliquid excedens proportio
nem virtutis que eſt principium actus. Hec
enim eſt ex inſtitutione diuine ꝓuidencie
vt nihil agat vltra ſuam virtutem. Vita au
tem eterna eſt quoddam bonum excedens
proportionem nature create q̄ etiaꝫ excedit
cognitionē ⁊ deſideriuꝫ eiꝰ. ſm illud i. Cor.
ij. Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in
cor hominis aſcendit. Ideo nulla creatura
eſt ſufficiens principium actus meritorij vi
te eterne niſi addatur aliquid ſupernatura
le ⁊ diuinum quod cōmuniter gratia dicitur.
Secundo poteſt conſiderari homo ſm ſta
tum nature corrupte. ſicut eſt in nobis ante
reparationem gratie. ⁊ ſic dico ꝙ nemo ſine

gratia poteſt mereri vitam eternā ꝓpter im
pedimentum peccati. Cum em̄ peccatū ſit q̄-
dam dei offenſa excludens a vita eterna. nul
lus in ſtatu peccati exiſtens vitā eternā pōt
mereri: niſi pri⁹ deo recōcilietur dimiſſo pec
cato. quod fit per gratiam. Ro. vi Gratia dei
vita eterna. Ex quo infringunt̄ octo errores
qui notantur in clementinis de hereticis. c.
ad noſtrā. Primus eſt ꝙ homo in vita pre
ſenti tantū ⁊ talem ꝑfectionis gradū poteſt
acquirere ꝙ reddetur penitus impeccabilis.
⁊ amplius in gratia ꝓficere nō valebit. Naȝ
vt dicunt. Si q̄s in gratia ſemper poſſet ꝓfi-
cere. tunc poſſet aliquis perfectior xp̄o inue-
niri. Secūdus eſt ꝙ nō oportet hoīem ieiu
nare aut orare poſt ꝙ̄ gradū perfectionis hu
ius fuerit aſſequutus. quia tunc ſenſualitas
eſt tam ꝑfecte ſpiritui ⁊ rōni ſubiecta. ꝙ ho-
mo poteſt libere corpori ſuo cōcedere quicq̄d
ei placet ⁊ libet. Tertius eſt ꝙ illi q̄ ſunt in
predicto gradu ꝑfectionis ⁊ ſpiritu libertat̄
non ſunt ſubiecti alicui obedientie humane.
nec tenentur ad aliqua p̄cepta eccleſie. quia
vt aſſerunt vbi ſpūs dn̄i ibi libertas. Quar
tus eſt ꝙ homo in vita preſenti tantam bea
titudinem poſſet aſſequi ſm oēm gradū ꝑfe
ctionis ſicut eam obtinebit in vita beata.

Quintus eſt ꝙ q̄libȝ intellectualis natura
in ſe eſt ita beata ꝙ non indiget lumine glo
rie ipām eleuante ad deū videndum ⁊ eo be
ate fruendum. Sextus eſt ꝙ exercere ſe in
actibus virtutū eſt actus homīs imperfecti.
⁊ ꝙ perfecta vita licentiat a ſe virtutes ⁊c̄.

Septimus eſt ꝙ mulieris oſculum cuȝ ad
hoc nō inclinet natura eſt mortale peccatuȝ.
Actus autē carnalis cū ad hoc natura incli
net nullum pctm̄ eſt. ⁊ maxime cū taleȝ actū
exercens de hoc temptatur. Octauus eſt ꝙ
in eleuatiōe corporis dn̄i noſtri Jeſu xp̄i nō
debet talis aſſurgere. nec ei reuerentiaȝ exhi
bere aſſerentes ꝙ eſſet quid impꝑfectionis ſi
quis a puritate ⁊ altitudine ſue cōtemplatio
nis tm̄ deſcenderet. ꝙ circa myſteriuȝ ſeu ſa-
cramentum eucharíſtie: aut circa paſſionem
humanitatis xp̄i aliqua cogitaret hec ibi.

Tertia concluſio eſt. homo in gr̄a conſtitu-
tus pōt mereri vitam eternaȝ de condigno.
Opus em̄ meritoriū homīs cōſideratur du-
pliciter. Vno mō ſm ꝙ ꝓcedit ex libero ar-
bitrio ⁊ ſm ſubſtantiaȝ opis. ⁊ ſic nō pōt ibi
eſſe cōdignitas ꝓpter maximā inequalitatē.
ſed eſt ibi congruitas ꝓpter quandā equali-
tatem ꝓportionis. Videt̄ em̄ cōgruū vt hoī
opanti ſm ſuā virtuteȝ. deus recōpenſet ſm
excellentiā ſue virtutis. Alio mō ſm ꝙ ꝓce
dit ex gr̄a ſpūſſancti. ⁊ ſic eſt meritorium vite
eterne de cōdigno. Sic em̄ valor meriti attē
ditur ſm virtutē ſpūſſancti mouentis nos in
vitā eternā ſm illō Joh. iiij. Fiet in eo fons
aque ſalientis in vitā eternā. Attendit̄ etiā
p̄cium opis ſm cōdignitatē gr̄e ꝑ quam ho
mo cōſors factus diuine nature adoptatur ī
filiū dei cui debet̄ hereditas ex ipſo iure ad-
optionis ſm illud Ro. viij. Si filij ⁊ heredeſ
Eſt em̄ ſpūſſanctus pign⁹ hereditatis nr̄e. ij
Cor. i. Quarta concluſio gr̄a in nobis eſt
p̄ncipium meriti ⁊ mercedis principalius ꝑ
charitatē ꝙ̄ per alias virtutes. Actus em̄ hu
manus habet rōnem meredi ex duob⁹. Pri
mo quidē ⁊ p̄ncipaliter ex diuina ordinatōe.
ſm ꝙ act⁹ dicit̄ eſſe meritorius illius boī ad
qō ho diuinitus ordinatur. vt dicit p̄ma con
cluſio. Secūdo vero ex parte liberi arbitrij.
ſcȝ inquātuȝ hō habȝ p̄ ceteris creaturis vt ꝑ
ſe agat volūtarie agens. Et ꝙ̄tum ad vtrūq̄
p̄ncipalitas meriti penes charitatē ↄſiſtit ꝓ
pter duo. Primo qꝛ vita eterna in dei frui-
tione conſiſtit. Joh. xvij Hec eſt vita eterna
vt cognoſcant ⁊c̄. Motus aūt humane men
tis ad fruitioneȝ diuini boni eſt ꝓprius act⁹
charitatis. ꝑ quā oīs act⁹ aliarū virtutū or-
dinantur in hūc finē. ſm ꝙ alie virtutes im-
perantur a charitate. ideo meritū vite eterne
p̄mo ꝑtinet ad charitatē ad alias autē virtu
tes ſcōario ſm ꝙ earū act⁹ a charitate īpant̄
Joh. xiiij. Si q̄s diligit me diliget̄ a p̄re meo
⁊ ego diligā euȝ ⁊ manifeſtabo ei meipſum.

Scōo qꝛ illō qō ex amore facim⁹ maxie vo
luntarie facim⁹. Vn̄ etiā ſm ꝙ ad rōneȝ me
riti req̄ritur ꝙ ſit voluntariū p̄ncipaliter me
ritū charitati attribuit̄. Fidei em̄ act⁹ non eſt
meritori⁹ niſi fides ꝑ dilectionē opet̄. vt dicit̄
Gal. v. Silr̄ act⁹ patiētie ⁊ fortitudis nō eſt
meritori⁹ niſi q̄s ex charitate hec operur. ſm
illud. i. Cor. xiij. Si tradidero corp⁹ meū ita
vt ardeā charitatē aūt nō hūero. nihil mihi ꝓ
deſt. hec Tho. Btūs Lucas maxia floruit
charitate quadruplr̄. Primo q̄a fuit plen⁹
ſpūſcō. vt dicit Hiero. in ꝓlogo ſup Lucam.
Qui ſemiat in eo charitatē. ſm illud Ro. v.
Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ nr̄is ꝑ ſpi
ritū ſcm̄ q̄ dat⁹ eſt nobis. Scōo qꝛ ardēti de
ſiderio ſociabat̄ xp̄o ꝑegrino. ſm Greg. Vn
Luce. xxiiij. dicit̄. Nonne cor noſtrū ardens
erat in nobis dum loqueret̄ nobis in via et
aperiret nobis ſcripturas. Tertio quia obſe

quium charitatis in xp̄o in via exhibuit. ſm Greg. cum dixit. Mane nobiſcum dn̄e q̄m adueſperaſcit ⁊c̄. Luce. xxiiij. Quarto quia gaudiū ceteris diſcipulis pre triſticia ⁊ timore in cenaculo clauſis retulit. ſm Grego. Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt hieruſalem ⁊c̄. vſq̄ ibi regreſſi ſunt hierl̄m ⁊c̄. ⁊ vſq̄ in fractione panis. Cum em̄ ſacramentū dominici corporis ⁊ ſanguinis ſit myſteriū maxime charitatis quo xp̄s coīcauit poſt reſurrectionem ſuā Lucam ⁊ Cleopham. ſignum eſt ꝙ hij duo diſcipuli ardebant ſumma charitate. ꝑ quos charitas dei ⁊ ꝓximi deſignatur. Vn̄ meruerūt videre xp̄m iam in carne glorificatū. Jō dr̄. Dignꝰ eſt operariꝰ mercede.

Dignus eſt operarius mercede.

- Superiorum.
- Angelorum.
- Prophetarum.
- Apoſtolorum.
- Occiſorum.
- Doctorum.
- Immaculatorum.

Primo dignus eſt operarius. ſ. beatus Lucas. mercede Superiorū. Sciendum ꝙ potiſſimū in lege noui teſtamenti eſt gr̄a ſpūſſancti. q̄ datur per fidē xp̄i Et ideo ꝑncipaliter lex noua eſt ipſa gratia ſpūſſancti que datur xp̄i fidelibus. Ro. iij. Vbi eſt gloriatio tua? excluſa eſt ꝑ quā legē. Factorū? nō. ſed per legem fidei. Ipſam eniꝫ fidei gratiam legem appellat. Et expreſſius Ro. viij. dicitur. Lex ſpūs vite in xp̄o Jeſu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Vn̄ auguſtinꝰ dicit in libro de ſpū ⁊ littera. ꝙ ſicut lex factorū fuit in tabulis lapideis. Ita lex fidei ſcripta eſt in cordibus fidelium. Et ibidē dicit. Sunt leges dei ab ipſo deo ſcripte ī cordibus ipſa p̄ſītia ſpūſſancti. Habet tamē lex noua quedam q̄ ſunt diſpoſitiua ad gratiam ſpūſſancti ⁊ ad vſum huius gratie pertinētia que ſunt quaſi ſecūdaria in lege noua. de quibus inſtitui oportuit fideles xp̄i tā circa credenda ꝙ̄ circa agēda. Ro. i. Non em̄ erubeſco euangelium. Virtus em̄ dei eſt in ſaluteꝫ omni credēti ꝓpterea neceſſariū fuit vt chriſtus eligeret quoſdam q̄ euangelium cōſcriberent: ꝙ̄tum ad ea q̄ pertinent ad gr̄am ſpiritusſancti. vel ſicut diſpoſitiua ꝙ̄tum quidē ad intellectū per fidē per quam daꝛ gr̄a ſpiritusſancti: ſicut pertinentia ad diuinitatem et humanitatem xp̄i. ꝙ̄tum vero ad voluntatē: ſicut pertinentia ad contemptum mundi. per quem hō fit capax gratie ſpiritusſancti. quaꝫ mundus. id eſt mundi amatores capere nō poteſt. Johan. xiiij. Vel ſicut ordinantia huius gratie vſum qui eſt in operibus virtutuꝫ ad que multipliciter ſcriptura noui teſtamēti exhortatur. Inter ceteros auteꝫ ad hoc miniſterium electos. ſ. beatus Lucas aſſumptus eſt qui fuit vnus de ſeptuagintaduobus diſcipulis quos chriſtus immediate genuit in eſſe fidei. vt Greg. dicit. Et eccleſia approbat dum hodie legit euangelium. Luce. x. ca. Deſignauit dominꝰ ⁊ alios ſeptuagītaduos diſcipulos. ⁊ miſit illos binos ante faciē ſuaꝫ in omnem ciuitatem ⁊ lo. quo. er. ip. ven. Cōuenienter autem ad chriſti euangelium conſcribendū aſſumptus eſt. q2 Lucas interpretatur conſurgens vel eleuans vel lux. Ipſe enim conſurrexit ab amore mundi omnia tēporalia relinquendo: eleuauit ſe in amorē dei cum a chriſto fuit electus. vt de eo dicatur illud Ecc̄. xv. c. Elegit eum ex omni carne ⁊ dedit illi cor ad precepta ⁊ legem vite ⁊ diſcipline docere Jacob teſtamentum. ⁊ iudicia ſua iſrael. ꝓpter quod fuit lux mundi eo ꝙ mundum illuminauerit vniuerſuꝫ. Mathei. v. c. Vos eſtis lux mundi Lux auteꝫ mundi eſt ſol qui habet in ſitu ſublimitatem. Ecc̄. xxvi. Sol oriens in mūdo in altiſſimis dei. In aſpectu delectabilitatem. Eccleſiaſtes. xi. Dulce lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolē. In motu velocitatem. ij. Eſdre. iiij. ca. Magna eſt terra ⁊ excelſum eſt celū. ⁊ velox curſus ſolis. In effectu vtilitatem. quia ſm philoſophum. homo generat hominē ⁊ ſol. Sic beatus Lucas habuit ſublimitateꝫ per celeſtium contemplationem. Luce. xi. Beati oculi qui vident que vos videtis ⁊c̄. Delectabilitatem per dulcem conuerſationem. Juxta illud. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Velocitatem per feruentem predicationem qui per totam Syriam verbuꝫ dei predicauit. vbi ꝙ̄ plurimos populos ad fidē xp̄i cōuertit. Vtilitatem per euangelij cōſcriptionē. quod quidem eſt autenticum quattuor modis. Primo patris eterni preordinatione. Jere. xxxi. Ecce dies veniunt dicit dn̄s. ⁊ feriā domui iſrael ⁊ domui Juda fedus nouū. nō ſm pactum quod pepigi cum patribus eorum ⁊c̄. Sed hoc erit pactum quod feriam cū domo iſrael. Poſt dies illos dicit dominꝰ. dabo legem meam in viſceribus eorum. vbi loquitur de doctrina euangelica. Secundo filij ſuper

ni corroboratione. Luce. xxi. Celum ⁊ terra tranſibunt. verba autem mea non tranſibūt. quoniam vſq; in finem ſeculi ſunt duratura. Math. xxiiij. Predicabitur euangelium hoc regni in vniuerſo orbe. ⁊ tunc veniet conſummatio. Nam predicatio euangelij xp̄i poteſt intelligi duobus modis. Uno modo quātū ad diuulgationē noticie xp̄i. ⁊ ſic predicatū fuit euangelium in vniuerſo orbe etiam tēpore apoſtolorum. vt Criſoſtomus dicit. et ſcd̄m hoc quod additur ⁊ tunc erit conſummatio. intelligitur de deſtructione Hieruſalem. de qua tunc ad litteraꝫ loquebatur. Alio modo poteſt intelligi predicatio euangelij in vniuerſo orbe cum pleno affectu ita ſcꝫ ꝙ in qualibet gente fundetur eccleſia. quod quideꝫ erit poſt perſecutionem antixp̄i. Sicut Auguſtinus dicit in epiſtola ad Eſichium. Nondum eſt predicatum euangelium in vniuerſo orbe ſed hoc facto veniet conſummatio mundi.

Tertio ſpiritusſancti inſpiratione. Unde Hierony. in prologo ſuper Lucam dicit. Sācto inſtigāte ſpiritu in achaia hoc ſcripſit euangelium. Quarto eccleſie xp̄i approbatione qui iuſſit illud legi ꝑ omnes eccleſias. Or ergo beatus Lucas fuit operari⁹ xp̄i miſſus ab eo in meſſem ſuā. Ideo dignus eſt remunerari mercede ſupernoꝝ. ſ. beatifica viſione patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. ⁊ gaudijs oīum beatorum.

¶ Secundo dignus eſt operarius. ſ. beatus Lucas mercede Angelorū. Unde Apoc. xiiij. dicitur. Uidi alterū angelum volantem ꝑ mediū celum habentē euangelium eternū vt euangelizaret ſedentib⁹ ſuꝑ terram ⁊ ſuper omnē gentem ⁊ tribum ⁊ linguaꝫ ⁊ pp̄lm dicēs voce magna. Timete deū ⁊ date illi honorem q: venit hora iudicij ei⁹. Et adorate eū qui fecit celuꝫ ⁊ terrā: mare ⁊ oīa que in eis ſunt. ⁊ fontes aquarū hec ibi. Iſte eñ angelus fuit beatus Lucas. quia ſicut in angelo tanꝙ in ſpeculo relucent archana diuine ſapientie. Sic in beato Luca relucent ſacramēta fidei catholice. Uere eñ dicitur angelus ꝓpter quattuor. Primo ratōe reuelationis. Nam vt dicit Dyo. iiij. ca. Cele. hierar. diuina debent ferri ad homīes mediātibus angelis. Unde lex vetus data fuit per angelos in manu mediatoris. Gal. iij. Et ſtephanus dicit Act. vij. Accepiſtis legem in manu mediatoris. Licet eñ ſoli⁹ ꝑncipis ſit ſua auctoritate legeꝫ inſtituere. tū qñq; legē inſtitutā ꝑ alios ꝓmulgat. Et ita de⁹ ſua auctoritate legē inſtituit. ſed ꝑ angelos promulgauit. ita etiā vt ordine quodaꝫ doctrina xp̄i ad omēs ꝑueniret: ipſe diſcipulos ſuos immediate docuit. qui poſtmodū alios ꝟbo ⁊ ſcripto docuerunt. Prouer. ix. Miſit ancillas ſuas ꝓuocare ad arcē. Ideo beat⁹ Lucas q̄ legem xp̄i nobis ꝟbo ⁊ ſcripto tradidit. eſt velut angelus medi⁹ inter deum ⁊ nos. ſcd̄m illud Malach. ij. Legē xp̄i. ſ. requirūt ex ore ei⁹ q: angelus dn̄i exercituū eſt. Scd̄o rōe annunciationis. Nā vt dicit Dyo. iiij. ca. cele. hierar. Diuinū ieſu benignitatis myſteriū. angeli ꝑmūꝫ edocti ſūt. poſtea ꝑ ipſos ad nos cognitionis gr̄a tranſiuit. Sic ergo diuiniſſimus Gabriel Zachariā quidē docebat ꝓphaꝫ eē futurū ex ipſo. Mariā aūt quō in ipſa fieret thearchicū ineffabilis dei formatiōis myſterium. Sicut aūt ſolus angelus virgini hec ſacramēta annūciauit. ſic ſolus Lucas hec myſteria nobis reuelauit. Uñ Hiero. in ꝓlogo ſuꝑ Lucā dicit ſic De hinc in ꝑncipio euangelij ſui Iohis natiuitate ꝑ̄ſumpta cui euangeliū ſcriberet. ⁊ in quo electus indicaret. cōteſtans in ſe cōpleta eſſe q̄ eſſent ab alijs inchoata ⁊c̄. Tertio rōne cognitiōis. Nā corpus xp̄i eſt panis angeloꝝ. ps. Panē angelorum mādúcauit hō. quoꝝ beatitudo eſt in plena deguſtatiōe ipſius ꝑ beatificā cognitionem. Sic beat⁹ Lucas velut angelus deguſtauit ꝑmo hūc panē in quo plene cognouit ſacramentū dn̄ice reſurrectionis. Luc. xxiiij. Cognouerūt dn̄m in fractiōe panis. Quarto rōne inuitatiōis. Uñ Apoc. xix. dicit. Uidi vnū angelum ſtantē in ſole ⁊ clamauit voce magna oībus auibus q̄ volant ꝑ medium celū dicens. Uenite ⁊ cōgregamini ad cenā dei magnā ⁊c̄. Iſte angelus eſt btūs Lucas q̄ ſtat in ſole. i. in plena ⁊ ꝑfecta cognitiōe ſacramēti euchariſtie ſuꝑ omēs euāgeliſtas q: ſacramētum euchariſtie in quo fuit ſumma benignitas demonſtrata. diligentiſſime i ſuo euāgelio patefecit. ideo dignus fuit paſci tali pane velut mercede angelorum.

¶ Tertio dignus eſt operarius mercede Prophetarum. Sciendū ꝙ ꝓphete aſſimilant btm̄ Lucā quattuor. Primo euangeliſte. Uñ Eſa. xli. dr̄. Prim⁹ ad ſyō dicet Ecce aſſum. ⁊ hierlm euāgeliſtam dabo. Recte btūs Lucas fuit euangeliſta q̄ opus euāgeliſte ꝯpleuit ij Thimo. iiij Tu vero vigila in oībus labora. Opus fac euangeliſte.

Qđ quidē eſt euangelium p̄dicare. Eſa. xl. c. Super montē excelſum aſcende tu q̄ euangeliżas ſyon. Exalta in fortitudine vocē tuā q̄ euangeliżas hierl'm. Exalta noli timere. Dic ciuitatib' iude. Ecce deus veſter ꝛc. Op' euangeliſte eſt euangeliū ſcribere. Opus euangeliſte eſt ſm euangeliū viuere. Beatus Lucas euangeliū p̄dicauit in Syria. in Anthiochia in Alexandria. Unde fuit ep̄s alexādrinus euangeliū ſcripſit. Scd̄z euangelia vixit imitat' xp̄m. q̄ cepit facere ꝛ poſtea docere. Act. i. Secūdo aſſimilatur boui. Ezechie. i. Facies bouis a ſiniſtris ipſorū quattuor. Et Apoca. iiij. Secūdum aīal ſimile vitulo. Inter cetera ſancta aīalia btūs Lucas p̄ bouez ſiue vitulū deſignat̄. Bos em̄ q̄tum ad q̄ttuor comendatur. Primo q̄tum ad ſacrificiū quia deo in ſacrificiū in tēplo imolabat̄. Sic btūs Lucas. d̄r bos rōne ſacrificij. q2 circa tēplum ſemp̄ imoratus fuit. ꝛ in p̄ncipio ſui euangelij. agendo de Zacharie imolatiōe. p̄curſoris in tēplo annūciatione ꝛ Marie in templo purificatione. In medio agendo de xp̄o duodēne in tēplo remanēte. ꝛ poſtmoduz in templo p̄dicante. In fine p̄ diſcipulos dn̄i in tēplo laudantes. cōſūmando. Secūdo bos cōmendat̄ quo ad inceſſum q2 nō ſaltādo vadit. ſed mature incedit. Unde Greg. ſup illō Ezech. i. Planta pedis quaſi planta pedis vituli. dicit. ſ. mature incedens. fortis ꝛ diuiſa. Sic btūs Lucas in ſuo euāgelio inceſſit mature introducēdo p̄curſorez regis. poſtea cōceptionē regis De cōceptiōe p̄ceſſit ad natiuitatez. de natiuitate ad infantiā. de infantia ad pueritiā. de pueritia ad iuuentutē. deinde ad ſuā cōſummationē. Inceſſit fortiter. quia alij euangeliſte fortiter inceperunt ſed nō fortiter finierūt. quia Matheus ꝛ Johes nihil agunt de aſcenſione. Marcus nihil de iudiciaria p̄tāte Lucas aūt omia iſta p̄ſequitur. Inceſſit diuiſim. q2 narrationez p̄curſoris et regis nō cōmiſcuit. ſed diuiſim poſuit. Agēs em̄ de annunciatione p̄curſoris accedit ad annūciationē regis. Agens de natiuitate p̄curſoris. accedit ad natiuitatē regis. Agens de predicatione p̄curſoris. accedit ad predicationē regis. Tertio bos cōmendatur quātum ad manſuetudinem. q2 iugo p̄ſſus ſtimulo agitatus. clamorib' laceſſitus nō murmurat. nō reclamat. Sic beat' Lucas p̄ſſus iugo pn̄ie. agitat' ſtimulo p̄ſecutiōis tyrānice. laceſſitus clamorib' iniurie nō murmurauit. ſed patientiā ſeruauit. ſm illud. Nō murmur reſonat nō q̄rimonia ꝛc. Quarto bos cōmendatur q̄tum ad laborem ꝛ vtilitatez. Eſt enim aīal valde laborioſum ꝛ vtile.

Sic beatus Lucas fuit laborioſus ꝛ vtilis deſcribendo viā ꝛ formā p̄ueniendi ad vitaz eternam. Eſt em̄ liber ſuus. ſ. euangelij. de q̄ dicit̄ Ezech. ij. Liber erat ſcriptus intus ꝛ foris. ꝛ ſcripte erant in eo lamētationes. ꝛ carmen. ꝛ ve. Hic liber euangelij bti Luce ē ſcriptus intus p̄ p̄fundi myſterij occultationez ꝛ foris p̄ hyſtorie aptionem. in quo cōtinet̄ lamentum paſſionis, carmen reſurrectionis. ꝛ ve eterne dānationis. vt p3 xi. ca. vbi mlta ve ponūtur. Tertio aſſimilat̄ medico. Unđ Coll'. iiij. dicitur. Salutat vos Lucas medicus chariſſimus. Recte em̄ fuit medicus. de quo Ezech. xlvij. dicit̄. Erunt fructus eius ī cibum: ꝛ folia in medicinā. quia in euangelio ſuo ponit vnguēta p̄cioſa ꝛ ſuauia que ſunt exēpla peccatoꝝ cōuerſoꝝ. ſicut de Magdalena. de Matheo publicano. de filio p̄digo. de publicano. de Zacheo. de latrone cōuerſo. Ideo Hiero in p̄logo ſup actus apoſtolorū dicit. Lucam ita diuina ſubſecuta eſt gr̄a vt nō ſolum corporibus: ſed etiā aīabus ei' p̄ficeret medicina. Et Ecc̄. xxxv. Unguentari' faciet pigmenta ſuauitatis. ꝛ vnctiones faciet ſanitatis. Quarto aſſimilatur fluuio ſm illud Ecc̄. xxiiij. Ego quaſi fluuius dorix. Exiui de paradiſo dei mei. Dorix interp̄tatur medicamentū. ꝛ ſignat q2 euangeliū bti Luce eſt ſplendidū ꝛ medicinale lumīe fidei. ꝛ medicina charitatis. Un̄ ſicut Naamā ſyrus mundat' fuit a lepra in fluuio. vt d̄r. iiij. Reg. v. c. Sic Lucas docet in euāgelio ſuo qualit̄ peccatoꝝ d3 curari a lepra. ſ. inobediētie que fuit Symonis. Luc. vij Sup̄bie ꝛ ingratitudīs. ſc3 decem leproſorum. Luce. vij. Et ſic p3 ꝛc.

¶ Quarto dignus eſt operius. ſ. btūs Lucas mercede aploꝝ3. Unde in ſermone qui legitur de eo in eccleſia dicit̄ ſic. Lucas inter angeloꝝ ꝛ apoſtolorum choros atq3 candentia virginū lilia. ꝛ imarceſſibiles martyrū roſarum flores coruſcat. Ipſe em̄ coruſcat inter ap̄los quattuor modis

Primo rōne euangelice narratōis. Cū em̄ btūs Lucas nō fuerit in oībus actibus ꝛ miraculis xp̄i ſuū euangeliū ſcripſit. ſm quod apoſtoli qui p̄ſentes fuerant ſibi intimauerūt ꝛ retulerūt. ſicut ip̄e in p̄logo ſuo inſinuat dicens. Sicut tradiderūt nobis q̄ ab initio ipſi viderūt ꝛ miſtri fuerūt ſermonis. Uiſum eſt

⁊ mihi aſſequuto a principio oīa diligēter
ex ordine tibi ſcribere optime Theophile. vt
cognoſcas eorum verboꝝ. de quibus erudit⁹
es veritatem. Secūdo rōne apoſtolice ope
rationis. Nam actus apoſtoloꝝ cōſcripſit vt
animaret noſtram operatiuam ad meritoriā
actionem oſtendendo qualiter apoſtoli fue-
rūt fortes ad bene operādum. ⁊ ad quodlibꝫ
aduerſum ſuſtinēdum. Unde Hieroñ. in ꝓ-
logo ſuper Lucam dicit. Cui Luce non īme-
rito etiam ſcribendoꝝ apoſtoloꝝ actuū pote
ſtas in miniſteriū datur. ꝙ legētibus acreq-
rentib⁹ deum breui volui ſermone cōprehē
dere ꝙ ꝓlixius aliquid faſtidiētib⁹ ꝑdidiſſe
Tertio rōne lucide apparitionis. Nam ei⁹
euangeliuꝫ preclare approbat btūs Paulus
quādo ad cōfirmationem dictoꝝ ſuoruꝫ Lu
ce euangeliuꝫ adducit. Unde Hieroñ. lib. de
viris illuſtribus dicit. Quidam ſuſpicantur
quotienſcūqꝫ Paulus in epiſtolis ſuis dicit.
ſm euāgeliū meū. de luce ſignificare voluiſſe
qr ipſe dicit. ij. Coꝛ. viij. Miſimus fratrē no
ſtrum ſcilicet Lucam. ſm glo. cuius laus eſt
in euangelio per omnes eccleſias. Etiam vt
Hieroñ ſuper epl'a ad Heb. in ꝓlogo dicit.
Hanc epiſtolam fert apoſtolus ad hebreos
conſcriptā hebraica lingua miſiſſe cuius ſen
ſum ⁊ ordineꝫ retinens. Lucas euangeliſta
poſt exceſſum beati Pauli apl'i greco ſermo
ne compoſuit. Quarto rōne fidelis aſſocia
tionis. Nam Paulo in omībus tribulationi
bus ſemꝑ adheſit ⁊ ab eo nunꝙ diſcedens
eidem in predicationis ſubſidiū fuit. ij. Thi.
iiij. Lucas eſt mecum ſolus. In hoc ꝙ dicit
mecum. ſcilicet tanꝙ adiutor ⁊ defenſor. No
tatur qualiter ſibi ſubſidium preſtitit, in hoc
ꝙ dicit ſolus. notatꝰ ꝙ conſtanter eidē adhe
ſit. ij. Coꝛ. viij. Ordinat⁹ eſt. ſ. Lucas ab ec-
cleſijs comes peregrinatiōis noſtre in hanc
grām que miniſtratꝰ a nobis ad dñi gl'iam ⁊
deſtinatā voluntatem noſtram.

## ❡ Quinto dignus eſt opera

rius. ſ. btūs Lucas mercede occiſorum. Uñ
in ſermone q̄ legitꝰ de eo per omēs eccleſias
dicitꝰ ſic. Martyriuꝫ ſuo corpori aſſiduis la-
mentationibus crebriſqꝫ vigilijs mēbra ſua
macerās ipſe induxit. Xp̄s em̄ elegit lxxij. di
ſcipulos qr deus accepit de ſpū Moyſi. ⁊ de
dit ſeptuaginta duobus viris qui regerent
populum cum Moyſe. vt dicitur Nume. xi.
Etiam ſeptuagintaduas palmas inuenerūt
filij iſrael in deſerto. Unde dicitur. Exodi. xl.
Preterea mundus diuiſus eſt in ſeptuagin-
taduas linguas. quibus diſcipuli chriſti debe
bant predicare euangelium. Unde Damaſ.
papa. vt habetꝰ. diſtin. lxviij. ca. Coꝛ epiſcopi.
dicit ſic. Non amplius ꝙ duos ordines inꝰ
diſcipulos dñi eſſe cognouim⁹. i. duodecim
apoſtoloꝝ ⁊ ſeptuagintaduoꝝ diſcipuloꝝ. ⁊
Anacletus papa. vt dicitꝰ diſtin. xxi. ca. in no
uo. dicit. Uidentes autem ipſi apoſtoli meſ-
ſem eſſe multam ⁊ operarios paucos roga-
uerunt dñm meſſis vt mitteret operarios in
meſſeꝫ ſuam. Unde ab eis electi ſunt ſeptua
gintaduo diſcipuli. hec ibi. Inter quos fuit
btūs Lucas q̄ fuit dat⁹ ab vniuerſa eccl'ia co
mes btī Pauli ad predicāduꝫ verbū dei. Hic
em̄ multas ꝑſecutiōes flagella ⁊ ꝟbera atqꝫ
acerrima tormēta cuꝫ btō paulo ꝓ noīe xp̄i
ꝑpeſſus ē. vñ dr̄ ī collecta. q̄ crucē mortificatoꝫ
iugiter ī ſuo corꝑe ꝓ tui noīs amore portauit

## ❡ Sexto dignus eſt opera-

rius. i. btūs Lucas mercede doctoꝝ. vñ btūs
Hiero. in epl'a ad Paulinū dic. Oia ꝟba ſua
aīe languētis ſunt medicina. ⁊ in ſmone q̄ le
gitꝰ ꝑ oēs eccl'ias de eo dr̄ ſic. Btūs Lucas ve
lut in ſignis lucifer ab oriētalib⁹ renitēs nob
lumē fidei ⁊ celeſtis itineris patēter ſcādere
callē demōſtrat. ⁊ btūs Amb. ſuꝑ Luc dic ſic
Lucas oēs ſapie ꝟtutes, euāgelij ſui ꝯplectitꝰ
hiſtoria. docuit eī naturalia cū de ſpūſcō dñi-
cā incarnatōꝫ extitiſſe reſerauit. vñ ⁊ Dauid
naturalē docēs ſapiaꝫ ait. Emitte ſpm̄ tuū ⁊
crea. ⁊c̄. Itē cū docuit tenebras ī xp̄i paſſiōe
fcās. terrā tremuiſſe ſolē radios abſtraxiſſe.
docuit moralia cū in ipis btitudinib⁹ mores
docuit. docuit rōnabilia cū ait. Qui fidelis ē
in minīo ⁊ in magno fidel' ē. ſine hac triplici
ſapia. ipſa fides. ipm̄ miſteriū trinitatꝭ eē nō
pōt. h̄ eſt naturali. rōnali. morali. hec Amb

## ❡ Septimo dignus eſt ope

rarius. i. btūs Lucas, mercede immaculato-
rum. Sciendū ꝙ btūs Lucas īmaculataꝫ
habuit vitā quadrupliciter Primo per inno
centiā. Hieroñ. in ꝓlogo ſuper actus apl'oꝝ
dicit. Sine crimine domino maluit ſeruire.
Secundo per continentiam. Idem vbi ſu-
pra. Paulū ſequutus eſt aplm vſqꝫ ad cōfeſ
ſionē fidei in ꝟginitate ꝑmanēs. Tertio ꝑ
intelligentiā. Nam ſecreta ineffabilia q̄ ange
lus ⁊ ſola ꝟgo ſciebat: ſolus Lucas diſſeruit
Unde Bern. ait. Ideo conceptus Elizabeth
nunciatꝰ Marie vt dum nunc ꝑcurſoris nūc

ſaluatoris edocetur aduent⁹.rerū tēpus ⁊ ordinem tenens.ipa poſtmoduȝ melius Luce ſcriptori ac pdicatori euangelij referet veritatem.q pene de oībus a pncipio celitus fuerat inſtructa myſterijs.hec ille. Unde etiā beatus Lucas ſm Damaſcenum.imaginē beate virginis depinxit que rome habetur.

Quarto p pſeuerantiaȝ.Hieronym⁹ vbi ſupra.Lucas octoginta ⁊.iiij.agens etatis annos:in Bithinia de ſeculo noſcitur emigraſſe. Unde meritis ſuis nos adiuuat.quia cuȝ xpiani a turcis eſſēt obſeſſi apparuit eis vir quidā lucidus ⁊ coruſcās.dicens ſe eſſe Lucam euangeliſtam pcipiens xpianis vt contra hoſtes ad bella pcederent. Sed cum illi trepidarent ante eos ſe poſuit et victoriā magnam fecit.ij.Machab.xv.Hic eſt fratruȝ amator ⁊ ppli iſrael.hic eſt q̄ ⁊c. Amen.

¶ In feſto ſancte Urſule virginis ⁊ martyris.Sermo.lvij.

Intrauerunt cū ſpōſo ad nuptias. Math.xxv. ⁊ in euangelio pſentis ſolennitatis.

Beatus Bernardus ſermōe.xxxij.ſup cantica.dicit ſic.Magnis ſpiritib⁹ magn⁹ occurret ſponſus.⁊ magnificabit facere cum eis.emittens lucē ſuā ⁊ veritatē ſuā.eoſq̄ adducens ⁊ deducēs in montē ſanctū ſuū ⁊ in tabernacula ſua.Regē in decore ſuo videbūt oculi eius q̄ imitatus eſt preeūtem ſe ad ſpecioſa deſerti.ad flores roſarū ⁊ lilia cōuallium. ad amena ortorum ⁊ irrigua fontiū ad delitias cellarioꝝ ⁊ odoramēta aromatū.poſtremo.ad ipſa ſecreta cubilia. Iſti ſunt theſauri ſapientie ⁊ ſcientie penes ſponſum abſcōditi.hec vite paſcua.hee nuptie preparate in refectionem aīarum ſanctarū.Beatus vir qui impleuit deſideriū ſuū ex ipſis.hec ille. Super quo talē moueo q̄ſtionē.Utrū btā Urſula collegio ſue ſocietatis obtinuit aureolā dedicate xpo virginitatis. Ad iſtam q̄ſtionē rn̄dent tres doctores noui teſtī. Primus ē btūs Auguſtin⁹ in glo.ſup illud Exo.xxv.c. Facies aliā coronā aureolā ⁊ c.dicēs ſic.Ad coronā ptinet canticū nouuȝ qđ virgines corā agno concinūt.q̄ ſequūtur agnū quocūq̄ ierit. Secundus eſt Beda.in glo.ſup illud Eſa.lvi.Hoc dicit dn̄s Eunuchis q̄ tenuerit fedus meū dabo eis in domo mea locū ⁊ nomen meli⁹ a filijs ⁊ filiab⁹ dicēs ſic.Propriā gliam excellentemq̄ ſignat. Tertius eſt ſanctus Thomas.iiij.ſentē.diſti.xlix. dicens ſic. Omne meritū actui virtutis debetur a charitate imperato.Uirginitas aūt ſm hoc ad genus virtutis ptinet.ſm q̄ ppetua incorruptio mētis:⁊ corporis ſub electiōe cadit.Et iō illis tm̄ virginibus aureola debet que ppoſitum habuerunt virginitatis ppetuo conſeruande.ſiue hoc ppoſitum voto firmauerint ſiue nō.Et hoc dico ſm q̄ aureola pprie accipitur vt premiū quoddā merito debitū quāuis hoc ppoſitum aliquādo fuerit interruptum.integritate tamē carnis manēte dūmodo in fine vite inueniat.quia virginitas mētis reparari poteſt q̄uis non virginitas carnis.hec Tho. Sciendū q̄ q̄ vult intrare cū ſpōſo ieſu xpo ad celeſtes nuptias p duodecim portas q̄ ſunt duodecim dona grarum: oportet q̄ ingrediatur. Unde Apoc̄.xxi.dicitur.Uidi ciuitatē ſanctaȝ et habebat murū magnū ⁊ altū:hn̄tem portas duodecim.Iſte murus eſt angeloꝝ cuſtodia.q̄ indignos phibent ab ingreſſu illius ciuitatis. Porte ciuitatis ſunt dona grarum q̄ nobis ſuggerūt: p que ingredimur ciuitatem illā. Ab oriente porte tres. Prima eſt contēptus bonoꝝ temporalium Deuterono.i. Paruuli de quibus dixiſtis q̄ preda hoſtiū forēt.ipſi ingredientur terrā.Unde ſupbi nō intrant.Eſaie xxxviij.Hoc dicit dn̄s de rege aſſirioꝝ nō intrabit ciuitatē hāc.Et Math.xviij.Niſi efficiamini ſicut paruuli nō intrabitis in regnū celoꝝ. Secūda porta eſt cōfeſſio peccatoꝝ. ps.Introite portas eius in cōfeſſiōe. Exemplum de latrone cōfitente.cui dictū eſt Luce xxij.Hodie mecuȝ eris in paradiſo. Tertia porta eſt ſatiſfactio delictoꝝ.Eſa.xxvi.Apetite portas ⁊ ingrediat gens illa.ſ.q̄ facit iudicium de ſeipſa.puniendo ſe p peccatis.Exemplum de Zacheo Luce.xix.de his tribus portis dicit Ezech.xlviij.Ab oriente porte tres Porta Dan.Porta Beniamin.Porta Ioſeph.Dan interpretatur faciens iudiciū.⁊ ſignificat eū qui nō querit ppriam gliam.Iohan.viij.Ego gliam meā non quero.Beniamin interpretatur fili⁹ dextre.⁊ ſignificat cōfitentem.ps.Me ſuſcepit dextera tua.ſ.p cōfeſſionē.Ioſeph interpretatur additamentū ⁊ ſignificat ſatiſfacienteȝ qui addit opera bona in compenſationem maloꝝ. Ab auſtro porte tres. Prima eſt caſtitatis mundicia. Apoc̄.xxi.Nihil coinquinatum ⁊ abhominationem faciens intrabit in illam.Exemplum de Aaron.Exo.xxviij.Facias femoralia quibus vtentur filij iſrael.qn̄ ingreſſuri ſunt ta

bernaculum. Et Nu.xxv. Purificati intrabit
caſtra. Secunda porta eſt ciborum abſtinē
tia. Leuit.x. Om̄e quod inebriare poteſt nō
bibes tu ⁊ filij tui: quando ingreſſuri eſtis ta
bernaculuꝫ teſtimonij Ezech xliij. Uinū nō
bibet omnis ſacerdos: quando ingreſſurꝰ eſt
atrium interius. Tertia porta eſt operū in
nocentia. Prouer.xxx. Stellio manibus niti
tur: ⁊ moratur in edibus regis. De iſtis tri
bus portis dicitur Ezech.xlviij.ca. Ab auſtro
porte tres. Porta Zabulon. Porta Symeō
Porta Iſachar. Zabulon interpretatur ha
bitaculum pulcritudinis. ecce caſtitas. Sy
meon interpretatur exaudibilis. ecce abſtinē
tia. Iſachar interpretatur vir mercedis. ec
ce ſancta exercitatio. Ab aqlone porte tres
Prima eſt ſuſtinentia pſecutionum. Hebr.
iiij. Ingrediemur enim in requiē nos qui cre
dimus. Et.ij. Reg v. Cecus ⁊ claudus non
intrabunt in templum dn̄i. Secūda eſt pa
tientia tribulationuꝫ. Luce.xxiiij. Nonne ſic
oportuit xp̄m pati. ⁊ intrare in gloriam ſuaꝫ.
Tertia eſt diligētia offenſionū. ſ. inimicos
diligendo. Eph.i. Ambulate in dilectione ſi
cut ⁊ xp̄us dilexit vos. De iſtis tribus por
tis dicitur Ezech.xlviij. A ſeptentrione por
te tres. Porta Ruben. Porta Iuda. Porta
Leui. Ruben interpretatur preuidens p̄n
cipium. ecce perſecutio propter fidem. Iu
da interpretatur glorificans. ecce patientia.
Leui interpretatur appoſitus. ecce charitaſ
que debet apponi tribulatiōibus. perſecutio
nibus. hoſtibus. Ab occidente porte tres.
Prima eſt elemoſynarum largitio. p̄s. In
troibo in domū tuā in holocauſtis ⁊c. Pro
uerb xviij Donū hominis dilatat viam eius
⁊ ante principes ſpaciū ei facit. Ideo excludi
ditur auarus. Mathei.xix. Facilius eſt Ca
melum per foramen acus intrare q̄ diuitem
intrare in regnuꝫ celoꝝ. Secunda porta eſt
paſſionis xp̄i meditatio. Gen̄.xxiiij. Ingre
dere benedicte dn̄i quod fuit dictū helyeſer.
quod interpretatur dei mei ſanctificatio. He
bre.ix. In ſecundo tabernaculo ſolus ponti
fex introibat nō ſine ſanguine. Tertia por
ta eſt bonorum celeſtium adeptio. Hebreo.
vi. Confugiamus ad tenendam ſpem quam
ſicut anchoram habemus aīme tutam ac fir
mam. ⁊ incedentem vſqꝫ ad interiora vela
minis vbi precurſor introiuit p nobis Ieſus
De iſtis tribus portis dicitur Ezeche.xlviij.
Ab occidente porte tres. Porta Neptalim
Porta Gad. Porta Aſſer. Neptalim inter
pretatur dilatauit me. ecce pietaſ. Gad inter
pretatur temptatio. ecce paſſio chriſti. Aſſer
interpretatur beati erunt. ecce ſpes. Ideo A
pocalip. vlti. ca. dicitur. Beati qui lauant ſto
las ſuas vt ſit poteſtas eorum in ligno vite.
⁊ per has portas intrent in ciuitateꝫ. Bea
ta Urſula feſtinauit ingredi in ciuitateꝫ ſum
mi regis per has portas cum collegio ſue ſo
cietatis. p̄s. Adducentur regi virgines poſt
eam. proxime eius afferētur tibi in leticia et
exultatione adducentur in templum regis.
Ipſa autem velut regina aſtitit a dextris eiꝰ
in veſtitu deaurato circundata varietate. qm̄
inclinauit aurem ſuaꝫ ad legem xp̄i ⁊ oblita
eſt domuꝫ patris ſui ideo concupiuit rex ſpe
ciem eius. quia vero ipſa cum ſodalibus ſuis
parate erant. propterea intrauerunt cū ſpon
ſo ad nuptias.

Intrauerunt cum ſponſo ad nuptias.
- Uocatione.
- Reuelatione.
- Sanctificatione.
- Uiſitatione.
- Laudatione.
- Aſſociatione.

Primo iſte beate virgīes
intrauerūt cum ſponſo Ieſu xp̄o ad nuptias
Uocatione. Unde Apoc. iiij. dicit̄. Uidi⁊ et
ecce oſtium apertum in celo. ⁊ vox p̄ma quam
audiui tanq̄ tube loquentis mecum dicens
Aſcende huc. ⁊ oſtēdam tibi q̄ oportet fieri.
Xp̄us em̄ ad ſuas nuptias vocauit beatam
Urſulam. cui oſtēdit qualiter ſe debeat p̄pa
rare tanq̄ virgo prudēs ⁊ nō vt virgo fatua
In euangelio em̄ hodierno deſignant̄ qnqꝫ
ſtulticie anime fatue. Prima ſtulticia eſt qꝛ
virgines fatue neceſſaria ſaluti aīe nō ſump
ſerūt. Uñ dicit̄. Fatue aūt nō ſumpſerūt oleū
ſecum. ſ. grāruactiōis quo ad deū. Luce. vij.
Oleo caput meuꝫ nō vnxiſti. ſpūalis exulta
tōis. Mat. vi. Tu aūt cū ieiunas vnge caput
tuū. i mentē ſpūali leticia pugnaturus cū dia
bolo ne grauatꝰ faſtidio capiaris ab eo. Pie
tatꝭ ⁊ mīe. Iere. xli. Noli nos occidere qꝛ ha
bemꝰ theſauros in agro ſ. cōſciētie. frumenti
ſcꝫ charitatis. ⁊ mellis. ſ. dulcedinis eterne. ⁊
olei. ſ. cōpaſſionis ad paupes. Secūda ſtul
ticia earum fuit: quia mendicare voluerunt a
liorum merita dicentes. Date nobis de oleo
veſtro ⁊c. Querere em̄ aliorum merita q̄ vix
iuſtis ſufficiunt ad ſalutē eſt magna fatuitaſ
Unde ſubditur. Ne forte nō ſufficiat nob ⁊c.

Ezech.xiij.Tres viri iſti.Noe.Daniel.⁊ Job
Si fuerint in medio eius.non liberabunt fi-
lios ⁊ filias:ſed ipſi ſoli liberabuntur. Ter-
tia ſtulticia earum fuit.quia operari voluerūt
quando non potuerunt.Unde dicit̄ Dū an-
tem irent emere venit ſponſus. Apocalip.x.
Jurauit angelus per viuentez in ſecula q̄ tē-
pus amplius nō erit.ſ.ad meritorie operan-
dum.quia vt dicit̄ Apoca.i.Dedit illi tēpus
vt penitentiam ageret ⁊ non vult penitere a
fornicatiōe ſua. Quarta ſtulticia earū fuit:
quia tarde venerunt.Unde dicitur. Nouiſſi-
me veniunt.⁊ relique virgines.i.valde tarde
quia porta iam clauſa erat.i.ſententia firma
ta vt nullus reproboꝝ ingrediatur. Quīta
ſtulticia earum fuit.ceca preſumptio. quādo
dixerunt.Dn̄e domīe aperi nobis.Dn̄m vo
cāt cui ſeruire noluerunt. Malach.i. Si ego
dominus:vbi timor meus? Petunt ſibi ape-
riri ianuam celi cui noluerunt aperire oſtiuz
cordis.Cant.v.Uox dilecti mei pulſantis.a
peri mihi ſoror mea ⁊c. Beata Urſula nō
fuit de numero virginum fatuaruz.ſed de nu
mero prudentium deducendo ſecū nobilē fa
mulatum quinq̄ puellarum.Unde.i.Reg.
xxv.dicitur.q̄ cum Abigail pergeret obuiam
Dauid:quinq̄ puelle iuerunt cuz ea.Sic be-
ata Urſula veniens ad ſponſum ſuum xp̄m
decoruz ⁊ fortem aſſumpſit in comitatu ſuo
quinq̄ puellas. Prima eſt domina mūdi
cia.qua animaz ſuam ab omni macula pecca
ti per baptiſmū mūdauit.Cant.iiij.Tota pul
cra es amica mea ⁊ macula non eſt in te.Nā
in Britānia rex quidam xp̄ianiſſimus fuit:
nomine Nothus qui quandam filiam gene-
rauit:⁊ eam baptizari in fide ieſu chriſti fecit
⁊ Urſulā nominauit. Secunda eſt domīa
fides.qua credidit myſterium ſancte trinita-
tis.⁊ myſterium xp̄i quo ad redemptionem
generis humani.Jere.iij.c.Patrem vocabis
me ⁊ poſt me ingredi non ceſſabis.Un̄ cum
rex anglie peteret a patre beate Urſule ipāz
copulari vnigenito ſuo.pater eius cepit pluri
muz anxiari.Tuz quia xp̄i fide inſignitā cul-
tori idoloꝝ tradere indignum duceret.Tum
quia ipſam nullatenus conſentire cognoſce-
ret.Tum quia regis ferocitatem pluri mū for
midaret. Tertia eſt domina ſapientia.qua
fallacias mundi conuincebat.Judith.xi.Mi
rabantur omnes ad ſapientiaz eius.Hec au
tem mirabili morum honeſtate ſapientia et
pulcritudine pollebat.ita q̄ eius fama vbiq̄
volabat. Quarta eſt domina cōſtantia mē
tis.qua ſperauit adiuuari a deo in omnibus
aduerſitatibus.pſal. Dominus firmamentū
meum ⁊ refugium meum.deus meus adiu-
tor meus ⁊ ſperabo in eum. Ipſa autem di-
uinitus inſpirata ſuaſit patri vt predicto re-
gi aſſenſum preberet. Quinta fuit domīa
orationis inſtantia.qua orabat vt ad fidem
chriſti aīmas perditas reduceret.p̄mo Ma
chabeoꝝ.iij.c.Non in multitudine exercitus
eſt victoria belli.ſed de celo eſt fortitudo.
Exemplum.Exo.xvij.ca.Quando Moyſes
leuabat manus vincebat populus.Et He-
ſter.xiiij.dicitur Heſter autē confugit ad do
minum pauens periculuz quod imminebat.
Iſta autem orans dominum audiuit vt in
ſponſione matrimonij hanc conditionem p
poneret.Ut ipſe rex cum patre decem virgi-
nes electiſſimas ſibi ad ſolatium traderet.⁊
tam ſibi q̄ alijs mille virgines aſſignaret.et
comparatis trieribus inducias triennij ſibi
daret ad dedicationem ſue virginitatis.⁊ ip
ſe iuuenis baptizatus in his tribus annis in
fide inſtrueretur ⁊c.

¶ Secundo iſte ſancte vir-
gines intrauerunt cū ſponſo ad nuptias Re
uelatione.ſcilicet angelorum qui vigilant ſu-
per noſtra cuſtodia.Eſaie.lxi.Super muros
tuos Hieruſalez conſtitui cuſtodes tota die
⁊ nocte non tacebunt.Et Cant.iij.Inuene-
runt me vigiles. Circa iſtam cuſtodiam an
gelorum pono quattuor concluſiones.

Prima concluſio.Angelus poteſt immu-
tare ſenſus hominis exteriores non cogen-
do libertatem eius.Patet.quia aliquādo ap
paret angelus homini aſſumēdo corp⁹ aereū
⁊ in materia viſibili immutat ſenſus homīs
Nam angeli apparuerunt Abrahe ad ilicem
mambre in corporibus aſſumptis.Geneſ.
xviij.Etiam immutat ſenſus interiores opi-
lando aliquas arterias ne potētia viſiua ad
organum perueniat.vt patet Geneſis.xix.c.
de illis duobus angelis qui percuſſerūt So
domitas cecitate.Et.iiij.Regum.vi.ca.De
angelo qui excecauit Syrios volentes cape
re Helyſeum.vt patet. Secunda cōcluſio.
Angelus poteſt immutare fantaſiam ⁊ ima
ginationem hominis non cogendo volunta
tem eius.Et hoc pōt monſtrari tripliciter.

¶ Primo in ſomnis dormiendo.quia ſicut
homo poteſt in ſeipſo fabricare imaginatio
nes rerū quas vidit.ſicut freneticus patitur
velut ſomniādo multas imaginationes con

citatas per paſſiones febriles. Sic angel⁹ in
fantaſia hoīs dormientis pōt fabricare fan-
taſticas ⁊ ymaginarias viſiones. q̄ dicuntur
ſomnia cōmouendo ſpūs ⁊ humores. vt pꝫ
de āgelo q̄ apparuit in ſōnis Joſeph. Mat.
i. ⁊ ij. c. Secūdo operando ſecrete inter ſom
nū ⁊ vigiliam: qñ facit vigilando dormire ⁊
dormiendo vigilare. vt pꝫ de angelo q̄ ſuſci-
tauit Petrum in vinculis dormientem queꝫ
a carceribus liberauit. Act. xij. Tertio per
ymaginarias viſiones. ponēdo hoīem in ex
taſi manifeſtando archana dei. ſicut fecit Jo
hanni dum eſſet in inſula Pathmos vbi ha-
buit reuelationē ſtādorꝫ in eccleſia dei. Ter
tia cōcluſio. Angelus apparens homini cor
poraliter illuminat intellectū eius ſpūaliter.
Patet de angelo q̄ inſtruxit Abraam de imo
latione Yſaac. Geñ. xx. Et de angelo Thobie
q̄ eū duxit ⁊ reduxit: ⁊ de vxore ducēda ⁊ co-
gnoſcenda: ⁊ de hereditate ſibi debenda: ⁊ de
illuminatiōe patris ſalubriter inſtruxit. Tho
bie v. ⁊ vltra. Quarta cōcluſio. angelus in-
directe agēs in volūtatē hoīs libertatē ei⁹ nō
tollit. pꝫ q꞉ ſoluꝫ diſponit incitādo humores
⁊ vapores ac ſpūs ad fabricationē ymagina
tionuꝫ q̄bus oñdit mala futura intellectui q̊
volūtas diſponatᷣ recedere a peccatis vt ma
la vitentᷣ. vel perſuadentᷣ bona ꝓmiſſa vt vo
luntas inclinetᷣ ad ſeruandū diuina mādata
vt ꝓmiſſa adipiſcatᷣ. Unde Jerem. li. dicitᷣ ꝙ
angeli dei confortauerūt babilonios minis
⁊ ꝓmiſſis qui tñ noluerūt acquieſcere ꝓpter
qḋ angeli clamauerunt. Recedamus. q꞉ cu-
rauimus babylonē ⁊ nō eſt curata. Ideo cū
angelus Eleuterio futuro ſponſo btē Urſule
apparuit iuuenis illa cōditiōe quā btā Urſu
la ſibi expoſuit accepta apud patrē inſtituit.
⁊ ꝓtinus baptizatus accelerari cuncta q̄ vir
go petierat imperauit. Unde angelus reue-
lauit quattuor. Primo electioneꝫ. ſ. ſponſi
btē Urſule per regenerationē baptiſmalem
⁊ ſui voti de numero virginū adimpletionē.

Secundo reuerſionem. Nam angelus do-
mini reuelauit btē Urſule: ꝙ poſt viſitatōeꝫ
ſanctorꝫ apoſtolorum Rome virgines Co-
loniam integro numero redirent. palmam
martyrij percepture. Tertio aſſociationem
Nam ipſa nocte qua beate virgines Romā
venerunt angelus domini reuelauit pape cy
riaco vt eis ſe aſſociaret cum pluribus ꝑla
tis eccl'ie. Quarto obuiationē. Nam cū illa
ſctā ſocietas a roma rediret āgelus dñi reue
lauit Eleuterio vt ſpōſe ſue obuiaret cū ea in
colonia palmam martyrij ꝑcepturus.

Tertio btē virgines intra
uerunt cū ſponſo. ſ. ieſu xp̄o ad nuptias ſan-
ctificatione. Iſte eñ virgines habuerūt qua-
tuor impedimenta ſue virginitatis. ſ. iuuētu-
tem. diuitiarū abundantiā. nobilitatē. ⁊ cor-
poris pulcritudinē. q̄ cōiter fallunt mulieres
Ad cuſtodiā aūt hui⁹ virginitatis habuerūt
quadruplicem ambitū murorꝫ. ſ. frequētatio
nē ieiuniorꝫ. Joel. ij. Conuertimini ad me in
toto corde veſtro in ieiunio ⁊c. Protractionē
vigiliarū. Mat. xxiiij. Uigilate q꞉ neſcitis qua
hora dñs veſter venturus eſt. Aſperitatē ve
ſtimentorꝫ. pſ. Poſui veſtimentū meū cilici-
um. Uñ Judith. Jeiunabat oībus dieb⁹ hñs
ſuper lumbos ſuos ciliciū. Exercitationē ope
rū bonorꝫ. Bern. Uoluntas facit vſum. vſus
exercitiū. exercitiū in omī labore vires ſubmi
niſtrat. hec ille. Talis fuit defenſio btē Urſu
le cui aſſignatū fuit maximū collegium virgi
num. Nam ad ipſam vndiqꝫ virgines cōflu-
unt. vndiqꝫ viri ad tam grande ſpectaculum
currūt. multi epi ad ipſam cōueniūt vt ſecuꝫ
pergāt inter quos fuit Pātulus baſilieñ. epſ
Etiā Geraſina regina Sicilie cuꝫ quattuor
filiab⁹ ſuis Babilla Juliana Uictoria Au-
rea. ⁊ Adriano filio ſuo vſqꝫ in britāniā naui
gauit. Singulis ğ ꝓparatis iux̄ cōdictuꝫ btē
Urſule ſecreta cordis ſui. btā vrſula cōmilito
nib⁹ ſuis reuelat. ⁊ in nouā militiā ſe ōēs ſcti
ficāt. nūc ieiunijs nūc vigilijs intēdūt. veſtes
molles abijciūt vilioꝛib⁹ ⁊ aſꝑioꝛib⁹ ꝯtegūt.
mō belli preludia inchoāt. mō currūt. mō diſ-
currūt. īterdū bella plerūqꝫ fugā ſimulāt. oīqꝫ
gñe ludorꝫ exercitate. nihil qḋ aīo occurrebat
relinq̄bāt itactū. ſicqꝫ. b. vrſu. oēs illas v̄gies
ad fidē xp̄i ꝯuertit ⁊ ī lege xp̄i mira deuotōe
ac ſctitate īſtruxit ꝓut ſpūſſcūs eidē ſuggeſſit

Quarto iſte virgines in-
trauerūt cū ſpōſo ieſu xp̄o ad nuptias viſita-
tione. q̄ ē in gubnatōe familie ſiue reipublice
Ad rei āt publice gubnatōꝫ exiguntᷣ. iiij. ſic dic
Cato. ⁊ refert Aug⁹. li. v. de ciui. dei dicens ſic.
Plurima maiores nr̄os magnos fecerunt. ſ.
domi īduſtria. foris iuſticia. aīus ī ꝯſulēdo li
ber. nulli delicto obnoxi⁹. Pmo q̄ntū ad do-
meſticos magna īduſtria. q꞉ vt dr. ij. Thi. v.
Qui ſuorꝫ ⁊ maxīe domeſticorꝫ curā nō hꝫ fi
dē negauit. ⁊ ē infideli deterior. Exēplū Tho
bie. x. Apphendentes parētes filiā ſuā oſcu-
lati ſunt eā monentes honorare ſoceros. dil

gere maritum: regere familiam: gubernare
domũ: τ ſeipam irreprehenſibilẽ exhibere.
Beata vrſula domũ ſuam feliciter guberna
uit. Nam matrẽ ſponſi ſui. τ Eleuteriũ ſpon
ſum ſuũ: ſororẽ ſuam: τ Dariã matrẽ ſuam
ad fidem xp̃i cõuertit. Secũdo q̃tum ad
forenſes iuſticia. Job. xxix. Juſticia indut⁹
ſum. Job. vij. Nolite ƀm faciez iudicare: ſed
iuſtũ iudiciũ iudicate. Beata vrſula habuit
iuſticiã que dei ſunt deo reddendo. que ceſa
ris ceſari tribuẽdo. Ante eñi q̃ a domo pa
terna egrederet̃ ab oĩb⁹ temporalib⁹ ſe ex
pediuit vt xp̃o liberi⁹ vacaret atq; cõmilito
nes ſuos ſic peragere hortabatur. Tertio
quantũ ad rep̃henſionẽ τ cõſultationẽ. ani
m⁹ liber: vt nec timore: nec amore: nec odio:
nec munere a ỽitate diſcedat: nec veritatez
taceat. Iſidor⁹. Iniqui iudices errant in ve
ritate iuſticie: dum intendũt in equalitatem
ꝑſone. Beata vrſula fuit liberi animi in cõ
ſulendo pape cyriaco vt papatui renũciaret
quod τ fecit. Secut⁹ eſt autẽ ipm vincenti⁹
presbyter cardinalis. τ Jacob⁹ de britãnia
archiep̃s antiochen⁹. τ Maurici⁹ ep̃s leui
cane vrbis. τ Follari⁹ ep̃s lucenſis. τ Sulpi
tius ep̃s rauẽnenſis. τ Clemẽs ep̃s. τ mar
tulus ep̃s grecie: τ neptis ſua conſtantia. τ
alij plurimi. Quarto quantũ ad innocenti
am anim⁹ nulli delicto ſubiect⁹. Tulli⁹. Age
ne tua oratio tibi cõtraria ſit: q2 pondus eſt
pudoris grauiſſimi propria voce confundi.
Greg. Durũ eſt vt qui neſcit tenere mode
ramina vite ꝓprie: iudex fiat vite aliene. Be
ata vrſula habuit animũ innocentia predi
tum: q2 nõ ſe armauit armis carnalib⁹: ſed
ſp̃ualib⁹. Nam cũ ipa ꝑueniſſet cũ cõmilito
nibus ſuis ꝓſpere vſq; coloniã. inde ad vr
bem baſileam ibidẽ relictis nauib⁹ romam
pedeſtres venerunt ſanctoꝝ ap̃loꝝ limina
viſitature: vbi que nondũ renate erãt ĩ xp̃o
baptizate ſunt τc.

¶ Quinto iſte virgines in
trauerunt cum ſponſo ieſu xp̃o ad nuptias
laudatione: qua int̃ ꝑſecutiones τ aduerſa
laudauit dñs. Vñ Judic. v. dicit̃. Noua bel
la elegit de⁹. τ vere noua ꝓpter ꝑſonas bel
lantes. i. Cor. i. Infirma mũdi elegit de⁹ vt
confundat fortia. Eſt eñi q̃druplex gen⁹ no
ui belli. Primũ contra ſeipm. Math. xvi.
Si quis vult venire poſt me abneget ſemet
ipm τ tollat crucẽ ſuam τ ſequat̃ me. Iſtud
gen⁹ belli aſſumpſit beata vrſula cũ cõmili
tonibus ſuis: nõ ſolũ regnũ mundi τ omnẽ
ornatum ſeculi contẽnendo ꝓpter amorem
dñi ieſu xp̃i: ſed etiã ꝓpriã voluntatẽ ipſi de
dicando. Secundũ contra parẽtes τ ami
cos. Math. x. Non veni mittere pacẽ ſ; gla
dium. veni eñi ſeparare filium aduerſus pa
trem: τ filiam aduerſus matrẽ ſuam: τ nu
rum aduerſus ſocrũ ſuã τc. Et Hieroñ. Si
pater in liminẽ hoſtij iaceat: τ mater ſparſis
crinib⁹ vbera quib⁹ te lactauit oſtendat. ꝑ
calcatũ perge matrẽ: ꝑ calcatã perge matrẽ
τ opertis oculis ad crucẽ xp̃i euola. Opus
eñi pietatis eſt in hac re eſſe crudelẽ. hec ille
Beata vrſula τ cõmilitones ſui relictis pa
tribus: matrib⁹: fratrib⁹: amicis: ſecuta eſt ie
ſum xp̃m. Tertiũ gen⁹ eſt cõtra illatas in
iurias tacere. Joſue. vi. Non clamabis τ nõ
audiet̃ vox tua: neq; vllus tumult⁹. Greg.
Glorioſius ẽ iram tacẽdo fugere q̃ rñden
do ſuperare. Math. v. Ego aũt dico vobis
nõ reſiſtere malo: ſed ſi quis te ꝑcuſſerit in
vnã maxillã prebe ei τ alterã. Beata vrſula
dũ eſſet rome cũ cõmilitonib⁹ ſuis oẽm gra
tiam quaz in curia romana habuerãt ab eo
tempore quo cyriacus papatui renũciauit
amiſit. Naz cardinales reclamauerũt maxi
me: q2 ipſum delirare dicebant: eo q̃ relicta
pontificat⁹ gloria poſt quaſdaz mulierculas
fatuas ire vellet. vñ nomen eius de cathalo
go pontificum abraſerũt. Quartũ gen⁹ eſt
vulnera patienter tolerare. Math. x. Ecce
ego mitto vos ſicut oues in medio lupoꝝ.
Beata vrſula cuz cõmilitonib⁹ ſuis a roma
coloniã redijt. τ ipaz iam ab hunis ſiue vn
garis obſeſſam inuenerũt: quos barbari vi
dentes ſup eas cũ clamore nimio irruerũt:
τ quaſi lupi ſeuientes in oues totã illã mul
titudinẽ occiderũt. Beata vrſula p̃ncipem
hunoꝝ vicit τ confudit ſua manſuetudine
prudentia: patiẽtia: τ orõne: q2 vidẽs ei⁹ mi
ram pulchritudinẽ obſtupuit τ cõſolans eã
ſup necẽ virginũ ꝓmiſit ſibi q̃ eã in cõiugẽ
duceret. Illa ỽo deũ laudans iſtũ penitus
ſpreuit. Qui contẽptũ ſe videns directa ſagit
ta eam tranſfixit: ſicq; martyriũ cõſũmauit
Cordula aũt vna ex virginib⁹ cũ nocte latu
iſſet timore ꝑterrita in craſtinũ ſe vltro offe
rens martyrij coronã ſuſcepit. Et ſic patet
laudatio ieſu xp̃i in ſupplicio ſctãrũ ỽginũ.

¶ Sexto iſte virgines intra
uerunt cũ ſponſo ieſu xp̃o ad nuptias aſſo
¶ **Tertio ipſoꝝ eſt regnū** celoꝝ ſanctificatiue. Sciendū ꝙ oēs hoīes naturaliter deſiderāt beatitudinē. ſm̄ illud Boetij. Oīs mortaliū cura quā m̄ltipliciū ſtudioꝝ labor exercet. diuerſo quidē calle ꝓcedit ad vnū tm̄ beatitudinis finē nititur ꝑuenire. Sed circa ſubiectū beatitudinis diuerſi errores proceſſerūt. Epycurei eīm poſuerunt ſubiectū beatitudinis eſſe corpus: ⁊ hoc in voluptatib⁹ corꝑis. Stoyci poſuerunt ſubiectū beatitudinis eſſe aīaꝫ: ⁊ hoc in virtute animi. Dauid ꝓpheta poſuit ſubiectū beatitudinis totū hoīem dicēs in pš. Rex meus ⁊ deus meus: beati qui habitāt in domo tua dn̄e. Totus eīm hō in corpore ⁊ in anima beatus erit. Nā corpus in preſenti patitur quadruplicē defectū. ſ. mortalitatē: obſcuritatē: ponderoſitatē: ⁊ groſſitiē. Et quantū ad hos quattuor defectus glorificabitur q̄druplicitur. vt dicitur i. Cor. xv. Quia paſſibilitas tranſibit in immortalitatem: ideo dicit. Seminatur in corruptione: reſurget in incorruptiōe. Obſcuritas trāſibit in claritatē: ideo dicit. Seminat in ignobilitate: reſurget in gloria. Ponderoſitas trāſibit in agilitatē: ideo dicit. Seminat in infirmitate: reſurget in virtute. Groſſities tranſibit in ſubtilitatē: ideo dicit. Seminatur corpus animale: ſurget ſpirituale. Etiā beatificabitur quantuꝫ ad omnes ſenſus. Viſus beatificabitur in dei viſione. Nā color alb⁹ eſt diuinitas xp̄i: color niger eſt ſua humanitas. ex his duobus reſultat vn⁹ color in vna perſona xp̄i qui eſt viridis. Luce. xxiij. Si in viridi. i. in perſona xp̄i hoc faciunt. ⁊ iſte color eſt delectabilis ad videndū. Auditus beatificabitur in dei allocutione. Cant. ij. Sonet vox tua in aurib⁹ meis. vox eīm tua dulcis. Eſa. li. Gaudiū ⁊ leticiā obtinebūt: inuenietur in ea gratiarūactio ⁊ vox laudis. Odoratus beatificabit in carnis xp̄i odoratione: que eſt tanq̄ꝫ roſa odorifera. Eccli. l. Quaſi flos roſarū in diebus vernis. Si eīm corpora ſanctoꝝ ſuauiſſimū odorē redolent: quanto magis corpus xp̄i. Guſtus beatificabitur in plena dei delectatione quaꝫ ſentiet ex carne xp̄i dulciſſima. Job. xxxi. Dixerūt viri tabernaculi mei. q̄s det de carnibus eius vt ſaturemur. Tactus beatificabitur in perſone xp̄i contrectatiōe. Si enim tanta virtus erat in tangendo perſonam xp̄i in hac vita: in oſculando pedes eius q̄d erit in celo. Cant. ij. Dextera illius amplexabitur me. Etiaꝫ beatificabitur anima quantū ad intellectum in quo erit perfectiſſima ſcientia. Nā ſciētia noſtra in hac vita patitur triplicem defectum. vt dicitur. i. Cor. xiij. Eſt enī obſcura: ideo dicit. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate. Eſt imperfecta: ideo dicit. nunc cognoſco ex parte. Eſt a ſenſibilib⁹ accepta: ideo dicit. Cū eſſem paruulus: ſapiebam vt paruulus. In patria vero noſtra ſciētia erit clara: ideo dicit. Tunc autem cognoſcam facie ad faciē. Erit perfecta: ideo dicit. Tūc autem cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. Erit ab ipſo deo infuſa: ideo dicit. Euacui que erāt paruuli. Etiam beatificabitur quātum ad affectiuā in dei bonitate. Sapiē. vij. Venerūt mihi omnia bona pariter cū illa. Aug. Quanta erit ibi felicitas: vbi nullum erit maluꝫ: nullum latebit bonum. Appetitiua beatificabitur in dei ſocietate: quia erit in fonte. pš. Apud te eſt fons vite. ⁊ iterum. Satiabor cum apparuerit gloria tua. ⁊ iterum. Inebriabuntur ab vbertate domus dei.

¶ Quarto ipſorū eſt regnū celoꝝ ordinatione. Sciendū ꝙ dom⁹ dei q̄ eſt glia celeſtis eſt magna ⁊ bn̄ diſpoſita q̄druplicíter vt notat Baruch. iij. Primo eſt magna: ideo dic. O iſrael ꝙ̄ magna eſt domus dei ⁊ ingens loc⁹ poſſeſſionis ei⁹. Secundo eſt longa ſine fine. iō dicit. magn⁹ ⁊ nō habens finē. Tertio eſt alta ſine mēſura. ideo dicit excelſus. Quarto eſt ampla ⁊ ſpacioſa ſine mō. ideo dicit. īmenſus. Et lȝ ſit tante magnitudīs: eſt tn̄ ordinatiſſima. Inſtar em̄ domus regalis: multas ibi fecit de⁹ manſiones. Job. xiiij. In domo patris mei māſiones multe ſunt. ſ. oratoriū. atriū. cellariū. ꝯſiſtoriū. cenaculū. viridariū. ⁊ cubiculū. In oratorio ſunt angeli dei laudē cōtinue decantātes ⁊ dicētes illō Eſa. vi. Sāctus ſctūs ſctūs: dn̄s deus exercituū ⁊c̄. In atrio ſunt patriarche paupes ſuſtentātes. Eſt em̄ atriū loc⁹ in quo paupes recipiunꝉ Abrahā recepit angelos hoſpitio: ⁊ Loth ſimiliter ⁊c̄. In cellario ſunt ꝓphete aduētum xp̄i ardentiſſime ſitiētes. Eſaye. lxiiij. Utinā diſrūperes celos ⁊ deſcenderes. pſ. Ueni ad liberandū nos dn̄e deus virtutū oſtende faciē tuaȝ ⁊ ſalui erim⁹. Moyſes Exo. iij. Obſecro dn̄e mitte queȝ miſſurus es. Et qꝛ ſic ardentiſſime ſitiebāt: ideo pleniſſime ſatiati ſunt. Cāt. ij. Introduxit me rex in cellaȝ vinariā. In conſiſtorio vbi cāe audiunꝉ ⁊ ſn̄ie ꝓferunꝉ: ſunt apl'i. Math. xix. Sedebitis ſup ſedes duodecim: iudicātes duodecim trib⁹ iſrl'. In cenaculo ponūtur martyres. qꝛ em̄ fuerūt tribulati: afflicti fame ⁊ ſiti affecti: iō ibi pleniſſime ſatiabūtur. Luc. xxij. Edatis ⁊ bibatis ſup mēſam meā in regno meo. In viridario ſunt ꝯfeſſores q̄ fuerūt viridariū dei: in quib⁹ fuit roſa patiētie. vn̄ de beato Dn̄ico cantaꝉ. O lumen eccl'ie: doctor veritatis: roſa patientie liliū mūdicie. vn̄ de beato Thoma de aq̄no cantaꝉ. Militantis doctor eccl'ie virginali florens mundicia. Et de ꝯfeſſorib⁹ dicit pſ. Juſtus germinabit ſicut liliū: ⁊ viola humilitatis ꝓfunde. In cubiculo ſunt virgines tanꝙ̄ ſponſe. Heſter. ij. Ducta eſt ad cubiculum regis. pſ. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.

¶ Quinto ipſorū eſt regnū celoꝝ refectiue. Sciendū ꝙ omnes ordīes ſanctoꝝ multiplici iure aſſecuti ſunt celeſtē gl'iam: ideo meruerūt inuitari ad conuiuiū ⁊ refectioneȝ regni celeſtis. Primo angeli acquiſiuerunt eā per feudariā poſſeſſionē. Quāuis em̄ ſuā beatitudinē ⁊ cōfirmationem meruerint eo ꝙ alijs ſuperbientib⁹ ad deū totaliter ſunt cōuerſi: tenentur tn̄ ſeruare feudū ⁊ tributū regi ⁊ familie regis. quia obligantꝉ deo aſſiſtere ⁊ nobis miniſtrare. Dan̄. vij. Milia miliū miniſtrabant ei. Ecce tributū familie regis. Et decies centena milia aſſiſtebāt ei. Ecce tributū regis. Iſti vocanꝉ ad cōuiuiū eternū. Heſter. i. Aſſuerus. i. de⁹ qui eſt beatitudo ⁊ gloria ſanctoruȝ tertio anno imperij ſui. i. in ſtatu glorie poſt ſtatū legis moſayce ⁊ gratie euāgelij fecit grande conuiuiū cunctis principibus ſuis. i. angelis. pſ. Preuenerūt principes. i. angeli coniūcti pſallentibus. Secundo patriarche acquiſiuerūt eā per edificationeȝ. Nā edificauerūt ſibi manſionem celeſtē de auro dilectionis diuine. de argento dilectionis proximi. de lapidibus precioſis. i. operibus meritorijs. i. Cor. iij. Superedificat ſuper fundamentū hoc: aurū argentū ⁊ lapides precioſos. Elemoſyna dū datur eſt q̄ſi terra: plūbū ⁊ ſaxū. Sed in celo terra conuertitur in aurū. plūbū in argentū. ſaxū in lapideȝ precioſum. Aug. ſup pſ. Laudas mercatorē qui vendit plūbū ⁊ emit aurum ⁊ non laudas illū qui erogat pecuniā ⁊ acquirit iuſticiā ⁊ gl'iam. Iſti vocantur ad cōuiuiū eternū. Ideo dicit ⁊ pueris ſuis. i. patriarchis qui iuxta etates mūdi fuerunt in eius puericia. Tertio prophete acq̄ſiuerūt eā ꝑ opis locationē ⁊ ſeruitij retributioēȝ. vn̄ dr̄ Math. xxi. ꝙ paterfamilias locauit vineā ſuā agricolis ſuis. i. ſanctis ꝓphetis. Et Eccl'i. xlvi. dicitur. Dedit dominus ipſi caleph fortitudinē ⁊ vſq; in ſenectute permanſit illi virtus vt aſcenderet in excelſuȝ terre locū. ſemen ipſius obtinuit hereditatem: ⁊ viderunt omnes filij iſrael quia bonum eſt obſequi ſancto deo. Iſti vocanꝉ ad conuiuiū eternū. ideo dicit. Fortiſſimis perſarū. i. ſanctis prophetis qui fuerunt fortiſſimi ad defenſionē legis pro qua mori non dubitauerunt. Ut Eſayas ſect⁹. Jeremias vinculatus. Ezechiel lapidatus. Daniel in lacum leonum miſſus ⁊c̄. Quarto apoſtoli acquiſiuerunt eam per emptioneȝ. Math. xx. Ecce nos reliquimus omnia. Ecce precium. Centuplum accipietis ⁊ vitam eternam poſſidebitis. Ecce comparatum pre-

nium. Iſti vocantur ad eternū conuiuium
Ideo dicit. ⁊ inclytis.i.apoſtolis
equatis vite ⁊ fidei ieſu xp̄i. Quinto mar-
tyres acquiſiuerunt eā per violentiā ⁊ dire
ptionē. Math.xi. Regnū celoꝝ vim patit̄
⁊ violenti rapiunt illud. Rapuerunt enim
de manibus dei regnū celoꝝ: theſaurū deſi-
derabilē: vitā beatorū. Amb. Aggrediam̄
dn̄m ⁊ more latronū ſuis eū ſpoliare nita-
mur. Cupim⁹ illi auferre regnū: theſauros:
⁊ vitā. Sed ille tā diues eſt vt non abnuat
non reſiſtat: aggrediamur inꝙ eū non fu-
ſte: non ferro: non ſaxo: ſed manſuetudine
bonis opibus: charitate. hec ille. Iſti vocā-
tur ad conuiuiū eternū, ideo dicit. ⁊ prefe-
ctis prouinciarū.i. martyrib⁹ qui preſides
⁊ prefectos prouinciarum non timuerunt.
Sexto confeſſores acquiſiuerunt eā per he
reditariā ſucceſſionē. Fuerunt eñi pacifici,
⁊ ideo filij dei. Math.v. Beati pacifici: qm̄
filij dei vocabuntur, ⁊ q: filij: ideo heredes.
Roma.viij. Si filij ⁊ heredes ⁊c̄. De illa
hereditate dicit pſ. Nouit dn̄s dies imma
culatoꝝ ⁊ hereditas eoꝝ ineternū erit. Iſti
vocantur ad cōuiuiū eternū. ideo dicit. In
uitauit oēm pplm̄.ſ. doctoꝝ: monachoꝝ: re
ligioſoꝝ: anachoritarū: tēplarioꝝ: prelatoꝝ
ſubditoꝝ ⁊c̄. Septimo virgines acquiſiue
runt eā per gratuitā donationē. Sunt eni
ſponſe xp̄i: ⁊ ad ſponſum ſpectat oīa ſua
ſponſe gratis donare. Unde cantat eccl'ia.
Ueni ſponſa xp̄i accipe coronā quā tibi do
minus preparauit ineternū. Iſte vocantur
ad conuiuiū eternū. ideo dicit. Fecit conui-
uium feminarū in palatio.ſ. regni celeſtis.

## ¶ Sexto ipſorū eſt regnum

celoꝝ veneratiue. Sciendū ꝙ in celeſti glo
ria eſt admirabilis chorea ꝑ ingreſſum ſan
ctoꝝ ad intuitū diuinitatis: ⁊ egreſſum ad
reſpectū humanitatis ieſu xp̄i. Ioh.x. In-
gredietur ⁊ egredietur ⁊ paſcua inueniet.
Et ſicut in choreis mundi eſt vnus ducens
totā choreā.ſ. ſponſus. ita in illa celeſti cho
rea xp̄s tanꝙ ſponſus ducit ⁊ precedit illā
ſanctā ſocietatē oīm electorum. Apoc.vij.
Agnus qui in medio throni reget eos. Et
iterū.xiiij. Sequuntur agnū quocūꝗ ierit.
Sed illa ſanctiſſima chorea nō vadit ad ſi
niſtram ſicut chorea mundi: quia non per-
git ad ſiniſtram inferni: ſed ad dexterā dei.
Prouer.iiij. Uias que a dextris ſunt nouit
dominus, i. approbat. Que autē a ſiniſtris
ſunt puerſe ſunt. In hac chorea fit cantus
mirabilis: ⁊ a chriſto inchoante ⁊ a quoli-
bet ordine ſanctorum ſigillatim proſequen
te ⁊ reſpondente. Primo chriſt⁹ cantat ſue
dulciſſime matri illud Ioh.ij dicēs. Quid
mihi ⁊ tibi eſt mulier.i. mihi eſt diuinitas ⁊
humanitas. Tibi eſt ꝟginitas ⁊ fecūditas:
mihi ſublimitas, tibi humilitas: nunc mihi
claritas: tibi iocunditas: mihi ſanctorū ſo-
cietas: tibi eorum feſtiuitas. ad hoc beata
virgo reſpondet dulciſſimam cantilenā Lu
ce.i. dicens. Magnificat anima mea domi
num ⁊c̄. Secundo cantat chriſtus angelis
illud pſ. Benedicite domino omnes ange
li eius: potentes virtute facientes verbum
illius ad audiendam vocem ſermonū eius
Benedicite domino omnes virtutes eius:
miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.
ad hoc reſpondent angeli dulciſſimam can
tilenam Apoc.vij. dicentes. Benedictio ⁊
claritas ⁊ ſapientia ⁊ gratiarumactio: ho-
nor ⁊ virtus ⁊ fortitudo deo noſtro in ſecu-
la ſeculorū.i. tibi chriſte ſplendor patris ſit
benedictio in incarnatione. claritas in nati
uitate ⁊ apparitione. ſapientia in predica-
tione. gratiarumactio in redemptiōe mor-
te ⁊ paſſione. honor in reſurrectiōe. virt⁹ in
aſcēſione. fortitudo in iudicij ꝯſummatiōe.
Tertio cantat xp̄us patriarchis cantilenā
quā cantauit moyſi in viſione rubi. Exod.
iij. dicēs. De⁹ abrahā: de⁹ yſaac: de⁹ iacob: de⁹
patrū vroꝝ miſit me ad vos. Hoc nomen ē
mihi ineternū: ⁊ hoc memoriale meū in ge
neratiōes ſempiternas. Ad hoc rn̄dēt pa-
triarche cantilenā dulciſſimā Apoc.vij. di-
centes. Salus deo nr̄o q̄ ſedet ſup thronū ⁊
agnū. Quarto cantat xp̄s ꝓphetis cantile
nā deuotiſſimā Exo.xix. dicēs. Uos ipſi vidi-
ſtis q̄ fecerim egyptijs: quō portaueri vos
ſup alas aq̄larū. Uos eritis mihi regnum
ſacerdotale ⁊ gens ſctā. Ad hoc rn̄dent ꝓ-
phete illud Apoc.v. Dign⁹ es dn̄e accipe
librū ⁊ ſoluere ſeptē ſignacula ei⁹: qm̄ occi
ſus es ⁊ redemiſti nos in ſanguīe tuo: ⁊ fe
ciſti nos deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes
Quinto cantat chriſtus apoſtolis ſuauiſſi
mam cantilenam Luce.xxij. dicens. Uos
eſtis qui permāſiſtis mecum in temptatio
nibus meis: ⁊ ego diſpono vobis ſicut diſ-
poſuit mihi pater meus regnum vt edatis
⁊ bibatis ſuper menſaʒ meā in regno meo
⁊ ſedeatis ſuper thronos iudicantes duo-
decim tribus iſrael. Ad hoc reſpondēt apo

ſtoli illud Joh.vi. dicentes. Dn̄e ad quem
ibimus? verba vite eterne habes: τ nos cre
dimus τ cognouimus qꝛ tu es xp̄s filiꝰ dei
Sexto cantat xp̄s martyribus cantilenaꝫ
dulciſſimā Math.v.dicens. Beati qui per-
ſecutionē patiūtur propter iuſticiā: qm̄ ipo
rum eſt regnū celoruꝫ. Ad hoc reſpondent
martyres illud.ij.Thimo.ij.dicentes. Et ſi
mortui ſumus τ conuiuemus ſuſtinuimꝰ τ
regnabimus. Septimo cantat xp̄s pontifi
cibus cātilenā ameniſſimā.i.Pet.ij.dicēs.
Uos eſtis genꝰ electū: regale ſacerdotium:
gens ſancta: ppl's acquiſitionis.i.genꝰ ele-
ctū per eternā predeſtinationē. regale ſacer
dotiū p ſubditoꝝ ꝓtectionē. gens ſancta p
virtutū ꝑfectionē. pplſus acq̄ſitionis p exē-
ploꝝ edificationē. Ad hoc rn̄dent pontifi-
ces illud ps̄.dicentes. Tranſiuimꝰ p ignē.ſ.
aduerſitatis. τ aquā.ſ.ꝓſperitatis. τ eduxi-
ſti nos ī refrigeriū.ſ. eterne felicitat̄. Octa-
uo cantat xp̄s doctoribus cantilenā iocun
diſſimā Math.v.dicens. Uos eſtis ſal ter
re: vos eſtis lux mūdi.ſ.p ꝯdimētū ſacrorū
eloquioꝝ in expoſitiōe fideliſſima. Ad hoc
rn̄dent doctores illō ps̄.dicētes. Sicut au
diuimus: ſic vidimus in ciuitate dn̄i virtu
tū in ciuitate dei nr̄i. Nono cantat xp̄s ana
choritis religioſis τ monachis dicens illud
Math.xi. Uenite ad me oēs qui laboratis
τ onerati eſtis: τ ego reficiā vos.ſ.plenitu
dine celeſtiū gaudioꝝ. Ad hoc reſpondent
predicti illō ps̄. Hic eſt dn̄s deus noſter in
eternū τ in ſeculū ſeculi: ip̄e reget nos in ſe
cula. Decimo cantat xp̄s virginibus canti-
lenā iocundiſſimā Sapie.vi.dicens. O q̄ꝫ
pulchra eſt caſta generatio cū claritate. nā
virgines hn̄t claritatē incorruptiōis. vidue
claritatē deuotiōis. ꝯiuges claritatē ſucceſ-
ſionis. τ oēs pariter hn̄t claritatē odorife
re fame τ bone opiōnis. Ad hoc rn̄dēt vir
gines τ ꝯtinentes illud Cant̄.i. Oleū effu
ſum nomē tuū. iō adoleſcentule dilexerunt
te nimis. Undecimo cantat xp̄s oībꝰ elect̄
cantilenā iocūdiſſimā Math.xxv.dicens.
Uenite bn̄dicti pr̄is mei.ſ.p gr̄e adoptio-
nē. poſſidete regnū qd̄ vob̄ paratū ē ab ori
gine mūdi.ſ.p eternalē p̄deſtinationē. Ad
hoc rn̄dent electi illud.i.Thimo.i. Regi ſe
culoꝝ īmortali: inuiſibili ſoli deo τ honor τ
glr̄ia ī ſcl'a ſcloꝝ amē. Iſti ſūt hymni de qbꝰ
ps̄.dicit. Hymnꝰ oībꝰ ſanctis eiꝰ vt patuit.

**Septimo ipſoꝝ eſt regnū**

celoꝝ magnificatiōe. Sciēdū ꝙ ſcti ī glr̄ia
ꝯtinue laudant deū: τ in reſurrectiōe dabit̄
lingua ad ip̄m laudādū. Eccl'.li. Dedit mi-
hi dn̄s linguā mercedē meā τ in ip̄a lauda
bo eum. Et Eſa.xliiij. Ppl'm iſtuꝫ formaui
mihi: laudē meā narrabit. vn̄ q̄ntū ad iſtō
officiū credit̄ ꝙ ibi lingua remanebit. Re-
migiꝰ dicit ꝙ tūc oīs lingua ceſſabit τ ſola
lingua hebrea q̄ fuit lingua ade remanebit
Aug̃.li.xxij.de ciui.dei dic̄. Uacabimꝰ τ vide
bimꝰ: videbimꝰ τ amabimꝰ: amabimꝰ τ lau
dabimꝰ. Ip̄e deꝰ erit finis deſiderioꝝ nr̄orū
q̄ ſine fine videbit̄: ſine faſtidio amabit̄: ſi-
ne fatigatiōe laudabit̄. hec ille. vn̄ ps̄. inui-
tat oēs ſctōs ad laudandū deū dicēs. Lau
date dn̄ꝫ de cel': laudate eū in excelſis. Pri-
mo ad āgelos dic̄. Laudate eū oēs angeli
eiꝰ τc̄. Scd̄o ad pr̄iarchas dic̄. Laudate eū
ſol τ luna: laudate eū oēs ſtelle τ lumen. pꝫ
de ioſeph dicēte Geñ.xxxvij. Uidi ſolē τ lu
nā τ ſtellas vndecim adorare me: q̄ oēs fu
erūt pr̄iarche. Inſup abrahe dictū eſt. Nu-
mera ſtellas celi ſi potes: ſic erit ſemē tuū.
Geñ.xv. Tertio ad ꝓphetas dic̄. Laudate
eū celi celoꝝ: τ aq̄ oēs q̄ ſup celos ſunt lau-
dēt nomē dn̄i. Prophete em̄ ſua cognitiōe
penetrauerūt celos τ ꝑuenerūt vſq; ad ce-
lū trinitat̄. q̄ꝝ ꝓphetie fuerūt nob̄ obſcure.
ps̄. Tenebroſa aq̄ in nubibꝰ aeris.i.obſcu-
ra intelligētia in ꝓphet̄. Quarto ad apl'os
dic̄. Ipſe dixit τ facta ſunt.i.apl'os elegit.
τ facti ſunt doctores gētiū. ip̄e mādauit.ſ.
vt irēt in vniuſum mūdū p̄dicaturi. Mar.
vlti. τ creata ſunt.ſ.p ſpūſcti miſſionē. ps̄.
Emitte ſpm̄ tuū τ creabunt̄ τc̄. Quito ad
euāgeliſtas dic̄. Statuit ea ineternū τ in ſe
culū ſeculi.i.ea q̄ ꝯtinent̄ ī euāgelio Apoc.
xiiij. Uidi alterū āgelū volātē p mediū ce-
lū hn̄tē euāgeliū eternū vt euāgelizaret ſe-
dētibꝰ ſup terrā τc̄. Preceptū poſuit τ non
p̄teribit.i.celū τ terra tranſibūt: verba aūt
euāgelij nō tranſibūt. Luce.xxi. Sexto ad
martyres dicit. Laudate dn̄m de terra.i.q̄
paſſi eſtis martyriū in corpore formato de
terra. Math.x. Nolite timere eos qui occi-
dūt corpꝰ. dracones τ oēs abyſſi.ſ. viciſtis
τ ſupaſtis. Septio ad cōfeſſores dic̄. ignis
grando nix glacies ſpūs ꝓcellaruꝫ q̄ faciūt
verbuꝫ eius. Nam cōfeſſores qui obſeruāt
verba legis dei. Eccl'ia.xliiij. Non eſt inuen
tus ſimilis illi qui ꝯſeruaret legē excelſi τc̄.
Sunt ignis ex puritate τ ſubtilitate ꝯſcie-
tie. grando diuitias τ voluptates ſeculi cō

primendo.nix ex honeſtate ꝯuerſatõis.gla
cies ex mortificatiõe carnis. ſpũs ꝓcellarũ
id eſt tẽpeſtas ex mortificatiõe viciorum.
Octauo ad doctores dic̃. Montes ⁊ oẽs
colles ligna fructifera ⁊ omẽs cedri. Nã do
ctores fideli ſacre ſcripture expõe.ſũt mon-
tes in ſenſu lr̃ali.colles ĩ ſenſu morali.ligna
fructifera in ſenſu allegorico. cedri in ſenſu
anagogico. Nono ad anachoritas dic̃. Be
ſtie ⁊ vniuerſa pecora ſerpentes ⁊ volucres
pẽnate.i.vos anachorite q̃ vicíſtis beſtias
id eſt mor⁹ beſtiales carnis.⁊ vniuerſa pe-
cora.i.tẽptamẽta mũdi.ſerpẽtes.i.tẽptatio
nes dyaboli.q̃ velut volucres ꝑ celeſtẽ cõ-
uerſationẽ pẽnate ꝑ ſimplicitatẽ mentꝭ.pſ̃.
Quis dabit mihi pẽnas ſic̃ colũbe ⁊ vola-
bo ⁊ requieſcã:laudate deũ. Decimo ad re-
ligioſos ⁊ monachos dicit. Reges terre ⁊
oẽs ppl̃i ꝑ̇ncipes ⁊ oẽs iudices terre.i.vos
q̃ inſtruxiſtis in lege dei ſapiẽtes ⁊ potẽtes
mũdi.ſ.reges:ppl̃os:ꝑ̇ncipes ⁊ iudices ve
ſtris ſermonib⁹:exhortationib⁹: ſanctitate
vite:⁊ bonis morib⁹:laudate cũ illis dñm.
Undecimo dic̃ ad virgĩes. Juuenes ⁊ vir-
gines laudẽt nomẽ dñi: qꝛ virginitatẽ ſuã
deo deuouerũt. Duodecimo ad viduas dic̃.
Senes laudẽt nomen dñi.i.qui ſunt in ſta
tu viduitatis ⁊c̃. Decimotertio dicit ad cõ-
iugatas. Cũ iunioribus.ſ.viris ꝯiugate lau-
dent nomen dñi. Decimoq̃rto ad oẽs ele-
ctos ꝑ̃cipue penitẽtes dicit. Cõfeſſio ei⁹ ſu-
per celũ ⁊ terrã:iõ exaltauit cornu ppl̃i ſui.
qꝛ pñia celũ penetrat ⁊ terrã pedib⁹ ꝯculcat
Quia vero ſcti hac die laudãt deũ:iõ ⁊ nos
ip̃m in ſctis laudare debem⁹.pſ̃. Laudate
dñm in ſctis ei⁹.⁊ hoc ſm̃ oẽs ordines ſan
ctoꝝ. Primo debem⁹ laudare beatã virginẽ
Jõ dicit. Laudate eũ in firmamẽto virtutꝭ
ei⁹. Nã firmamẽtũ virtutꝭ.ſ. fidei fuit beata
ꝟgo.qꝛ ceteris titubãtib⁹ hora paſſiõis xp̃i
ip̃a ſola ꝑmãſit firma in ꝟtute fidei. Eze-
chiel.i. Firmamẽtũ qḋ erat iminens capiti
aĩaliũ.i.xp̃o capiti apl̃oꝝ:q̃ſi aſpectus lapi
dis ſaphiri.ꝑ firmitatẽ fidei ip̃am honora
mus.pctõres nõ celebrãt feſtuꝫ btẽ virgĩs
hodie:ſ; aſtaroth q̃ interp̃tat̃ exprobratio.
qꝛ vacant diuinationib⁹ ⁊ magicis artib⁹.
Scḋo debem⁹ laudare angelos.ideo dicit.
Laudate eum in virtutibus eius.id eſt pro
gloria angelicis ſpiritibus data. Per humi
litatẽ em̃ ipſos honoramus. Eccl̃.iij. Ma-
gna potentia dei ſolius ⁊ ab humilibus ho-
noratur. peccatores non celebrant feſtum

angeloꝝ:ſed luciferi ꝑ ſupbiã. Job.xl. Jpſe
eſt rex ſup oẽs filios ſupbie. Tertio debe-
mus laudare patriarchas.ideo dicit. Lau-
date eũ ſm̃ multitudinẽ magnitudĩs ei⁹.i.
ꝓ gl̃ia patriarchis collata in quib⁹ relucet
magnitudo ⁊ multitudo diuĩe bonitatis ex
quib⁹ ortus eſt xp̃s.quos de lymbo eduxit:
⁊ ad celum deduxit. Gal̃.iij. Abrahe dicte
ſunt ꝓmiſſiones ⁊c̃. Zach.ix. Tu quoq; in
ſanguĩe teſtamenti tui eduxiſti vinctos de
lacu.pſ̃. Aſcẽdens in altũ captiuã duxit ca
ptiuitatẽ.per miſam ip̃os honoram⁹. Heb.
vlti. Hoſpitalitatꝭ nolite obliuiſci. Per hãc
em̃ quidã placuerũt deo. Pctõres nõ cele-
brant feſtũ patriarcharũ:ſ; mãmone ꝑ aua
riciã. Math.xvi. Nõ poteſtis deo ſeruire ⁊
mãmone. Q̃rto debem⁹ laudare ꝓphetas.
iõ dicit. Laudate eũ in ſono tube.i. ꝓ gl̃ia
ꝓphetꝭ collata.q̇ fuerũt tube dei. Eſa.lviij.
Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem
tuã.ꝑ ꝯtẽptũ mũdi ip̃os honoram⁹. Heb.
xi. Circuierũt in melotis:in pellib⁹ caprinis
egẽtes:anguſtiati:afflicti. Pctõres nõ cele
brant feſtũ ꝓphetarũ:ſ; beelphegoꝛ q̃ inter
pretatur veſtit⁹ ſicut vani glorioſi. Eccli.xi.
Jn veſtitu ne vane glorieris vnq̃. Quin-
to debem⁹ laudare apl̃os.iõ dicit. Laudate
eũ in pſalterio.i.ꝓ gl̃ia apl̃is collata. q̇ fue
runt pſalteriũ decẽ chordarũ.i. p̃ceptoꝝ dei
que ꝑ̇dicauerũt in vniuerſo mũdo. pſ̃. Jn
pſalterio decẽ chordarũ pſallite illi.cãtate ei
canticũ nouum.ſ.incarnatiõis:paſſiõis:re
ſurrectõis xp̃i.ꝑ zelũ ſalutis fraterne ip̃os
honoram⁹. Math.vi. Diligite inimicos ve
ſtros. pctõres nõ celebrant feſtũ apl̃orum
ſ; beelzebub q̃ eſt de⁹ muſcarũ.ſicut detracto
res. Math.x. Si patrẽfamilias beelzebub
vocauerũt:quanto magis domeſticos ei⁹.
Sexto debem⁹ laudare ſctõs innocentes.
iõ dicit. Laudate euꝫ in cythara.i. ꝓ gloria
ſctĩs innocẽtib⁹ collata. Cythara em̃ dulcit
ſonat:ſ; quid dulcius q̃ innocenter viuere:
Apoc.xiiij. Uocẽ quã audiui ſicut cythare
doꝝ cytharizantiũ in cytharis ſuis. ꝑ inno
centiã ip̃os honoramus.pſ̃. Innocẽtes ⁊
recti adheſerũt mihi. peccatores non cele-
brant feſtũ innocentũ: ſed aſtartes q̃ inter
pretatur plaſmationis ſupfluitas.ſicut ob-
ſtinati. Septimo debemus laudare marty-
res.ideo dicit. Laudate euꝫ in tympano.q̇
ſicut tympana fuerunt extenſi martyrio. ⁊
in pellibus ꝑcuſſi reſonabãt fideꝫ xp̃i Jere.
xxxi. Uirgo iſrl̃ adhuc coronaberis tympa

nis ſuis ꝑ patientiā ipos honoramus. Vñ
dicit. No murmur reſonat. nō q̄ri. ſꝫ cor. ta.
m. bñ cōſ. cōſer. patientiā. pctōres non cele⸗
brāt feſtum martyrū: ſꝫ martis dei belli ꝑ ira
cundiā. Jac. iiij. Litigat̄ ⁊ belligerat̄. ſ. duel
lis ⁊ ludis vacādo. Octauo debem⁹ lauda
re pōtifices: iō dic̄ ⁊ choro. Etiā religioſos:
iō dic̄. Laudate eū in chordis. Inſup docto
res: iō dic̄. ⁊ organo. qui ſuis doctrinis ſua⸗
ues melodias dederūt. Per abſtinētiā ipos
honoram⁹. ij. Coꝝ. vi. In fame ⁊ ſiti. in ieiu
nijs mult̄. pctōres celebrāt feſtū baal: q̄ int̄
ptat̄ deuoratio: ſic̄ guloſi. Phil̄ iij. quoꝝ
de⁹ venter eſt. Nono debem⁹ laudare v̄gi
nes. ido dic̄. Laudate eū in cymbalis bene
ſonantib⁹ etiā totū collegiū electoꝝ: iō dic̄.
laudate eū in cymbalis iubilatiōis. Per cō
tinentiā ⁊ puritatē ipos honoram⁹. i. Theſ
ſal̄. iiij. Sciat vnuſq̄ſq; veſtrū vas ſuū poſſi
dere in ſanctificatōe ⁊ honore. pctōres cele⸗
brant feſtū aſmodei: ſicut voluptatē ſectan
tes. Sap. xi. Nullū ptm̄ ſit q̄ nō ptranſeat
luxuria nr̄a. Cōcludit g̊ dicēs. Ois ſpūs tā
celeſtis q̄ terreſtris laudet dñm. Amen.

Alius ſermo de om̄ib⁹ ſctīs q̄ eſt Ser. lx.

Merces veſtra copioſa eſt in celo. Math. v. ⁊ in euā
gelio ⁊c̄. Beat⁹ Greg. in omel̄.
de diſtinctōe nouē ordinū angeloꝝ dicit ſic.
Diſtincte cōuerſationes hoim ſinguloꝝ or
dinū angeloꝝ dignitatib⁹ cōgruūt: ⁊ in coꝝ
ſortē vel ordinē per cōuerſatōnis ſimilitudi⸗
nem deputant̄. hec ille ⁊c̄. Sup quo moueo
talem q̄ſtionē. Vtrū electos aſſumi ad ordi
nes ſpirituū beatoꝝ ſic cōueniat: vt decimū
ordinē poni ſeorſum nō deceat. Ad iſtā que
ſtionem r̄ndent q̄ttuor doctores noui teſta
menti. Prim⁹ eſt beat⁹ Aug. in enchiridi
on. ⁊ allegat̄ a mag̊ro ſentētiarū lib. ij. diſt.
ix. c. x. dicēs ſic. Supna hierl̄z mater nr̄a dei
ciuitas. nulla ciuiū ſuoꝝ numeroſitate frau
dabitur: aut vberiori copia fortaſſe regna⸗
bit. Neq; eñ numerū aut ſanctoꝝ hoīz aut
immūdoꝝ demonū nouim⁹. in quoꝝ locū
ſuccedentes filij catholice matris: q̄ ſterilis
apparebat in terris in ea pace de q̄ illi ceci⸗
derūt: ſine vllo tempis termino ꝑmanebūt
Sed illoꝝ ciuiū numer⁹: ſiue q̄ eſt: ſiue q̄ fu⸗
it: ſiue q̄ futur⁹ eſt: in cōtemplatōe ei⁹ artific̄
eſt q̄ vocat ea q̄ nō ſunt tanq̄ ea q̄ ſunt. hec
ille. Secūdus eſt beat⁹ Greg. vt allegat̄
a mag̊ro eadē diſt. ca. ix. dicēs ſic. Superna
illa ciuitas ex angelis ⁊ hoīb⁹ ꝯſtat. ad quā
credim⁹ humani generis tantū aſcendere
quantos illic contigit angelos remāſiſſe vt
ſcriptū eſt. Statuit numerū populoꝝ: iux
numerū filioꝝ dei. hec ille. Terti⁹ eſt magi⸗
ſter ſentētiarū eadē diſt. c. viij. dicēs ſic. Ap
paret de homib⁹ nō eſſe formandū decimū
ordinē tanq̄ nouē ſint angeloꝝ: ⁊ decim⁹ ho
minū. Sed hoīes ꝑ qualitate meritoꝝ ſta⸗
tuendos in ordinib⁹ angeloꝝ. Qō ergo le⸗
gitur decim⁹ ordo cōplendus de homib⁹. Lu
ce xv. ſup illud. Aut q̄ mulier habēs drag⸗
mas decē ⁊c̄. Ex tali ſenſu dictū accipi pōt.
q̄ de homib⁹ reſtaurabit̄ qō in angelis la⸗
pſum eſt: de quib⁹ tot corruerūt. vnde poſſet
fieri decim⁹ ordo. ꝓpt̄ qō dicit aplus. Re⸗
ſtaurari oīa in xp̄o que in celo ſūt: ⁊ que in
terris. q̄ꝛ ꝑ xp̄z redemptū eſt gen⁹ humanū
de quo fit reparatio ruine angelice. tñ non
min⁹ ſaluaret̄ homo: etiā ſi angel⁹ non ceci
diſſet. hec magiſter. Quart⁹ eſt Origenes
ſup lib. numeroꝝ omel̄. xix. dicēs ſic. Agūt
angeli diē feſtū letantes ſup his q̄ refugiē⸗
tes conſortia demonū ꝑ exercitia v̄tutū an
gelicis feſtinant ſociari conſortijs. hec ille.
Sicut autē diuerſa ſunt merita ſanctoꝝ. ſic
diuerſe ſunt vie ⁊ porte quib⁹ intrant in illā
ciuitatē dei. Unde iohes Apoc. xxi. dicit ſic
Oſtēdit mihi angel⁹ ciuitatē ſanctā hierl̄m
deſcendentē de celo habentē claritatē dei: ⁊
hēbat murū magnū ⁊ altū hñs portas duo⸗
decim. Ab oriēte porte tres. ab occaſu porte
tres. a meridie porte tres. ab aq̄lōe porte tres
⁊c̄. Qui eñ intrauerīt i hāc ciuitatē ꝑ viā q̄
reſpicit ad orientē nō fuerūt aſſumpti ad or
dines angeloꝝ. ſed exaltati fuerūt ſup eos:
eo q̄ maior gloria debebat̄. Per p̄mā por⸗
tam intrauit xp̄us. Ezech. xliij. Ecce gloria
dei iſrael ingrediebat̄ per viā orientalē. Et
Marci vlti. c. Dñs quidē ieſus aſſūpt⁹ eſt
in celū: ⁊ ſedet a dextris dei. Per ſecundā
portā intrauit ſpūſſanct⁹ poſtq̄ deſcendit
ſuper aplos in linguis igneis. Ezech. xliij.
Maieſtas dñi ingreſſa eſt templū per viā
porte que reſpiciebat ad orientē. Per tertiā
portam intrauit virgo beata. Ezech. xliiij.
Conuerti me ad viam porte ſanctuarij exte
rioris q̄ reſpiciebat ad orientem ⁊ erat clau
ſa. Per hanc introiuit virgo beata que fuit
clauſa per virginitatem in conceptione xp̄i.
Ideo cantat ſancta mater eccleſia. Exalta⸗
ta eſt ſancta dei genitrix ſuper choros ange
loꝝ ad celeſtia regna. Si aūt querat̄ mod⁹

exaltationis patet per illud qđ dicitur de ea Elegit eam deus ⁊ preelegit eam. ⁊ habitare eam facit in tabernaculo ſuo. Jn cuius figura dicit᷑. iij. Reg. ij. Surrexitqꝫ rex in occurſum eius ⁊ ſedebit ipa ſuper thronum regis. Ceteri autē electi aſſumuntur ad ordines ſanctoꝝ angelorum. ſicut dicit chriſtus Math. xxij. Erunt homīes ſicut angeli dei in celo. Propterea dicunt verba ꝓpoſita. Merces veſtra copioſa eſt in celo. Sūt autem nouem ordines angelorum. vt declarat magiſter ſententiarū lib. ij. diſt. ix. c. i. dicēs ſic. Nouem eſſe ordines angelorum ſcriptura promulgat. ſcꝫ angelos: archangelos: principatus: poteſtates: virtutes: dominatiões: thronos: cherubin: atqꝫ ſeraphin. Et inueniuntur in iſtis ordinibus tria terna eſſe: ⁊ in ſingulis tres ordines: vt trinitatis ſimilitudo in eis inſinuet᷑ impreſſa. Unde Dionyſius tres ordines angelorum eſſe tradit. trinos in ſingulis ponens. Sunt enī tres ſuperiores: tres medij: tres inferiores. Superiores. ſeraphin: cherubin: throni. Medij dominationes: principatus: poteſtates. Inferiores virtutes: archangeli: angeli. hec magiſter. Ad iſtos aſſumunt᷑ nouem ordines hominū electorum. Unde ſciendum ꝙ de quolibet ordine angelorum multi ceciderūt Sicut declarat magiſter ſententiarū. vbi ſupra. c. vi. dicēs ſic. Qđ ita diſtincti fuerint a pmordio ſue conditionis iſti ordines. videtur teſtimonio auctoritatū inſinuari que tradit de ſingulis ordinibus aliquos cecidiſſe. De ordine nāqꝫ ſuperiori lucifer ille cecidit quo nullus dignior conditus eſt. Apoſtol⁹ etiam principat⁹ ⁊ poteſtates tenebrarum nominat: oſtendens de ordinib⁹ illis cecidiſſe: qui cū in malis miniſteriū exercent: non tamen penitus nominibus ordinū ſuorum priuati ſunt. hec magiſter. Et intelligit ꝙ a principio creationis iſti ordines fuerunt diſtincti non donis ſed datis. i. non gratuitis ſed naturalib⁹. Prius ergo fuerūt diſtincti naturalibus poſtea gratuitis. ſm̄ illud Mathei. xxv. Dedit vnicuiqꝫ ſm̄ ꝓpriam facultatem. Jn locum iſtorum cadentium ſucceſſerunt homīes electi: ⁊ iſte ſunt manſiones de quib⁹ dicit xp̄us Joh. xiiij. Jn domo patris mei manſiones multe ſunt. Super quo dicit Greg. li. iiij. dialogoꝝ ſic. Jn domo patris mei māſiones mlte ſunt. Si enī diſpar retributio in illa beatitudine eterna nō eſſet vnam potius manſionem ꝙ̄ multas ſaluator appellaret. multe ergo manſiones ſunt in quibus ⁊ diſtincti beatorum ordines: propter meritorum conſortium communiter letētur. ⁊ tamen vnum denarium oīes laborātes accipiunt. qui in multis māſionibus diſtinguuntur. Quia ⁊ vna eſt beatitudo quaꝫ illic percipiunt: ⁊ diſpar retributionis qualitas: quā per merita diuerſa ſortiuntur. hec ille. Cum ergo nouem ſint ordines angelorum. ideo nouem ſunt ordines hominū electorum: qui ad illos aſſumpti ſunt: quos per ordinem videamus.

## Primus ē ordo ſeraphin

qui interpretātur ardentes. de quibus dicit Greg. in omelia de diſtinctione nouē ordinum ſic. Seraphin ardētes vel incēdentes vocantur: que quia ita deo coniuncta ſunt: vt inter hec ⁊ deū nulli alij ſpiritus interſint ⁊ tanto magis ardent quanto hunc vicini⁹ vident. hec ille. Ab iſto ordine cecidit lucifer. Unde magiſter ſententiarū lib. ij. diſt. vi. ca. i. dicit ſic. De maioribus quidē corruerunt: inter quos vnus fuit lucifer: omnibus alijs cadentibus excellentior. nec inter ſtantes aliqs eo fuit dignior. ſicut teſtimonijs auctoritatum monſtratur. Unde Eſaias. Quomodo cecidiſti de celo lucifer qui mane oriebaris ⁊c̄. Qui non vn⁹ ordo ſed vn⁹ ſpūs accipiend⁹ eſt. Qui teſte Jſido. poſtꝙ̄ creatus eſt. eminentiaꝫ nature: profunditatemqꝫ ſcientie ſue perpendens in ſuum creatorem ſuperbiuit: intantū ꝙ ſe deo equare voluit. Unde in Eſa. dicit᷑. Jn celum conſcēdam. i. ad dei equalitatem. ſuper aſtra celi. i. ſuper oīes angelos. exaltabo ſoliūm meū ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Similis quidem deo eſſe voluit: non per imitationem iuſticie: ſꝫ per equalitatem potentie. hec magiſter. Jn locum luciferi ſucceſſit ordo patriarcharū. de quibus Greg. vbi ſupra. dicit ſic. Sunt nōnulli qui ſuperne contemplationis amore accenſi in ſolo cōditoris ſui deſiderio anhelant. nil iam in hoc mundo accipiunt. ſolo eternitatis amore paſcunt᷑. terrena quoqꝫ abijciunt: cuncta temporalia mente tranſcēdunt: amant ⁊ ardent: atqꝫ in ipo ſuo amore requieſcunt: amādo ardent: ⁊ quos verbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo iſtos niſi ſeraphin dixerim. Quoꝝ corp⁹ in igne conuerſum lucet ⁊ vrit hec ille. Tali nempe charitate accenſi erant patriarche. Unde Aug. li. de laudib⁹ charitatis

ſtatis: dicit ſic. Jn charitate pauper eſt diues Sine charitate om̄is diues eſt pauper. Hec in aduerſitatibus tolerat: in proſperitatibꝰ temperat. in duris paſſionibus fortis eſt. in bonis operibꝰ hylaris eſt. in temporalibus ditiſſima. inter bonos fratres letiſſima. inter falſos patientiſſima. in abel per ſacrificium leta. Jn noe per diluuiū ſecura. in abrahe pigrinatōe fideliſſima. in yſaac imolatōe obedientiſſima. in iacob perſecutōne mitiſſima in ioſeph venditione patientiſſima. hec ille. Conabatur aūt lucifer extinguere hanc charitatem in patriarchis accendendo mentis cupiditatē. vt patet de cayn: eſau: ⁊ de paſtoribus abrahe ⁊ loth. vt dicitur Geneſ. xiij. Propterea dicit̄. i. Thimo. vlti. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationem ⁊ in laqueum diaboli: ⁊ in deſideria multa que mergunt hoīem in interitū ⁊ perditionem. Ut autē poſſent ſe defendere a laqueis luciferi habuerūt vnā ſociā ſcʒ dominā innocentiam. de qua dicit pſ̄. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Et iterum. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domꝰ mee. Propter hanc dixit abraham ad loth. Ne queſo ſit iurgium inter me ⁊ te. fratres em̄ ſumus. Gen̄. xiij. Et de Jacob dicit̄ Gen̄. xxv. Porro iacob erat vir ſimplex: ⁊ habitabat in tabernaculis ⁊c̄. Jnduebantur autē veſtimentis aureis dilectōnis dei ⁊ proximi. iuxta illud Job xl. Circunda tibi decorem in ſublime erigere eſto glorioſus: ⁊ ſpecioſis induere veſtimētis. Cum his veſtimentis aſcendunt patriarche ad domum domini: per portam que reſpicit ad meridiem. iuxta illud Apoc. xxi. A meridie porte tres. per primā portam intrant patriarche. Nam ſol in medie ardet. Et qꝛ patriarche ardebant charitate. iuxta illud Math. xij. Jgnē veni mittere in terrā: ⁊ quid volo niſi vt ardeat? Jdeo intrauerūt regnū celoꝝ per hanc portā. Uenientes autem ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerunt illud pſ̄. Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus: ⁊ metuant eum om̄es fines terre. Quos gratiſſime acceptauit ⁊ coronauit eos corona diuitiarum celeſtium q̄ eſt apud ipſam. iuxta illud Prouer. viij. Mecum ſunt diuitie ⁊ gloria. de hac corona dicitur Prouer. xiiij. Corona ſapientiū diuitie. Sic autē coronatos deputauit oratorio in quo ſtant ſeraphin laudantes deū continue. Juxta illud Eſa. vi. Uidi dominū ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatū ⁊ plena erat domus a maieſtate eius: ⁊ ea que ſub ipſo erant implebant templū. Seraphin ſtabant ſuper illud: ſex ale vni: ⁊ ſex ale alteri. ⁊ clamabāt alter ad alterū. Sanctus ſanctus ſanctus: dn̄s deꝰ exercituū: plena eſt om̄is terra gloria eiꝰ. Jn eodē oratorio ſtant patriarche: cantātes illud pſ̄. Beati qui habitant in domo tua dn̄e: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Habuerunt autē iſtā manſionē per feuduʒ obſeruantes fidelitatem ⁊ obedientiam deo. vt declarat Paulꝰ Heb. xi. Tunc domina paupertas aſſecurauit eos de ſua gloria dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſoꝝ eſt regnum celorū Super quo Aug. lib. de verbis dn̄i dicit ſic Hij ſunt pauperes ſpiritu: qui quando faciunt aliquid boni deū laudant. Et Hugo libro de clauſtro aīe dicit ſic. Pauperes ſpiritu ſunt: qui licet affluant diuitijs: corda tn̄ nolunt apponere. Et ſic pʒ pͥmus.

¶ **Secundus ordo eſt cherubin** qui interpretant̄ plenitudo ſcientie. De quibus dicit Greg. in omel. vbi ſupra. Superiora illa agmina. ideo cherubin vocata ſunt. Quia tanto perfectiori ſcientia plena ſunt quanto claritatem dei vicinius contemplantur: vt ſm creature motum: eo plene omnia ſciant. quo viſioni conditoris ſuper meritū dignitatis appropinquant. Ab iſto ordine cecidit ſathan. de quo dicit̄ Luce. x. Uidebam ſathan quaſi fulgur de celo cadentem. Et aſſimilatur fulguri propter luminoſitatem. quia in eo vigebat lumen intellectus: quod eſt obſcuratum in caſu eius Jn locum ſathan ſucceſſit ordo prophetarum: propter lumen diuinarum reuelationum eis factarum. Unde Gregorius in omelia vbi ſupra dicit ſic. Quia vero cherubin plenitudo ſcientie dicitur. ⁊ paulo docēte didicimꝰ. qꝛ plenitudo legis ē dilectio ⁊ charitas. Omnes qui dei ac proximi charitate ceteris amplius pleni ſunt: meritorum ſuorum ſortem: inter cherubin numeros perceperunt. hec ille. Hij autem fuerunt prophete qui dicūt illud. i. Corinth. ij. Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſanctum ſuum. Que enim ſunt dei nemo nouit niſi ſpiritus dei. Et. ij. Pet. i. Non em̄ voluntate hūana allata eſt aliqn̄ ꝓphetia.

Sed ſpũſctõ inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoĩes. Conabaᷓ autẽ ſathan extinguere hanc ſapientiã in ꝓphetis peruertendo locutõis vitatẽ ⁊ hec eſt temptatio fraudulẽtie. Act. v. Anania cur temptauit ſathanas cor tuũ mẽtiri te ſpũſctõ. Jdõ ſathan dicit illud. ij. Reg̃ xxij. Ero ſpũs mendax in ore oĩm ꝓphetarũ ⁊c̃. Ut aũt poſſent ſe defendere a laqueis ſathan habuerũt vnã ſociaꝫ ſcꝫ dñam prudentiã de qua Prouer. ix. dr̃. Relinquite infantiã ⁊ viuire ⁊ ambulate p̱ viam prudẽtie. quib⁹ ipa dicit illud Eccli. ij. Qui timetis dñm diligite illum ⁊ illuminabuntur corda veſtra. Induebatur aũt veſtimentis luciðiſſimis ſapientie. Roma. xiij. Induamur arma lucis ſicut in die honeſte ambulem⁹. Et pſ. Decoreꝫ induiſti amict⁹ lumine ſicut veſtimẽto. Cũ his veſtimẽtis aſcendũt ꝓphete ad domũ dñi p̱ ſecundaꝫ portã que eſt ad meridiẽ. qm̃ ſol in meridie maxime lucet. Et qꝛ ꝓphete lucebãt lumine ſapiẽtie. Phil. ij. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mũdo: verbuꝫ vite cõtinẽtes ad gliaꝫ in die xpi. idõ intrauerũt regnuꝫ celoꝝ p̱ hanc portã. Uenientes autẽ ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerũt illud pſ. De⁹ miſereaᷓ noſtri ⁊ bñdicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſup̱ nos ⁊ miſereaᷓ noſtri. Quos gratiſſime acceptauit: ⁊ coronauit eos corona precioſa. de q̃ dr̃ Eccli xxv. Corona ſenũ multa peritia ⁊ gloria illoruꝫ timor dei. Sic autẽ coronatos deputauit cancellarie. Sũt eñ tanq̃ cancellarij curie celeſtis. pſ. Lingua mea calam⁹ ſcribe velociter ſcribentis. cantãtes illud pſ. Beat⁹ hõ quẽ tu erudieris dñe ⁊ de lege tua docueris eũ. Habuerũt aũt iſtã manſionẽ p̱ edificationẽ. i. Cor. iij. Sup edificat ſup̱ fundamentũ hoc: aurum: argentũ: lapides p̃cioſos. Tunc dña manſueta aſſecurauit ꝓphetas de ſua gloria dicens. Beati mites qm̃ ipi poſſidebũt terraꝫ de qua Aug̃ li. ij. de doctrina xp̃iana: dicit ſic. Miteſcere eſt nõ cõtradicere diuine ſcripture ſiue intelligere ſi aliq̃ vicia noſtra percutit ſiue nõ intelligere: quaſi nos melius ⁊ breui⁹ ſapere ⁊ percipere poſſem⁹. hec ille. ⁊ ſic patet ſecundus.

Tertius ordo eſt thronorum in quib⁹ ſedet de⁹ ad iudiciũ exequendum. Unde Greg̃. in omelia vbi ſupra dic̃ ſic. Throni quoq; illa agmina ſunt vocata. quib⁹ ad exercendum iudiciũ ſemp̱ omĩpotens deus preſidet. Ab iſto ordine cecidit belial qui interpretaᷓ abſq; iugo vel abſq; domino de quo diciᷓ. ij. Cor. vi. Que conuentio xp̃i ad belial. q̃ſi dicat nulla. quoniã omne iudiciũ dedit pater filio. Joh. vi. Sed tale iudiciuꝫ fugit belial: quia eſt p̱uatio ſui principatus. In locum belial ſucceſſit ordo apoſtoloꝝ. de quib⁹ diciᷓ Math. xix. Cum ſederit filius hoĩs in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos ſup̱ ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus iſrael. Unde Greg̃. in omelia vbi ſupra dicit ſic. Sunt nonnulli q̃ dum ſibimetipis vigilanti cura dominant. dum ſe ſollicita intentione diſcutiũt diuino timori ſemp̱ inherent hoc in munere virtutẽ accipiũt vt iudicare recte alios poſſint: quorum profecto mentib⁹ dũ diuina cõtemplatio preſto eſt. in his velut in throno ſuo dominus preſidens: aliorum facta examinat: ⁊ cuncta mirabiliter de ſua ſede diſpenſat. Quid ergo iſti niſi throni conditoris ſunt: hec ille ⁊c̃. Conabaᷓ autẽ belyal extinguere rectitudinẽ iudicij in apoſtolis: extinguẽdo fidei claritatẽ. quoniã vt diciᷓ. i. Pet. v. Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Et Apoc. i. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ. Contra illam temptationeꝫ ſollicitus erat paulus. i. Theſſal. iij. dicens. Miſi ad cognoſcendam fidem veſtram ne forte temptauerit vos is qui temptat: ⁊ inanis fiat labor veſter ⁊c̃. Ut aũt poſſent ſe defendere a laqueis belial habuerunt vnaꝫ ſociam. ſ. dominã veritatem: dicentes illud Prouer. viij. Ueritatem meditabiᷓ guttur meũ ⁊ labia mea deteſtabunᷓ impiũ. Induebanᷓ aũt veſtimẽtis iuſticie. iuxta illõ Job xxix. Juſticia idut⁹ ſũ ⁊ veſtiuit me ſic̃ veſtimẽtũ: ⁊ dyademate iudicio meo. et Eſa. lxi. Induit me dñs veſtimẽto ſalutis ⁊ indumẽto iuſticie circumdedit me. Cum his veſtimẽtis aſcendunt apoſtoli ad domum dñi per tertiam portam ad meridiem. Nam ſol in meridie eſt in medio celi. ⁊ apoſtoli fuerunt in eccleſia dei ſicut ſol in medio celi. Math. v. Uos eſtis lux mundi ⁊c̃. Uenientes autem ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerunt illud Apoc. vij. Salus deo noſtro q̃ ſedet ſuper thronũ ⁊ agno. quos gratiſſime acceptauit ⁊ coronauit eos corona aurea. de qua diciᷓ Prouerb. xvi. Corona dignitatis ſenectus que in vijs iuſticie reperitur. Sic autem coronatos deputauit cõſiſtorio

vbi cauſe audiunt᷑ ⁊ ſententie diffiniuntur. Sap. iij. Fulgebunt iuſti ⁊ tanq̄ ſcintille in arundineto diſcurrēt. Judicabunt natiōes ⁊ dominabunt᷑ populis. Habuerunt autē iſtam manſionem per emptionem. Math. xix. Ecce nos reliquim⁹ oīa ⁊ ſecuti ſum⁹ te. quid ergo erit nobis? Jeſus aūt dixit. Cētuplum accipietis ⁊ vitā eternam poſſidebitis. Tunc apoſtoli cantauerūt illud pſ. Beati qui cuſtodiunt iudicium ⁊ faciunt iuſticiam in omī tempore. Statimqȝ domina liberalis aſſecurauit eos de ſua gloria: dicens, Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt iuſticiā: quoniaȝ ipſi ſaturabunt᷑. Super quo Richardus libro de contemplatiōe dicit ſic. Juſticia perfecta iubet inimicos diligere: parentes ⁊ ꝓpria queqȝ relinquere. illata mala patienter ferre. oblatam gloriā vbiqȝ declinare. hec ille. Sed hec oīa obſeruauerunt apoſtoli. ⁊ ſic patet tertius ⁊c.

¶ Quartus ordo eſt dominationum. de quib⁹ Greg. in omelia vbi ſupra dicit. Ea angelorū agmina que potius preeminent pro eo q̄ eis cetera ad obediēdum ſubiecta ſunt: dominatiōes vocantur. Ab iſto ordine cecidit beemoth: qui interp̄tatur beſtia. de quo dicit᷑ Job. xl. Beemoth fenum quaſi bos comedet: ipſe eſt ꝑncipiū viarum dei ⁊c. In locum beemoth ſucceſſit ordo martyrū. de quib⁹ dicit᷑ Heb. xi. Sancti per fidē vicerūt regna: operati ſunt iuſticiam: adepti ſunt repromiſſiones. Vn̄ Gregorius in omelia vbi ſup̄ dicit ſic. Sunt nōnulli qui ſic in ſemetipſis cunctis vitijs omībus deſiderijs dominant᷑ vt ipo iure mundicie dij inter homīes vocentur. Quid ergo iſti niſi intra numerū dn̄ationū currūt. hec ille. Habuerunt autē hanc mundiciā ꝑ martyrium. iuxta illud Apoc. vij. Lauerunt ſtolas ſuas ⁊ dealbauerūt eas in ſanguīe agni Conabat᷑ aūt beemoth extinguere in martyribus operis dei aſſiduitatem per inconſtantiam ⁊ apoſtaſiam a religione xp̄i per culturam ydolorū. Juxta illud Eccli. ij. Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia ſcȝ religionis xp̄i ⁊ timore ⁊ ꝑpara animā tuam ad temptationē ſcȝ tyrannorū inducentium ad ydolatriam. Ordo martyrum tanq̄ conſtans ⁊ firmus in obſeruantia religionis xp̄i. dicit illud Job. xxvij. Juſtificationem meam quā cepi tenere non deſeraȝ nec enim reprehendit me cor meum in omī vita mea ⁊c. Ut autem poſſent ſe defendere a laqueis beemoth. habuerunt vnam ſociam. ſcȝ dominam patientiam. Juxta illud Jacobi. i. Beatus vir qui ſuffert temptationem. Quoniā cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Et Auguſtin⁹ libro de patientia dicit ſic. Virtus animi que patiētia dicitur tam magnum dei donum eſt: vt etiā ipſius qui nobis eam largitur patiētia predicetur. Sancti martyres libenter pro xp̄o martyrium ſuſtinebant: ⁊ cum multa patiētia. Induebantur autem veſtimentis magnanimitatis. de quibus dicitur Eſa. lij. Cōſurge cōſurge induere fortitudine tua ſyon: induere veſtimentis glorie tue. Et Prouerbiorū vlti. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius. Cum his veſtimentis aſcendunt martyres ad domum domini per primam portam que reſpicit ad occidentem. quoniā tūc ſol rubet. Et de martyribus dicitur. Quare rubrū eſt indumentū tuū ⁊ veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari. Eſa. lxiij. Venientes autem ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerunt illud Apocal. vij. Benedictio ſapientia claritas ⁊ gratiarum actio: honor virtus ⁊ fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum Amen. Quos gratiſſime acceptauit ⁊ coronauit eos corona de lapide precioſo. iuxta illd̄ pſ. Poſuiſti ī capite ei⁹ coronā de lapide ꝑcioſo. Sic aūt coronatos deputauit cenaculo. Vn̄ Apoc. ij. dr̄. Vincēti dabo edere de ligno vite qd̄ ē in paradiſo dei mei. Et Luce. xxij. dicitur. Edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meaȝ in regno meo. cantātes illud Eccli. xlviij. Beati ſunt qui te audierunt: ⁊ in amicicia tua decorati ſunt. Habuerunt autem iſtam manſionem per expugnationem ⁊ victoriam. Math. x. Eſtote fortes in bello ⁊ pugnate cum antiquo ſerpente: ⁊ accipietis regnum eternum Tūc domina perſeuerātia aſſecurauit martyres de ſua gloria dicens. Beati qui lugēt quoniam ipſi cōſolabunt᷑. Super quo Bernardus in ſermone dicit ſic. O vere glorioſa ſocietas. o ſanctum conuiuium. o deſiderabiles epule: vbi nimirum anxietas nulla nullum poterit eſſe faſtidium quinimmo ſacietas ſumma ⁊ ſummum erit ibi deſideriū hec ille. ⁊ ſic patet quartus ⁊c.

¶ Quintus ordo eſt principatuum. de quibus Gregorius in omelia vbi ſupra: dicit ſic. Principatus quoqȝ vo-

cantur qui ipſis quoqȝ bonis angelorum
ſpiritibus preſunt qui ſubiectis alijs dum
queqȝ ſint agenda diſponunt eis ad explen
da omnia miniſteria principantur. Ab iſto
ordine cecidit beelzebub: qui interpretatur
ꝓnceps muſcarum, de quo dicitur Luce.xi.
In beelzebub ꝓncipe demoniorum eijcit de-
monia. Et Math.x. dicitur. Patrem fami-
lias beelzebub vocauerunt. In locum beel-
zebub ſucceſſit ordo confeſſorum. ſcilȝ ſacer
dotum doctorum ⁊ predicatorum. De qui-
bus dicitur Malachie.ij. Labia ſacerdotis
cuſtodiunt ſcientiam: ⁊ legem requirunt ex
ore eius. quia angelus domini exercituum
eſt. Unde Gregorius in omelia vbi ſupra:
dicit ſic. Sunt nonnulli qui acceptis virtuti
bus etiam aliorum mores ⁊ merita tranſcē
dunt. Cunqȝ ⁊ bonis meliores ſint: electis
quoqȝ fratribus principantur. Quid ergo
iſti ſortem ſuam niſi inter principatuum nu
merum acceperunt: hec ille. Ideo dicitur
Eccli.xlv. Finees filius eleazari placuit deo
iſrael. Ideo ſtatuit illi teſtamentum pacis:
⁊ principem ſanctorū ⁊ gentis ſue: vt ſit il
li ⁊ ſemini eius ſacerdotij dignitas in eter-
num. Conabatur autē beelzebub extingue
re intentionis ſinceritatem a ſanctis confeſ
ſoribus: ⁊ hec eſt temptatio vane glorie.
Math.vi. Attendite ne iuſticiam veſtram
id eſt opus bonum faciatis coram homini-
bus. Ut autē poſſent ſe defendere a laque-
is beelzebub: habuerunt vnam ſociam ſcilȝ
dominam obedientiam. Iuxta illud Act.
v. Oportet obedire deo magis ꝙ homini-
bus. Et.i. Regum.xv. Melior eſt enim obe
dientia ꝙ victime. In principe requiritur
vt obediat legi dei: aliter priuatur principa-
tu. vt patet de Saule rege iſrael. qui priua-
tus fuit regno propter inobedientiam. Un
de ſequitur ibidem. Pro eo ꝙ abiecisti ſer-
monem domini abiecit te dominus ne ſis
rex. Super quo Gregorius lib.xxxv. mora-
lium dicit ſic. Obedientia ſola virtus eſt q̄
menti virtutes ceteras inſerit: inſertaſqȝ cu
ſtodit. Melior eſt obedientia ꝙ victime.
Obedientia victimis preponitur: quia per
victimas caro aliena: per obedientiam vero
caro ⁊ voluntas propria mactatur, hec ille.
Induebantur autem veſtimentis temperā
tie refrenantis. Iuxta illud Exod.xxix. Ap
plicabis quoqȝ filios Aaron ⁊ indues tuni
cis lineis: cingeſqȝ baltheo: impones eis mi
tras. eruntqȝ ſacerdotes mei religione per-
petua. Hoc eſt indumentū album quod red
dit carnem mundam. ſcḋm illud Apocal.iij.
Suadeo tibi emere aurum ignitum proba-
tum vt locuples fias ⁊ veſtimentis albis in
duaris: vt non appareat cōfuſio nuditatis
tue. Iſta verba dicta fuerunt epiſcopo Lao
dicie. Cum his veſtimentis aſcendunt con-
feſſores ad domum domini per ſecundam
portam que reſpicit ad occidentem. quoniā
tunc ſol humectat, ſic confeſſores erant hu-
midi per diſcretionem. Unde Bernar. ſu-
per Cantica: dicit ſic. Diſcretio omni virtu-
ti ordinem ponit: modum tribuit: decorem
⁊ perpetuitatem confert. Eſt ergo diſcretio
animi virtus quedam moderatrix virtutū
ordinatrixqȝ affectuum: ⁊ doctrix morum.
Tolle hanc ⁊ virtus vicium eſt, hec ille. Et
Paulus dicit. Probate ſpūs ſi ex deo ſunt.
Uenientes autem ad pedes ſanctiſſime tri-
nitatis cantauerūt illud Eccli.xxxvi. Scḋm
benedictionem Aaron da populo tuo vt ſci
ant omnes: quoniam tu es deus conſpector
ſeculorum. Quos gratiſſime acceptauit et
coronauit eos corona aurea. de qua dicitur
Eccli.xlv. Corona aurea ſuper mitram eius
expreſſa ſigno ſanctitatis: gloria honoris: ⁊
opus fortitudinis. Sic autem coronatos de
putauit viridario. Iuxta illḋ Canti.vi. Aſcē
di in ortum meum: vt viderem poma con-
uallium ⁊ inſpicerē ſi floruiſſet vinea ⁊ ger
minaſſēt mala punica. Per iſta poma ſigni
ficantur ſacerdotes propter odorem ſancti-
tatis. Iuxta illud.ij. Corinth.ij. Chriſti bo-
nus odor ſum⁹. Per mala punica ſignificā-
tur predicatores verbi dei. vt habetur diſt.
xliij. ca. ſit rector. cantantes illud Prouerb.
xx. Beati qui ambulant in ſimplicitate ſua.
quoniam beatos poſt ſe filios derelinquēt.
Habuerunt autem iſtam manſionem ꝑ do
nationem. ſcḋm illud Romañ.viij. Cum illo
omnia nobis donauit. Et Math.xxiiij. Fi-
delis ſeruus ⁊ prudens quem conſtituit do
minus ſuper familiam ſuam: vt det illis in
tempore tritici menſuram. Tūc domina cō
tinentia aſſecurauit confeſſores de ſua glo-
ria: dicens. Beati qui perſecutionem patiū
tur propter iuſticiam. quoniam ipſorum eſt
regnum celorum. Super quo Gregorius li-
bro.xxvi. moral. dicit ſic. Sanctorū mētes
eternitatis premia preſtolantes: ex aduerſi
tatibus vires ſumunt. quia creſcente pugna

glorioſiorem ſibi non ambigunt manere victoriam ⁊ coronam. Electorum enim deſideria dum premuntur aduerſitate proficiūt ſicut ignis flatu premitur vt augmentetur ⁊ vnde quaſi extingui cernitur inde roboratur. hec ille.

¶ **Sextus ordo eſt poteſta**tum. de quibus Gregorius in omelia vbi ſupra: dicit ſic. Poteſtates vocantur hij qui hoc potentius in ſuo ordine perceperunt: vt eoruʒ ditioni virtutes aduerſe ſubiecte ſint: quorum poteſtate refrenantur: ne corda hominum tantū temptare valeant quantū volunt. hec ille. Ab iſto ordine cecidit beelphegor: qui eſt priapus ſimulacrum ignominie de quo dicitur Joſue. xxij. Peccaſtis in beelphegor: ⁊ macula hui⁹ ſceleris in vobis permanet. Et Oſee. ix. dicitur. Ipſi intrauerunt ad beelphegor ⁊ abalienati ſunt in cōfuſione ⁊ facti ſunt abomīabiles ſicut ea que dilexerunt. In locum beelphegor ſucceſſit ordo ſanctarum virginum. de quibus pſ̄. Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi in leticia ⁊ exultatione adducentur in templum regis. Unde Gregorius in omelia vbi ſupra dicit ſic. Sunt nōnulli qui etiā de obſeſſis corporibus malignos ſpiritus fugant: eoſq; virtute orationis ⁊ accepte poteſtatis eijciūt. Quid itaq; iſti per meritum ſuum niſi inter poteſtates celeſtium ſpirituum ſortem accipiunt: hec ille. Iſtud patet de Sarra iuuencula vxore thobie iunioris. Thobie. viij. Conabatur autem beelphegor extinguere in virginibus corporis puritatem. ⁊ hec eſt temptatio fornicationis ⁊ luxurie. Jacobi. i. Unuſquiſq; temptatur a concupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus. Ideo dicitur Ephe. v. Fornicatio ⁊ om̄is immundicia non nominetur in vobis ſicut decet ſanctos. Ut autem poſſent ſe defendere habuerunt vnam ſociam ſcilʒ dominam pudiciciam. que dicit illud. Gal. vi. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis nō perficietis. Et Johānes Caſſianus in collatione abbatis paſtoris: dicit ſic. Maior eſt virtus: maior eſt gratia internam libidineʒ carnis extinguere: q̄ nequitias demonum extrinſecus irruentes ſigno domini ac virtutis altiſſime ſubiugare. Maius enim miraculum eſt de propria carne fomitē eradicare luxurie: q̄ de alienis corporibus immundos ſpiritus effugare. hec ille. ⁊ vt dicit Tullius libro de officijs. Pudicicia eſt virtus non ſolum impetum libidinis coercens: ſed ⁊ ſigna cohibens. Induebantur autē veſtimentis ſanctitatis. de quibus dicitur. Eph. iiij. Deponite vos ſm̄ priſtinam conuerſationem veterem hominē qui corrumpitur ſm̄ deſideria: renouamini autem ſpiritu mentis veſtre: ⁊ induite nouum hominē qui ſm̄ deum creatus eſt in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis. Cum his veſtimentis aſcendunt virgines ad domum dn̄i per tertiam portam que reſpicit ad occidentem: quoniam tunc ſol refrigerat. Sic ſpiritusſanctus refrigerabat immo extinguebat ardorem concupiſcentie in ſanctis virginibus. Unde cōmuniter dicebant. Benedico te pater domini mei ieſu xp̄i: quia per filium tuum ignis extinctus eſt a latere meo. Et Eccli. xviij. dicit̄ ſic. Ardorem refrigerabit ros. Uenientes autem ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerūt illud pſ̄. Dominus virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet filias ſuas in pace. Quas cum audiret vocauit eas: dicens illud Canti. iiij. Ueni de libano ſponſa mea veni de libano veni coronaberis. Cumq; ꝓpius acceſſiſſent coronate ſunt corona florum. de qua dicit̄ Eſa. lxij. Eris corona glorie in manu domini: ⁊ dyadema regni ī manu dei tui: Quia complacuit domino habitare in te: ⁊ gaudebit ſponſus ſup̄ ſponſam ⁊ gaudebit ſuper te deus tuus. Sic autem coronatas deputauit cubiculo ſiue thalamo ſuo. iuxta illud Heſter. ij. Heſter ducta eſt ad cubiculum regis. que dicunt illud Cañ. iij. Inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam donec introducā illuʒ in domū matris mee: ⁊ in cubiculuʒ genitricis mee. cantantes illud pſ̄. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Habuerunt autem iſtam manſionem per dotationem. ſm̄ illud Geneſ. xxx. Ditauit me deus dote bona. Et Exod. xxij. Reddet ei iuxta modū dotis quā virgines accipere conſueuerunt. Tunc domina caſtitas aſſecurauit virgines de ſua gloria dicens. Beati mundo corde qm̄ ipſi deum videbūt. Super quo Aug. lib. xij. de ciuitate dei dicit ſic. Ibi tota virtus eſt videre quod amas: ⁊ ſumma felicitas amare qd̄ videas. vbi vera vita in ſuo fonte bibit̄: vbi veritatis om̄is viſio clariſſime aperit̄. hec ille. ⁊ ſic patet ſextus.

Septimus ordo eſt virtutum. de quibus Grego. in omel. vbi ſupra dicit ſic. Virtutes vocantur hij nimirū ſpiritus per quos ſigna ⁊ miracula frequenter fiunt. Ab iſto ordine cecidit leuiathan qui interpretaꝰ perſequens eos. de quo dicitur Eſa. xxvij. In die illa viſitabit dn̄s in gladio ſuo duro ⁊ graui ⁊ forti ſuper leuiathan ſerpentē vectem ⁊ ſuper leuiathan ſerpentē tortuoſum. In locū leuiathan ſuccedit ordo penitentiū, de quibꝰ Greg. in omel. vbi ſup dicit ſic. Sunt nōnulli q̄ mira faciunt ſigna valenter operanꝰ. Quid ergo iſti niſi ad ſupernarū virtutū ſortē ⁊ numerū congruunt hec ille. Penitentes aūt mira faciunt ſigna cum ad deum cōuertunꝰ. vt pȝ de maria magdalena: latrone in cruce ⁊ prodigo. Unde Bern̄. in ſermone dic̄ ſic. Quid maiꝰ miraculum q̄ tot iuuenes: tot adoleſcentes: tot nobiles: vniuerſiq; quos hic video velut in carcere aperto tenenꝰ ſine vinculis ſolo dei timore confiſi q̄ in tanta afflictiōe perſeuerent penitentie vltra virtutē humanā ſupra naturā contra conſuetudinē. hec ille. Conabatur autē leuiathan extinguere in penitentibus verā penitentiā: ſuadendo peccati impunitatē. iuxta illud Prouerb. xxix. Peccantem viruȝ iniquū inuoluet laqueus: ⁊ iuſtꝰ laudabit atq; gaudebit. Et pſ. Narrauerūt vt abſconderēt laqueos dixerūt quis videbit eos? Hij aūt fuerunt demones. de quibꝰ dicitꝰ Job. iij. Parati ſunt ſuſcitare leuiathā. Ut vero poſſent ſe defendere habuerūt vnā ſociā. ſcȝ dn̄am ſollicitā. que dic̄ illō Ecc. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m: ⁊ ne differas de die in diē. Subito eni veniet ira illiꝰ ⁊ in tēpore vindicte diſperdet te. Induebanꝰ aūt veſtimentis humilitatis ⁊ aſperitatis dicentes illud pſ. Ego aūt cū mihi moleſti eſſent induebar cilicio: humiliabā in ieiunio aīam meā. Exemplū Jone. iij c. Peruenit verbū ione ad regem niniue ⁊ deſcendit de ſolio ⁊ abiecit veſtimenta ſua ⁊ indutꝰ eſt ſacco ⁊ ſedit in cinere. Cum his veſtimētis aſcendunt penitentes ad domū dn̄i: per p̄mā portam que reſpicit ad aquilonē. Naȝ ab aquilone pandetur om̄e malū. Jerem̄. i. Sol eni ab aquilone ſerenatur. Et Eccli. iij. dicitur. Sicut i ſereno glacies ſoluētur peccata tua. Uenientes aūt ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerunt illud Deut. xxiij. Benedicat nos dominus deus noſter in omni opere noſtro in terra ad quā ingredimur poſſidendam. quos letiſſime acceptauit ⁊ coronauit eos corona eterna que dicit eis illud i. Pet. v. Percipite immarceſſibileȝ eterne glorie coronam. Sic autē coronatos deputauit cellario: vt perciperent guſtum dulcedinis eterne. dicēs eis illō pſ. Guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis eſt dn̄s: beatus vir qui ſperat in eo. Qui dixerunt illud Cant. ij. Introduxit me rex in cellam vinariā ordinauit in me charitatē. cantantes illud pſ. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ quorum tecta ſunt peccata. Tunc domina clementia aſſecurauit penitentes de ſua gloria dicens Beati eſtis cum maledixerint vobis hoīes ⁊ dixerint om̄e maluȝ aduerſum vos mentientes propter me. gaudete ⁊ exultate: ecce eni merces veſtra copioſa eſt in celo. Unde Hieron̄ ſuper illud pſ. Beatꝰ vir qui non abijt: dicit ſic. Beatꝰ vir q̄ non docuit: nec fecit: nec cogitauit mala. Non ſtetit non perſeuerauit in delicto. ſed per penitentiā ad meliora conuerſus eſt. hec ille.

¶ Octauus ordo eſt archāgelorum. de quibꝰ Gregoriꝰ in omel. vbi ſupra dicit ſic. Qui ſumma annunciant archāgeli vocantur. hinc eſt q̄ ad mariam virginem non quilibȝ angelus ſed gabriel archāgelus mittitur. hec ille. Ab iſto ordine cecidit beelſephon qui interpretaꝰ vetuſtas deuorans aſcenſionē ſpeculi. de q̄ dicitꝰ Exod. xiiij. Uniuerſus exercitus erat contra beelſephon. In locuȝ beelſephon ſuccedit ordo contemplatiuorū. de quibꝰ dicit Greg. vbi ſupra. Sunt nōnulli q̄ diuȝ largitatis munere refecti ſecretoꝝ celeſtium ſumma capere valent ⁊ nunciare. Quid ergo iſti niſi intra archangeloꝝ numerū deputanꝰ. hec ille. Sed cōtemplatiui ſolius contēplatiōis ſtudio inardeſcunt vt contēplari diuina ſecreta queatius poſſint. de quoꝝ vita Greg. ſup Ezechiel. dicit ſic. Contemplatiua vita eſt charitatem dei ⁊ p̄ximi: tota mente retinere ab exteriori actione quieſcere: ſoli deſiderio conditoris inherere: vt nihil iam habere libeat. ſed cōculcatis curis omibus ad videndū ſui conditoris faciem animꝰ inardeſcat. hec ille. Conabaꝰ aūt beelſephon extinguere diuinam contemplationē: in contemplatiuis aſſumendo angeli equitatem. de quo dicitꝰ ij. Cor. xi. Transfigurat ſe in angelum lucis Non eſt ergo mirum ſi miniſtri eius transfi-

gurentur velut miniſtri iuſticie. Unde ſe-
pius decipiūt homines ſub apparentia bo-
ni ⁊ recti. Ut autem contemplatiui poſſent
ſe defendere a laqueis iſtoꝝ habuerūt vnā
ſociā.ſ.dn̄am intelligentiaꝫ. que dicit illud
Prouer.i. Audiens ſapiens ſapiētior erit.
Et intelligēs gubernacula poſſidebit. Hec
eīm dat intellectū ſcripturarū ad cognoſcē-
dam veritatē.vt pꝫ de xp̄o qn̄ tēptatus fuit
a demone vt habetur Math.iiij. Induebā
tur aūt veſtimentis glorioſis. Iuxta illud
Eccl'.xlv. Induit eū dominus ſtolā glorie.
Et Daniel'.xij. Qui docti fuerint fulgebūt
q̄ſi ſplendor firmamēti. Cū his veſtimen꜀
aſcendunt ad domū domini per ſecundam
portā que reſpicit ad aquilonē.quoniā ſtel-
la aquilonaris.ſ.trāſmontana eſt ſita in al
to. Sic contemplatiui in alto contemplati-
onis ⁊ ꝯuerſatiōis ſunt. Iuxta illud Phil'.
iij. Noſtra aūt conuerſatio in celis eſt. Ue
nientes aūt ad pedes ſanctiſſime trinitatis
cantauerūt illud pſ̄. Gloriabunt̄ in te oēs
qui diligunt nomen tuū: quoniā tu benedi
ces iuſtis. Domine vt ſcuto bone volunta
tis tue coronaſti nos. Quos letiſſime acce
ptauit ⁊ coronauit eos corona ſapiētie.de
qua dicitur Eccl'i.l. Corona fratrum quaſi
plantatio cedri in monte libani. Sic autēꝫ
coronatos deputauit depoſitarie.quibus di
xit illud i.Thimo.vi. Depoſitū cuſtodi deui
tans prophanas vocū nouitates: ⁊ oppoſi
tiones falſi nominis ſcientie. Quā quidem
promittentes circa fidē exciderunt.cantan
tes illud Baruch.iiij. Beati ſum⁹ iſrael: quo
niā que deo placent nobis manifeſta ſunt.
Habuerunt aūt iſtā manſionē per heredi-
tationē.iuxta illud Eccl'i.iiij. Sapientia fi-
lijs ſuis vitam inſpirat: ⁊ ſuſcipit exquiren
tes ſe: ⁊ preibit in via iuſticie: ⁊ qui diligit il
lam diligit vitā. ⁊ qui vigilauerint ad illam
complectentur placorē eius. qui tenuerunt
illā vitā hereditabunt. ⁊ quo introibit bene
dicetur deus. Tūc domina religioſa aſſecu-
rauit contemplatiuos de ſua gloria dicens.
Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur.
Super quo Greg'.in paſtorali dicit ſic. Si
filij dei vocantur qui pacē faciunt: proculdu
bio ſunt ſathane filij qui pacē confundunt.
hec ille. Sed contemplatio ducit ad veram
pacem.ergo ⁊c̄.

Nonus ordo eſt ange-
lorum.de quibus Greg'. in omel'. vbi ſupra
dicit ſic. Hi qui minima nūciant angeli vo
cantur. Ab iſto ordine cecidit mām̄ona.de
quo dicitur Math.vi. ⁊ Luce.xvi. Non po
teſtis deo ſeruire ⁊ mammone. In loco mā
mone ſuccedit ordo actiuorum. de quibus
Greg'.vbi ſupra dicit ſic. Sunt pleriq; qui
parua capiunt: ſed tamen hec eadeꝫ parua
quantū preualent nunciare fratribus non
deſiſtunt. Iſti itaq; in angeloꝝ numerū cur
runt. hec ille. ⁊ Luce.xvi. dicitur. Facite vo
bis amicos de mammona iniquitatis vt cū
defeceritis recipiant vos in eterna taberna
cula. De vita iſtorū actiuorū Beda ſuper il
lud. Intrauit ieſus in quoddā caſtellū. dicit
ſic. Actiua vita eſt panē eſurienti tribuere
verba ſapientie neſcientē docere: erranteꝫ
corrigere: ad humilitatis viā ſuperbientem
proximū reuocare: infirmantis curā gerere
que ſingulis quibuſq; expediant vt ſibi eſt
poſſibile diſpenſare. ⁊ cōmiſſis nobis quali
ter ſubſiſtere valeant ꝓuidere. hec ille. Iſto
modo actiui faciunt ſibi amicos de mām̄o-
na iīquitatis.i.de diuitijs huius ſeculi neq̄ꝫ
⁊ iniqui. Conabatur autem mammona ex
tinguere in actiuis benignitatē decipiendo
per tēporaliū vanitatē. ſm̄ illud Sap.xiiij.
Creature dei in odiū facte ſunt: ⁊ in tempta
tionem anime hominū ⁊ in muſcipulā pe-
dibus inſipientū. Ut aūt poſſent ſe defen-
dere a laqueis mām̄one habuerunt vnam
ſociā.ſ.dominā pietatē. que dicit illō.i.Thi
mothei.vi. Sectare iuſticiā fidē: pietatem:
charitatē. ⁊ Prouerb.xxi. Qui ſequitur iu-
ſticiā ⁊ miſericordiā: inueniet vitā ⁊ gl'iam
Induebantur autē veſtimentis clementie
miſerantis ad eroganda beneficia. Col'.iij.
Induite vos ſicut electi dei ſancti ⁊ dilecti
viſcera miſericordie: benignitatis: humili-
tatis: modeſtiā: patientiā ſupportantes in-
uicem: ⁊ donantes vobiſmetipſis ⁊c̄. Cum
his veſtimentis aſcendunt actiui ad domi
nū ꝑ tertiā portā que reſpicit ad aquilonē.
quoniam ſtella aquilonaris in nocte lucet.
Sic actiui lucent in nocte huius ſeculi per
elemoſynā ſubueniendo pauperibus. Tho
bie.iiij. Elemoſyna ab oī peccato ⁊ a mor-
te liberat ⁊ non patietur animas ire in te-
nebras. Fiducia magna erit coram deo ele
moſyna: omnibus facientibus eā. Uenien
tes autem ad pedes ſanctiſſime trinitatis
cantauerūt illud pſ̄. Benedices corone an
ni benignitatis tue: ⁊ campi tui replebunt̄
vbertate. Quos gratiſſime acceptauit ⁊ co

ronauit corona miſericordie. Juxta illō pſ.
Coronat te in miſericordia ⁊ miſerationi-
bus. Sic autem coronatos deputauit atrio
Eſt enim atrium locus in quo pauperes re
cipiuntur. ⁊ quia actiui in hac vita recepe-
runt paupes ſuis elemoſynis: ideo dicitur
Thobie. xij. Elemoſyna a morte liberat: ⁊
ipſa eſt que purgat peccata: ⁊ facit inuenire
vitam eternam. Cantantes illud pſ. Beati
omnes qui timent dominum: qui ambulāt
in vijs eius. i. in operibus miſericordie. Ju
xta illud pſ. Uniuerſe vie domini miſeri-
cordia ⁊c. Tunc domina miſericordia aſſe-
curauit actiuos de ſua gloria dicens. Beati
miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam
conſequentur. Ecce quomodo ordines ho
minum electorum aſſumuntur ad ordines
ſanctorum angelorum. Ad quos nos per-
ducat ieſus chriſtus. Amen.

¶ In die mortuoꝝ ſeu aīarum. Sermo. lxi.

Mortui audient vo-
cem filij dei. Joh. vi. ⁊ in euāge-
lio hodierno ⁊c. Belial q̄ eſt ini
micus fidei xpiane heri ſero ⁊ hō mane au-
diens pulſari cāpanas vehemētiꝯ ſolito: vi
dens hoīes vtriuſqȝ ſexꝯ deuotiſſime cōcur
rere ad eccl'ias: atqȝ pecunias: cādelas: pa
nē: frumentū ⁊ alia offerre in templo dn̄i:
pleroſqȝ cernēs iacere ſupra ſepulchra de-
functorū: legere orōnes: pſalmos: ac multa
alia pietatis deuotiōis exeq̄arū opa facere
mirabat̄ de tanta cōmotiōe eo ꝙ p totum
anni circulū pter ꝙ̄ iſta die ſilia nō vidiſſet
⁊ veniēs in ſimilitudinē cuiuſdā doctoris
artiū ⁊ medicine ad aīam catholicā ⁊ deuo
tā q̄ſiuit ab ea q̄d ſibi iſta vellēt. Fraudulē
ter interrogat vt tandē decipiat. cui aīa ve
lut ſimplex rn̄dit. Hodie eſt dies aīarū ſm
eccl'ie inſtitutionē in q̄ multa pietatis opa
ſoluimus p earū liberatione a purgatorio.
Tūc ait belial. O ſtulta ⁊ inſipiēs: ꝙ̄ faci-
le oīa credis. Sagax modus eſt iſte extor-
quēdi a te pecunias. Iſti ſacerdotes q̄ ſem
per cupiditati ſtudent hoc adinuenerunt. ⁊
qđ peius eſt ſtatuerūt vt te ſpoliarent pau-
cis bonis tpalibus que magno labore ⁊ ſu
dore acq̄ſiuiſti me decipe nequeūt q̄ bn̄ in-
tellexi ſacrā ſcripturā ſicut ipi. Stupuit aūt
aīa in verbis belial ⁊ quaſi ꝯturbata diſce-
debat dicens. qm̄ ſancti viri hoc iuſſerant.
Belial volens animaȝ ſeducere ait. Si pla
cet ego plane oſtendā tibi animā nihil eſſe
poſt mortē corpis. Uerū q̄ꝛ delectaris in te
ſtimonijs ſacre ſcripture q̄ eſt fundamētuȝ
fidei relictis rōnibꝯ naturalibꝯ ecce adduco
duas auctoritates veteris teſtī. Prima eſt
Eccl's. iij. vbi dr̄ ſic. Dixi in corde meo de fi-
lijs hoīm vt pbaret eos deꝯ ⁊ oſtenderet ſi
miles eſſe beſtijs. Idcirco vnus interitꝯ eſt
hoīm ⁊ iumētoꝝ ⁊ eq̄ vtriuſqȝ ꝯditio. Sic
morit̄ hō: ſic ⁊ illa moriunt̄. ſilr ſpirant oīa
⁊ nihil hȝ hō iumento ampliꝯ. Cūcta ſubia
cent vanitati ⁊ oīa pgūt ad vnū locū. de ter
ra facta ſunt ⁊ in terrā pariter reuertūtur.
Quis nouit ſi ſpūs filioꝝ adā aſcēdat ſur-
ſum: ⁊ ſi ſpūs iumentoꝝ deſcēdat deorſum.
Et depꝛhendi nihil eſſe meliꝯ ꝙ̄ letari hoīeȝ
in ope ſuo ⁊ hāc eſſe partē illiꝯ. Quis eniȝ
eū adducet vt poſt ſe futura cognoſcat: hec
ibi. Scđa eſt Sapie. ij. vbi dr̄ ſic. Exiguū ⁊
cū tedio eſt tp̄s vite nr̄e ⁊ non eſt agnitꝯ q̄
reuerſus ſit ab inferis. Quia ex nihilo nati
ſumꝯ ⁊ poſt hoc erimꝯ tanq̄ nō fuerimus.
Extinctꝯ cinis erit corpꝯ nr̄m: ⁊ ſpūs diffun
detur tanq̄ mollis aer: ⁊ tranſiet vita nr̄a
tanq̄ veſtigiū nubis. ⁊ ſicut nebula diſſol-
uetur q̄ fugata eſt a radijs ſolis ⁊ a calore
illiꝯ aggrauata. ⁊ nomē nr̄m obliuionē acci
piet p tp̄s: ⁊ nemo habebit memoriā ope-
rū nr̄oꝝ. vmbre em̄ tranſitꝯ eſt tp̄s noſtrū.
⁊ nō eſt reuerſio finis nr̄i: qm̄ cōſignata eſt
⁊ nō reuertit̄. hec ibi. Ecce habes expſſe ꝙ
poſt hāc vitā mortalē nō reſtat alia vita im
mortalis vt fingūt hi ſacerdotes. Sȝ etter
rent te hmōi v̄bis pdicantes ḡuitatē ⁊ di-
uerſitatē penarū purgatorij vt exhauriant
burſam tuā. Quibꝯ auditis aīa vehemēter
cōmota eſt: ⁊ adheſiſſet tēptatiōi belial ni-
ſi angelꝯ dei ſibi reuelaſſet vt ad mr̄em ſuā
ſctām eccl'iam ꝯfugeret. Que hoc mane ve
niēs ad eccl'iam quaſi tota exanimis ⁊ tre
pidans vix potuit loqui. Cūqȝ cāſ meſticie
req̄reret: ſctā eccl'ia aſſumpta fiducia ſic or
ſa eſt. Eſt mihi dubiū maximū qđ tota no
cte ptractans pplexā ac ſuſpenſam me reli
quit. Obſecro te vt illud planū mihi facias
ne a tua fide ⁊ deuotōe deuiem. Dubiū meū
eſt iſtud. vtrū poſt hāc vitā ſit alia vita im-
mortalis in q̄ detur aīe p meritis retributio
eq̄lis. Cui ſctā mr̄ eccl'ia dixit illō Cant. v.
Ueni in ortū meuȝ ſoror mea ſponſa. ſ. xpi
ibi te docebo ⁊ dabo tibi poculū ex vino cō
dito: ⁊ muſtū malogranatoꝝ meoꝝ. Tunc
ambe deſcēderūt in iſtud viridariū in quo
erat fons ſapie. Circa quē erāt quattuor or

diŭes ſapiētiſſimoꝝ viroꝝ. Quos ſctā mr̄
eccleſia benigne ⁊ vultu placido ſalutauit.
Illi aūt aſſurgentes ei mirabanť aduentū
eiꝰ. At illa dixit. Puella hec nouiter ad me
venit anxia ſup̄ dubio quodā qͦ veheme-
ter exercet mentē eiꝰ, qꝛ vero qͦ notū ē dei
manifeſtū eſt vob. Roma. i. Declarate du
biū vt exercitatioꝛ fiat in lege dn̄i. Senio-
res illi rogauerunt ſcrām mr̄em ecclïam vt
adeſſet ſn̄ie coꝝ. ⁊ ſi q̇d veritatis dixiſſent
approbaret. ſi q̇d aūt falſitat̄ dānaret. Diſ-
finitū eſt ꝙ vt ambe. ſ. mr̄ ⁊ filia remanerēt
circa fontē p̄dictuȝ. In p̄mo ordīe ſtabant
poete hyſtoriographi magni reges paga-
ni q̇ p̄mo in ſapīa floruerūt. q̇ ruminantes
dubiū puelle diffinierūt eſſe aliā vitā imoꝛ
talē poſt iſtā. in q̄ erat retributio ꝓ meritis
puta p̄mia vel pene ꝯdecentes. Primꝰ fuit
Uirgiliꝰ q̇ ꝯfirmauit p̄dictā ſn̄iam dicens
Ego mlt̄a dixi de inferno purgatorio ⁊ cā-
pis eliſijs ⁊ ceteris. in q̇bꝰ aīe defunctoꝝ ꝓ
q̄litate collocanť meritorū. ⁊ hoc in lib. vi.
Eneydos. vn̄ inť cetera dixi. Facilis deſcē-
ſus auerni: ſ; reuocare gradū ſupaſq; eua
dere ad auras. hoc opꝰ hic laboꝛ eſt ⁊c. Se
cundus ē Ouidiꝰ ꝯfirmat eādē ſn̄iam di-
cens. Ego multa dixi de penis q̄s patiūtur
aīe in inferno. vt p; lib. v. Methamorpho-
ſeos. vbi in. xv. ⁊. ix. eiuſdē introduxi deum
loquētē de aīa herculis ſic. Eternū eſt a me
qͦ traxit. ⁊ expers atq; immune necis ⁊c.
Tertiꝰ fuit Seneca q̇ ꝯfirmās eādē ſn̄iam
dixit. In oībꝰ tragedijs meis multa declara
ni de penis inferni: ⁊ p̄cipue in p̄ma vbi ad
duxi Theſeū redeūtē ab inferno loquentē
cū Amphitrione de q̄ttuoꝛ q̇ōnibꝰ. vn̄ dixi
Quiſq; eſt placide potēs dn̄ſq; vite. ſuat
innocuas manꝰ ⁊ incruentū mitis imperiū
regit: aīeq; p̄cit: longa p̄meſus diu. Felicis
cui ſpacia vel celū petit: vel leta felix nemo
ris eliſij loca. Certꝰ incluſos t; locꝰ nocētes
vtq; fert fama impios. Supplicia vinclis
ſeua ꝑpetuis domanť. ⁊ in fine operis dixi.
Morte carent aīe ⁊c. Saluſtiꝰ inť hyſtori
cos ꝯfirmat eādē ſn̄iam dicēs in ꝓlogo Ca
tilinarij ⁊ etiā in libro de republica dixi. Nā
diuitiarū ⁊ fame gl̄ia: fluxa atq; fragilis ē:
virtꝰ clara eternaq; habeť. ergo p̄clara fa-
cies magne diuitie ad hoc vis corpis bre-
ui dilabunt. Ingenia ⁊ egregia facinora ſic
aīa imortalia ſunt. hec ibi. Etiā in Catilina
rio induxi Cathonē ⁊ Ceſarē in vna orōne
multa de penis aīarū ſeꝑatarū loquētes vt
p; ⁊c. Ualeriꝰ hyſtoricꝰ lib. i. c. de miraculis
ꝯfirmat eādē ſn̄iam fere ꝑ totā illā rubricā
Et lib. ij. Rubrica. i. Indos adducit quorū
femīe certāt mori cū maritis vt in alia vita
cū eis fruanť. Et ibidē dicit. Immortales
eē aīas: mos galloꝝ approbat: q̇ pecunias
mutuatas apud inferos ſe recepturos ſpe
rant. ⁊ lib. iij. vt ſatis pōt patere. Lucanus
cordubenſis hyſtoricus potius ꝙ̄ poeta in
multis locis idē affirmat. Didimꝰ rex pra-
gmānoꝝ ad Alexandrū magnū ſic ſcribit.
Quapropter nimiū vecordes vos ⁊ miſe
rabiles iudicamꝰ qui originē vr̄am eſſe cele
ſtē nō ſuſcipit̄: magnāq; cū deo hr̄e cogna-
tionem. ⁊ in alia ep̄l̄a dicit ſic. Nos non ſu
mus huiꝰ mūdi incole: ſ; aduene: nec ita in
orbē terrarū venimꝰ vt i eo libeat ꝯſiſtere ſ;
trāſire. ꝑperamꝰ eni ad patriū larē: nullis de
lictoꝝ pōderibꝰ p̄grauati. Nuda q̇ppe ꝯſcie
fronte progredimur: vt expediti ac faciles
ſpacium propoſiti decurramus itineris. hec
ille. ergo ⁊c. Cyrus maioꝛ rex moriens con
uocatis filijs ait. Nolite arbitrari o filij mei
chariſſimi me cum a vobis diſceſſero nuſꝙ̄
aut nullum fore. Nec enim dum eſſem vo-
biſcum animum meum videbatis: ſed cum
eſſet in hoc corpore ex his rebus quas apō
vos gerebā adeſſe intelligebatis. Eundē ꝙ
eſſe creditote etiam ſi nullū videritis. Hoc
refert Tulliꝰ libro de ſenectute. ⁊ Xenophō
p̄hus idē prius recitauit vt patet. ergo ⁊c.
In ſecūdo ordine ſtabant p̄hi morales. na
turales aſtrologi. medici. q̇ ſcd̄o in ſapien-
tia floruerūt. ⁊ oīno ꝯcordes cū prioribus
eandē ſententiaȝ cōfirmauerūt vt patebit.
Trimegiſtꝰ Mercuriꝰ maximꝰ grecꝰ ⁊ mo
ralis ad Aſclepiū ſic ſcribit. Cū itaq; aīad
uerteret deus hoīem nō poſſe oīm rerū eſſe
diligentē niſi eū mūdano integumēto ꝯte-
geret. texit eū corporea domo: taleſq; oēs
eſſe p̄cepit ex vtraq; natura i vnū ꝯfundēs
miſcuitq; quātuȝ ſatis eſſe debuiſſet. Itaq;
hominē ꝯformat ex animi ⁊ corporis. i. ex
eterna ⁊ mortali natura vt ita ꝯformatum
vtriq; ſue origini ſatiſfacere poſſet ⁊ imita
ri atq; orare celeſtia ⁊ incolere atq; guber
nare terrena. Oīs ergo humana aīa eſt im
mortalis. hec ibi. Ecce expreſſe conformat
ſe p̄oribus ⁊c. Lucretius moralis hos ver
ſus compoſuit. Cedit idem retro de terra
quod fuit ante in terra. S; qͦ miſſuȝ eſt ex
etheris oris. Id rurſum celi fulgentia tēpla
receptat. Ariſtoteles moral̄ lib. ethic. tali͛

felicitatē deſcribit. q̄ ĩpoſſibile ē eā haberi ĩ
hac vita. ⁊ lib. de pomo expſſe declarat aĩaꝫ
hūanā eē ĩmortalē ⁊c̄. Tulli⁹ moral' lib. de
ſomno ſcipionis dicit ſic. Cōſtat certū eſſe
in celo definitū locū vbi bt̄i ſempiterno euo
fruanť. Illi viuūt q̄ e corpis vinculis tanq̄
e carcere euolauerūt. Nr̄a vero que dr̄ vita
mors eſt. Et in orōne p marco marcello di
cit ſic. Quāq̄ iſte tu⁹ anim⁹ his anguſtijs
q̄s natura nob̄ ad videndū dedit ɔtentus
fuerit: ſemper tn̄ ĩmortalitat̄ amore flagra
uit. Nec em̄ hec tua vita dicēda ē q̄ corpe ⁊
ſpū ɔtinetur. Illa inq̄ illa vita ē q̄ vigebit
memoria ſeculoꝝ oīm quā poſteritas alet:
quā ip̄a eternitas ſemp tuebiť. Huic tu in-
ſeruias: huic te oſtētes oꝫ. ⁊ in fine libri de
ſenectute dic̄ ſic. Sapiētiſſime q̄ſq̄s eq̄ſſi-
mo aīo moriť: nec eū vixiſſe penitet q̄ itavi
xit vt nō fruſtra ſe natū exiſtimet: ⁊ ex hac
vita diſcedit tanq̄ ex hoſpitio nō ex domo
Cōmorādi em̄ diuerſoriū natura nob̄ dedit
nō hitandi. O p̄clarū illū diē cū ad illud di
uinū pficiſcať aīarū ɔciliū: cūq̄ ex hac tur-
be colluuiōe diſcedā. Profiſciſcar em̄ ad vi
ros ſapiētes: ⁊ p̄cipue ad cathonē meū cu-
ius corp⁹ a me crematū eſt. q̊ nemo vir me
lior nat⁹ eſt: nemo pietate p̄ſtātior. Et lib. i.
de tuſculanis q̄onib⁹ dicit ſic. Nulla ē celeri
tas q̄ poſſit cū animi celeritate cōtēdere: q̄
ſi pmanet incorrupt⁹ ſuiq̄ ſilis neceſſe eſt
ita ferať vt penetret ⁊ diuidat oē celū hoc.
eaq̄ ei demū ſedes naturalis erit cū ad ſui
ſil'e penetrauerit: in quo nulla re egēs aleť.
⁊ ſuſtentabiť eiſdē reb⁹ q̄b⁹ ⁊ aſtra ſuſten-
tanť. cūq̄ corpis facib⁹ ad oēs cupiditates
inflāmari ſoleam⁹ pfecto bt̄i erim⁹ cū cupi
ditatū ⁊ emulationū expres fuerim⁹: totoſ
q̄ nos in ɔtēplādis pſpiciēdiſq̄ reb⁹ pone
mus. q̄ꝛ ⁊ natura ineſt mētib⁹ nr̄is inſatia-
bilis q̄dā veri vidēdi cupiditas. Qua p̄ci-
pue viſione fruenť: q̄ cū has terras incolē-
tes caligine circūfuſi erāt: tn̄ acie mētis cō-
ſpicere cupiebāt. hec ibi. Ecce q̄ expſſe cō-
cordat cū ceteris. Lactāti⁹ moral' lib. iij. re-
fert q̄ catho cupiditate vite ĩmortal' ſeip̄ꝫ
pemit vt ad celū aīa ei⁹ aſcenderet. Silr̄ ⁊
alij pl'es idē fecerūt. g̊ ⁊c̄. Seneca moralis
lib. de ĩmatura morte apte hoc ɔfirmat. Et
lib. de nālib⁹ q̄onib⁹ ĩ p̄ncipio. Itē epl'a. iiij.
epl'a. lvij. dic̄. Stoyci exiſtimāt aīam hoīs
pondere magno ⁊c̄. ⁊ ɔcludit itaq̄ de illo. ſ.
aīo an poſſit ĩmortalis eē hoc q̄dē certū ha
be ⁊c̄. epl'a. lxxxvij. loquens de ſcipione ait.

Animū quidē eius eſſe in celo ex quo erat
mihi pſuadeo. Epl'a. xci. Sapia paci fauet
⁊c̄. Multa de hoc dicit ⁊ valde clare magis
q̄ alibi vt pꝫ. g̊ ⁊c̄. Quintilian⁹ moralis cā
quarta dicit ſic. Si quis ſciat quis ſit finis
bonoꝝ: que vera felicitas: nunq̄ ſibi videbi
tur p̄matura morte periturus. hec ille. ⁊ ſic
patet ⁊c̄. Pycthagoras ph̄s naturalis: di-
xit pri⁹ apud grecos: ĩmortales eſſe aīas ⁊
deſcēdere de celo. ⁊ iō lac p̄mo ſugere: q̄ꝛ p
lacteū circulū p̄mo trāſit deſcēdēs. ⁊ eſt ibi
initiū impij infernal'. ⁊ ſup̄ totuꝫ ptinet ad
deū. h̊ refert Hiero. li. i. ɔ̄ Iouinianū. ⁊ ma-
crobi⁹ ſup lib. de ſomno ſcipiōis vt pꝫ. g̊ ⁊c̄.
Empedocles ph̄us nālis dicit. Future feli-
citatis appetitu: nihil ē felici⁹ vt refert Ari-
ſto. lib. de vegetabilib⁹. Qui ēt amore ĩmor
talitat̄ h̄ūde ſeip̄m in ardentē ſpecū pieciť
vt recitat Lact. li. iij. c. Dyogenes ph̄s na-
tural' dixit ſe deſcēſurū ad infernū p mortē.
Qui cupiditate ĩmortalitat̄ ſeip̄m occidit.
vt refert Hiero. li. ij. ɔ̄ Iouinianū. ⁊ Lactā-
tius vbi ſup̄. Archita tharētin⁹ ph̄us nālis
dixit mentē noſtrā eſſe quoddā diuinū nu-
men: ⁊ ſic immortalitatem ſortiri. vt refert
Tulli⁹ libro ſuo de ſenectute. ergo ⁊c̄. Apu
leius ph̄us naturalis lib. de deo ſocratis dic̄
ſic. Hoīes ſunt rōne plaudētes. orōne pol-
lentes. immortalib⁹ aīs gaudētes. vt ibi pꝫ
Plotinus ph̄us naturalis dicit ſic. Fugiē-
dū eſt ad clariſſimā patriā vbi patēt oīa vt
refert Aug. li. ix. de ciui. dei. c. xvi. g̊ ⁊c̄. Ze
no ph̄s naturalis dicit mortē eſſe g̃lioſam
vt dic̄ Sen. ĩ epl'is. Qui ſeip̄m interfecit vt
poſt mortē btūs viueret. vt refert Lact. vbi
ſupra. Plato ph̄s nālis in tymeo ſuo dicit
Poſt oē corp⁹ aīas ĩ ſinu p̄ris eterni reuer
ti. ⁊ lib. ij. dicit tot animas eē quot ſunt ſtel
le ⁊ legē ĩmortalitat̄ hr̄e. ⁊ in phedone in-
troducit ſocratē diſputātē de ĩmortalitate
aīe ⁊ de penis ĩferni. Ariſtoteles ph̄s nālis
li. ij. de aīa dic̄ ſic. Sepať h̊ ab h̊. i. aīa a cor-
pore: ſicut ppetuū a corruptibili. ⁊. iij. de aīa
dic̄ q̄ aīa ſepata hꝫ aliū modū intelligēdi
q̄ vt eſt coniuncta. Porphirius ph̄s natu-
ralis dicit ſic. Non eſt mirū aīam q̄ ſubſtan
tia incorporea eſt: poſſe ſeparari a corpore
cū ignis qui ē ſub̄a corpea corruptibilis a
lignis quib⁹ eſt vnit⁹ poſſit ſepari ⁊ reuerti
in ſuā materiā ſine ſui corruptiōe vt refert
Galien⁹ lib. de ſp̄mate. ergo ⁊c̄. Macrobi⁹
aſtrolog⁹ ſup lib. de ſomno ſcipionis dic̄ ſic.
Due ſunt porte in zodiaco: ſcilꝫ duo tropi-

ca:videlicꝫ capꝛicoꝛnꝰ ⁊ cancer ꝑ quas aīe
nr̄e deſcēdūt de celo ⁊ poſt moꝛtē aſcendūt.
Deſcendūt qdē ꝑ cancerū:iō dr̄ poꝛta hoīm.
Aſcendūt ꝑ capꝛicoꝛnū:iō dr̄ poꝛta deoꝛū.
q꞉ natura īmoꝛtalitatꝭ deoꝝ hinc aſſequun
tur. Cū veniūt ad leonē deſcendēdo:ꝯditio
nis future auſpicanꝫ exoꝛdiuꝫ. Per cetera
vero aīalia q̄ ſunt ſigna zodiaci trāſeuntes
ꝑdunt cognitionē ſeu obliuiſcanꝫ coꝝ q̄ ha
bebant in celo quaſi ebꝛie ex viſis diuerſis.
Verū cū venit ꝑ ſaturnū acq̄rit ratiocina-
tionis naturā ⁊ intelligentiā. In ioue vim
agēdi. In marte animoſitatis ardoꝛē. In
ſole ſentiēdi opinādiqꝫ naturā. In venere
deſiderij ⁊ voluptatū motꝰ. In mercurio ꝓ
nunciādi ⁊ interꝑtādi vigoꝛē. In luna plan
tandi ⁊ auguriādi. Sic demū poſt moꝛtem
coꝛꝑis ꝑ eaſdē reuertiꝫ vias ⁊ ſigna. hec il-
le. ergo ⁊c̄. Auicēna medicꝰ dic̄ ꝙ aīe a coꝛ
poꝛe ſeꝑate vtunꝫ q̄ſi ꝑ oꝛgano aliq̄ ꝑte ce-
leſtis coꝛꝑis cui coꝛpꝰ humanū oꝫ eſſe con
foꝛme ad hoc ꝙ ꝑficiaꝫ aīa rōnalis q̄ eſt ſi
milis motoꝛibꝰ celeſtis coꝛꝑis q̄ſi aīe rede
ant ad cōpares ſtellas vt pꝫ. Galienꝰ me-
dicus lib̄. de ſpermate dicit ſic. Sicut lux ſo-
lis q̄ incoꝛruptibilis ē cōplēs ſuū hemiſpe-
riū nullā patiꝫ deciſionē vel diuiſionē: ſic ⁊
aīa q̄ incoꝛruptibilis eſt. Sicut etiaꝫ lumen
ſolis qd̄ incoꝛruptibile eſt ab aere ⁊ ab oī
intelligētia oculoꝝ ſeꝑaꝫ ſine coꝛruptione:
ſic aīa q̄ incoꝛruptibilis ē ſeꝑaꝫ ſine coꝛru-
ptiōe a coꝛꝑe. hec ille. Ecce qualiter iſti pa-
gani exꝑſſe dicūt aīam eē īmoꝛtalē ⁊ acci-
pere retributionē. In tertio oꝛdine ſtabant
p̄res veteris teſtī q̄ tertio in ſapīa floꝛuerūt
⁊ cū pꝛioꝛibꝰ ꝯcedūt īmoꝛtalitatē aīe ⁊ re-
tributionē in alia vita ꝓ meritis ⁊c̄. Moy
ſes Numeri. xvi. dicit ſic. Diſrupta eſt terra
ſub pedibus Choꝛe Dathan ⁊ Abyron: ⁊
aꝑiens os ſuū deuoꝛauit illos, deſcēderūtqꝫ
viui in infernū opti humo ⁊c̄. Dauid ī ps̄.
dic̄ ſic. Sic̄ oues ī inferno poſiti ſunt: moꝛs
depaſcet eos. Introibit vſqꝫ in ꝓgenies pa
trū ſuoꝝ: ⁊ vſqꝫ ineternū nō videbit lumē.
Et loquiꝫ de lumīe glīe iuxta illud ps̄. Qm̄
apud te eſt fons vite: ⁊ in lumīe tuo videbi
mus lumē ⁊c̄. Salomon Sap̄. v. dicit ſic.
Vidētes turbabunꝫ timoꝛe hoꝛribili: ⁊ mi
rabunꝫ in ſubitatōe inſꝑate ſalutꝭ gemētes
p̄ anguſtia ſpūs: dicēt intra ſe pniam agen
tes. Hi ſunt q̄s habuimꝰ aliq̄n in deriſum ⁊
in ſilitudinē iꝓꝑerij. Nos inſenſati vitā il
loꝝ eſtimabamꝰ inſaniā ⁊ finē illoꝝ ſine ho

noꝛe. Ecce quō cōputati ſunt inꝫ filios dei
⁊ inꝫ ſctōs ſoꝛs illoꝝ ē. ḡ errauimꝰ a via ve
ritatꝭ: ⁊ iuſticie lumē nō luxit nob: ⁊ ſol intel
ligentie nō eſt oꝛtus nobis. Laſſati ſumus
in via iniq̄tatꝭ ⁊ ꝑditionis. Talia dixerūt in
inferno hi q̄ peccauerūt ⁊c̄. Job rex. xxi c. di
cit ſic. Tenēt tympanū ⁊ cytharā ⁊ gaudēt
ad ſonitū oꝛgani. ducūt in bonis dies ſuos
⁊ in pūcto ad inferna deſcēdūt. q̄ dixerunt
deo. recede a nob: ſciaꝫ viarū tuarū nolumꝰ
Et loquiꝫ ꝯtra eos q̄ negāt aīe īmoꝛtalita
tē ⁊c̄. Eſayas ꝓpheta. v. c. dicit ſic. Cytha-
ra ⁊ lyra ⁊ tympanū ⁊ tybia ⁊ vinū in cō-
uiuijs vr̄is ⁊ opꝰ dn̄i non reſpicitꝭ: nec oꝑa
manuū eiꝰ ꝯſideratis. ꝓpterea captiuꝰ du-
ctus eſt ꝑp̄ls meꝰ q꞉ nō habuit ſciam. ꝓpt̄
ea dilatauit infernꝰ aīaꝫ ſuā ⁊ aꝑuit os ſuū
abſqꝫ vllo termīo ⁊ deſcēdēt foꝛtes eiꝰ ⁊ po
pulus eiꝰ: ⁊ ſublimes glīoſiqꝫ eiꝰ ad euꝫ: ⁊
deꝰ ſctūs ſctificabiꝫ in iuſticia. hec ibi. Naū
ꝓpheta. ij. c. dic̄ ſic. State: ſtate: ⁊ nō eſt q̄
reuertaꝫ. diripite argentū: diripite auruꝫ: ⁊
nō eſt finis diuitiarū ex oībꝰ vaſis deſidera
bilibꝰ: diſſipata ē ⁊ ſciſſa ⁊ dilacerata: ⁊ coꝛ
tabeſcēs ⁊ diſſolutio geniculoꝝ ⁊ defectio ī
cūctis renibꝰ ⁊ facies oīm ſicut nigredo ol-
le. hec ibi. Vbi ꝓpheta alloquiꝫ p̄mo ſuper
bos moꝛiētes dicēs. State: ſtate. i. vos qui
ꝯſueuiſtis in mūdo tā potētiſſime ſtare ⁊ q̄
ſi ſoli in terra hītare. ſtate. i. de mūdo exire
nolite: ſꝫ flatū ⁊ ſpm̄ ꝯtinere. ꝓpheta rn̄det
dicēs. Et nō eſt q̄ reuertaꝫ. i. nemo eſt qui
poſſit ſpm̄ ꝯtinere. Scd̄o alloquiꝫ diuites
dicēs, diri[illegible]e argentū: diripite aurū. i. vos
diuites q̄ ꝑgitis ad regionē ignotā: deferte
aurū ⁊ argentū vobiſcū vt in vr̄is neceſſi-
tatibꝰ vob ꝓuideatis. ꝓpheta rn̄det dicēs.
Non eſt finis diuitiarū ex oībꝰ vaſis deſide
rabilibꝰ. i. moꝛs nō eſt deputata vt diuitie
deferanꝫ: aut vaſa argētea poꝛtenꝫ. Quid ḡ
fiet de iſto diuite auaro: ⁊ q̄d erit de diuitijs
eiꝰ: rn̄det ꝓpheta dicēs. Diſſipata ē. ſ. ſuba
eiꝰ a parētibꝰ. Sciſſa eſt. ſ. eiꝰ aīa a demoni-
bus. Dilacerata eſt. ſ. eiꝰ caro a ꝟmibꝰ. Ter
tio alloquitur luxurioſos ⁊ guloſos dicēs.
Vos luxurioſi habuiſtis renes īflāmatos
igne ꝯcupīe: ſꝫ tūc deficiēt ꝯcremati igne ge
henne. iō coꝛ vr̄m tabeſcet: ⁊ in ſtupoꝛē ni-
miū ꝯuertetꝫ. ps̄. Aīa coꝝ in malis tabeſce
bat. vos guloſi hūiſtis genua impinguata
ſꝫ tūc diſſoluenꝫ p̄e fame ⁊ ſiti in inferno.
Quarto alloquiꝫ oēs iā dictos dicēs. ⁊ fa-
cies omniū veſtrū erūt nigerrime p̄ nimia

ignis aduſtiōe, iux̄ illō Eſa. xiiij. Facies cō buſte vult⁹ eoꝝ. Et Thren̄. iiij. Denigrata eſt ſup carbones facies eorū. Et Baruch. vi. Nigre ſunt facies eorū a fumo ⁊c̄. Ecce quō ſcti p̄riarche veteris teſti ꝯfirmāt ſen tentiā primoꝝ. In q̄rto ordīe ſtabāt p̄riar che noui teſti q̄ ex reuelatione ſpūſcti ꝯfir mauerūt q̄ dicta erant a priorib⁹ quaſi vn⁹ ſpūs loqueret̄ p ora cūctoꝝ iā adductorū. Petr⁹. ij. canonica. ij. c. dic̄ ſic. Nouit deus pios de tēptatiōe eripe: iniquos vero ī diē iudicij cruciādos reſeruare. magis aūt eos q̄ poſt carnē in ꝯcupiā īmūdicie ābulāt ⁊c̄. Paulus Phil'. ij. dic̄ ſic. In noīe ieſu oē ge nu flectat̄ cele. terre. ⁊ infernoꝝ ⁊c̄. Judas q̄ ⁊ thade⁹ in canonica. ij. c. dic̄ ſic. Ve illis q̄ via caym abierunt: ⁊ errore balaā merce de effuſi ſunt q̄b⁹ pcella tenebrarū ꝯſerua ta eſt ineternū ⁊c̄. Mathe⁹. xxv. c. dicit ſic. Ibūt hi in ſuppliciū eternū iuſti aūt in vitā eternā. Marc⁹. xiij. dic̄ ſic. Tūc mittet an gelos ſuos ⁊ congregabit electos a q̄ttuor vētis celi ⁊c̄. Lucas. xvi. dicit ſic. Factū eſt aūt vt moreret̄ men. ⁊ por. ab an. ī ſi. abra. Mor. ē di. ⁊ ſe. ē in infer. Jo. Apoc. xiiij. dic̄ ſic. Btī mortui q̄ in dn̄o moriūt̄ ⁊c̄. Tūc ſcā mr̄ eccl'ia approbauit ſniām oīum iſtoꝝ ſa pientū dicēs. q̄m ille auctoritates in cōtra riū adducte fuerūt hoīm epycureoꝝ. quem modū dr̄ Sap. ij. Dixerūt ipij apud ſe non recte cogitantes ⁊c̄. Et Eccl'. xij. dr̄ ſic. Re uertat̄ puluis in terrā ſuā vn̄ erat: ⁊ ſpūs re deat ad deū q̄ dedit illū. itaq3 filia mea non eſt q̄ dubites āpli⁹. Factū ē dū loq̄rent̄ re deuntes ad ciuitatē: ecce vox filij dei dicens ad eos qui in purgatorio erant iuxta illud Math. xi. Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis. ſ. ſatiſfaciēdo in purgatorio p pctīs vr̄is ꝯdignā patiētes penā: ⁊ ego refi ciā vos. Sctā mr̄ eccl'ia oн̄dit aīas ſine nu mero aſcendentes in celū ipi anime deuote ⁊ mirabatur ⁊ gl'ificabat deū: cui occurrēs Jobes euāgeliſta dixit. Mortui. ſ. aīe mor tuoꝝ poſt expletā ſatiſfactionē p pctīs ſuis audiēt vocē filij dei. ſ. eas ad gl'iam paradi ſi vocantis. ⁊ ſic remāſit aīa in puritate fi dei quā ſctā mater eccleſia predicat ⁊ diſſo luta eſt omnis perplexitas mentis eius.

Mortui audient vocem
Purgationis.
Acceptationis.
Satiſfactionis.
Intentionis.
Punitionis.
Liberationis.
Diminutionis.
Viuificationis.

Primo mortui audient vocē purgatiōis. Aīa fidelis ⁊ deuota petit a ſctā mr̄e eccl'ia q̄lis vox ē iſta purgatōis. Nō eni poſſum intellige̅ quō poſt hāc vitā ſit purgatio aīarū. Rō ē: q2 ſic ſe hʒ chari tas ad p̄miū eternū: ita ſe hʒ pctm̄ mortale ad ſuppliciū eternū. Sʒ illi q̄ moriuntur in pctō mortali ſtatim deputant̄ ad ſuppliciū eternū in inferno. ḡ illi q̄ moriūt̄ in chari tate ſtatim vadūt ad p̄miū eternū. Confir mo rōnē, q2 in ep'la hodierna legit̄ ſic. Btī mortui q̄ in dn̄o. i. in charitate moriuntur. Amō iā dicit ſpūs vt reqeſcant a laborib⁹ ſuis. ⁊ hr̄ Apoc. xiiij. Illi q̄ nō moriūt̄ in dn̄o nō audiūt vocē purgatiōis. Illi autē q̄ moriūt̄ in dn̄o audiūt vocē gl'ificationis. Qui ſunt ḡ iſti mortui q̄ audiūt vocē pur gatiōis? Rn̄det ſctā mr̄ eccl'ia dicēs. Filia mea vt itelligas q̄ ſunt illi mortui q̄ audiūt hāc vocē: adūte q̄ p ꝯtritionē debitā culpe nō tollit̄ ex toto reat⁹ ⁊ obligatio pene. nec etiā ſemp venialia dimiſſis mortalib⁹ tollū tur: ⁊ iuſticia dei h̄ exigit vt pctm̄ p penā de bitā expiet̄. Jō illi mortui audiūt vocē pur gatiōis q̄ nō habuerūt ſufficiētē cōtritionē de pctīs ſuis, vel poſt abſolutionē factā a ſa cerdote in ꝯfeſſiōe ſacr̄ali nō debite ſatiſfe cerunt: vel cū veniali pctō mortui ſunt. ⁊ p iſto adduco rōnem ⁊ auctē. Rō eſt iſta. q2 malū nō pōt eē purū abſq3 cōmixtiōe boni ſic bonū ſummū ē abſq3 cōmixtiōe mali. iō illi q̄ ad btitudinē q̄ ſummū bonū ē: trāſfe rendi ſunt. debēt eē ab oī malo purgati. p pter h̄ oʒ ſi exeūt ab hoc ſeculo nō oīno pur gati q̄ purgent̄ in aliq̄ loco. ⁊ iſti ſunt q̄ au diunt vocē purgatiōis. Auctas hr̄. ij. Ma chab. xij. vbi dr̄. Sctā ḡ ⁊ ſalubris eſt cogi tatio p defunct exorare vt a pctīs ſoluātur. Sʒ p defunct q̄ ſunt in padiſo nō ē orādū: q2 illi nullo indigēt. Nec ēt p ill' q̄ ſunt in in ferno: q2 illi a pctīs ſolui nō p̄nt. Ergo poſt hāc vitā ſunt aliq̄ a pctīs nōdū ſoluti q̄ ſol ui p̄nt. ⁊ tales hn̄t charitatē ſine q̄ nō fit re miſſio pctōꝝ. q̄m vt dr̄ Prou. x. Vniūſa de licta opit charitas. vn̄ ad mortē eternā nō deueniēt p eo q̄ dr̄ Joh. xi. Qui credit ī me nō morieт̄ ineternū. Nec ēt ad gl'iam indu cent̄ niſi purgati. q2 nihil īmūdū ī illā intro

ſbit. vt pꝫ Apoc̄. vlti. ꝙ aliq̄ purgatio reſtat
poſt hāc vitā. Sic ꝙ filia mea cōfitere ꝛ cre-
de ꝙ mortui audiēt vocē purgatōis. ꝛ ſubi
to Greg. nixen᷒ occurrens aīe dixit ſic. Si
aliq̄s xpo amico ꝯſentiens in hac vita pur-
gare peccā min᷒ potuerit poſt trāſitū hinc ꝑ
purgatorij ignis ꝯflatione expiabit̄. Hoc ꝑ
dicam᷒ dogma v̄itatꝫ ꝯuātes ꝛ ita credim᷒
Hoc ēt vniūſal' eccl'ia tꝫ ꝑ defunctꝫ exorās
vt a peccis ſoluant̄. h̄ ille. Tūc aīa deuota cō
uerſa ad ſcām m̄rem eccl'iam dixit. Confi-
teor ſincera mēte ꝙ mortui audiēt vocem
purgatiōis lꝫ q̄eſcant a labore opatiōis ad
merēdū: nō aūt a labore paſſiōis ad purgā
dū. vñ h̄ites charitatē q̄diu purgant̄ ipe-
diunt̄ ne ad vitā eternā ꝑueniāt ꝑpt̄ cās iā
dictas. Sꝫ gui᷒ āxior ſup̄ alio dubio qd̄ mi
hi ex dictꝫ tuis occurrit. ſ. vbi ē loc᷒ iſte pur-
gatiōis. Scā m̄r eccl'a r̄ndit. Iſtud nō pōt
ſciri niſi ex ſpāli reuelatōe facta ꝑ ſp̄m ſcm̄
aliq̄b᷒ filijs meis. Et iuſſit ſctō Greg. vt de
clararet dubiū maxime q2 erat paſtor eccle
ſie ꝛ ſibi cōmiſſa fuerat cura aīe fidelis. q̄
aſſumpta licētia loq̄ndi dixit. Loc᷒ purgati
onis eſt duplex. vn᷒ ſm legē cōem. ꝛ ſic lo-
cus purgatorij eſt loc᷒ inferior inferno ꝯiū
ctus ita ꝙ idē ignis ē q̄ ꝛ iuſtos ī purgato
rio purgat ꝛ dānatos in inferno cruciat. lꝫ
dānati ſm ꝙ ſunt inferiores merito: ſic ēt
loco inferiores ordinandi ſint. Sic em̄ ſub
eodem igne aurū rutilat ꝛ palea fumat: ita
ſub eodē igne peccōr crematur ꝛ elect᷒ purgat̄
Ali᷒ eſt loc᷒ purgatiōis ſm diſpēſationē: ꝛ
ſic q̄nqꝫ in diūſis locꝫ aliq̄ puniti ſunt vl' ad
viuoꝝ inſtructionē vel ad mortuoꝝ ſubuē-
tionē vt viuētib᷒ eoꝝ pena inoteſcēs ꝑ ſuf-
fragia eccl'ie mitiget̄. Sic German᷒ ep̄us
capuan᷒ Paſcaſiū q̄ in balneis purgabat̄
inuenit. ꝛ ſic de multꝫ alijs. Ut aūt ceſſauit
loqui anima deuota remanſit ſufficienter
in fide confirmata: ꝛ gratias egit.

¶ **Secundo mortui audiēt** vocē punitōis. Aīa fidel' ꝛ deuota ꝯūſa ad
m̄rem ſuā. ſ. ſcām eccleſiam petit q̄lis ē iſta
vox punitōis. Miror valde quō aīe electo
rū puniant̄ in alia vita. q̄m pena purgatio-
nis ordiat̄ directe ꝯ peccā venialia vel ꝯ rea
tū q̄ ē effect᷒ culpe. Sꝫ venialib᷒ cū ſint leuiſ
ſima debet̄ pena valde leuis. Qm̄ vt dicit̄
Nume. xv. Scd̄ꝫ mēſurā delicti ſic erit ꝛ pla
garū mod᷒. ꝙ illa pena purgatiōis erit val-
de leuis. ēt reat᷒ nō itēdit̄ niſi culpa itēdat̄.
Sꝫ in electo cui eſt iā culpa dimiſſa nō pōt
culpa itēdi. ꝙ reat᷒ ſu᷒ nō creſcit ī morte. Sꝫ
ī hac vita ille reat᷒ nō merebat̄ g̃uiſſimā pe-
nā. ꝙ pena quā elect᷒ patiet̄ p᷒ hanc vitā nō
erit grauior oī pena tp̄ali. Tūc ſcā m̄r eccl'ia
dixit. Filia mea volo te ſcire ꝙ pena purga
torij excedit oēꝫ penā hui᷒ vite. Qd̄ declaro
rōne ꝛ auctē. Rō ē iſta. q2 in purgatorio ē
duplex pena. ſ. pena dāni inq̄ntū retardant̄
ille aīe a diuina viſiōe. ꝛ pena ſenſus ꝑut ab
igne corpali puniunt̄. Quo ad vtrāqꝫ penā
mīma pena purgatorij excedit maximā pe
nā hui᷒ vite. Nā q̄nto aliq̄d mag̃ deſiderat̄
tāto abſentia ei᷒ ē moleſtior. Et q2 affect᷒
q̄ deſiderat̄ ſūmuꝫ bonū. ſ. btitudo et̄na p᷒
hāc vitā ī aīab᷒ electꝫ ē intēſior ꝛ maior. q2 il
le affect᷒ nō retardat̄ ꝑpt̄ g̃uedinē corpis.
ēt q2 t̄min᷒ fruēdi ſūmo bono iā aduenīſſꝫ
niſi aliq̄d ipediret. iō de iſta tardatōe maxie
dolēt. Sil'r ēt cū dolor nō ſit leſio: ſꝫ ſenſus
leſiōis. tāto aliq̄s mag̃ dolet de aliq̄ leſiuo
q̄nto ē mag̃ ſenſitiuū. Exēplū. leſiōes q̄ fiūt
ī locꝫ maxie ſenſitiuis cauſant maximū do-
lorē. ꝛ q2 tot᷒ ſenſus corpis ē ab aīa: iō ſi ī
ipaꝫ aīaꝫ aliqd̄ leſiuū agat oꝫ de neceſſita-
te ꝙ aīa maxie affligat̄. Sꝫ aīa purganda
patit̄ ab igne corpali iux̄ illd̄ .i. Cor. iij. vbi
dr̄ ſic. Dies em̄ dn̄i declarabit q2 ī igne reue
labit̄ ꝛ vniuſcuiuſqꝫ op᷒ q̄le fuerit ignis ꝓ-
babit. Si cui᷒ op᷒ māſerit qd̄ ſupedificabit
mercedē accipiet. Si cui᷒ opus arſerit detri
mentū patiet̄. Ipſe aūt ſalu᷒ erit: ſic tn̄ q̄ſi
ꝑ ignē. hec ibi. Jō pena purgatorij q̄tū ad
penā damni ꝛ ſenſus excedit omnem pe-
nam huius vite. Auctoritas eſt Aug. ꝛ h̄r
in canone diſt. xxv. §. apl'us. vbi dr̄ ſic. Qui
fructū ꝯuerſionis in aliud ſeculū diſtulerit
prius purgabit̄ igne purgatiōis. Hic ignis
ꝛ ſi nō ſit etern᷒ miro tn̄ mō cruciat. Supa
tur ei ab eo oīs pena quā hō paſſus fuerit
vel pati potuerit ī hac vita. h̄ ibi. His audi
tis aīa deuota ſubito adheſit huic vere deter
minatiōi dicens. Opinor ego ꝙ acerbitas
illius pene nō eſt tātū ex q̄titate pecci q̄tū
ex diſpoſitiōe puniti. q2 idē peccm̄ graui᷒ pu
nit̄ ibi q̄ hic. Sicut ille q̄ ē melioris cōple
xionis magis punit̄ eiſdē plagis impoſitis
q̄ ali᷒. ꝛ tn̄ iudex vtriqꝫ eaſdē plagas ꝑ eiſ
dē culpis inferēs iuſte fac̄. Scā m̄r eccl'ia
r̄ndit. Filia mea deuota recte ymaginaris
q2 q̄uis aīa ſit min᷒ paſſiua q̄ corp᷒: tn̄ ē
mag̃ cognoſcitiua paſſionis. ꝛ vbi eſt ma
ior paſſionis ſenſus: ibi ē maior dolor etiā
ſi ſit minor paſſio. Tūc aīa deuota dixit ſcē
m̄ri eccl'ie. Cognoſco ex v̄itate dictoꝝ tuo-

tū quis eſt index in hac punitiõe. qꝛ xp̄s iu
xta illud Joh. vi. Pater oē iudiciū dedit fi⸗
lio: quis punit̄. qꝛ aīa negligens. Sꝫ neſcio
q̄ ſint miſtri iuſticie. ſ. an ille aīe puniantur
pena purgatiōis p̄ angelos bonos: vel per
demones tanq̄ꝫ p̄ miſtros. Obſecro te de⸗
clara iſtud. Sctā mater eccl'ia r̄ndit. Filia
mea vt mēs tua ſit certior: ſcito ꝙ ſic poſt
diē iudicij diuina iuſticia ſuccēdet ignem q̄
dānati in ꝑpetuū punient̄: ita etiā nūc ſola
diuina iuſticia electi poſt hāc vitā purgan⸗
tur. Nō eñ demones ſunt ibi miſtri: qꝛ iniu
ſtū eſt vt q̄ de aliquo triūphauit: ſubijciatur
ei poſt triūphū. Sꝫ illi q̄ ſunt in purgatorio
de demonibꝰ triūphauerūt ſine pctō mortali
decedentes. iō non ſubijciunt̄ eis puniendi
p̄ eos. neq̄ꝫ etiā angeli boni ſunt ibi miſtri:
qꝛ ꝯciues ſuos nō tā vehement̄ affligerēt.
Sꝫ tñ poſſibile eſt ꝙ eos ad loca penarum
deducant: ſicut deduxerūt lazarū ad lymbū
ſctōꝝ patrū q̄ erat locꝰ penalis. vt pꝫ Luc.
xvi. Etiā ipi demones q̄ de penis hoīm letā
tur: eos comitant̄ ⁊ aſſiſtūt purgādis. Tū
vt de eoꝝ penis ſatient̄. Tum vt in eoꝝ exi
tu a corpore aliquid ſui in eis reperiāt. Sta
timq̄ꝫ anima deuota procidit ad pedes ſan
cte mr̄is eccl'ie dicēs. Sup inimicos meos
prudentem me feciſti: gratias tibi.

## Tertio mortui audient

vocē acceptatiōis. Aīa fidelis ⁊ deuota pe
tit a ſctā mr̄e eccl'ia qualis eſt iſta vox acce
ptatiōis. Cui ſctā mr̄ eccl'ia r̄ndet dicēs ꝙ
illi q̄ ſunt in purgatorio hn̄t rectū cor. q̄ re⸗
ctitudo ꝯſiſtit in hoc vt electi volūtatē ſuā
diuine volūtati ꝯformēt. Ideo cū deꝰ velit
eos puniri iubet eis vt ipi volūtarie illā pe
nā ſuſtineāt ⁊ acceptēt. ⁊ qꝛ libent̄ eā ſuſti
nent ⁊ acceptāt: iō audiūt vocē acceptatio
nis. Tūc aīa dixit. Miror quō acceptāt pe
nā illā acerbiſſimaꝫ vt priꝰ dixiſti: qm̄ nullꝰ
petit liberari a pena quā volūtarie ſuſtinet
⁊ acceptat. Sꝫ illi q̄ ſunt in purgatorio pe⸗
tunt liberari ab illis penis. vt Greg. in dya
logo narrat. ergo non audiūt vocē accepta
tionis ſuſtinēdo illas penas volūtarie. Cui
ſctā mr̄ eccl'ia r̄ndet dicēs ꝙ i illa pena duo
ꝯſiderant̄. Prio ꝙ eſt afflictiua: ⁊ ſic diſpli
cet volūtati. Quia ex hoc ſumit̄ rō pene ꝙ
volūtati ꝯriat̄. Scdo ꝙ eſt purgatiua: ⁊ ſic
placet volūtati. qꝛ ꝙuis p̄ penā nullū bonū
eis accreſcat: tñ ſine pena ad ſummū bonū
ꝑuenire nō pn̄t. Exēplū. corꝑalis medicia
inq̄ntū ē amara nō placet: ſꝫ inq̄ntū ſanati⸗
ua acceptat̄ ⁊ p ea p̄ciū ſoluit̄. Et hec volū
tas vocat̄ voluntas mixta. ſicut exēplificat
phs. iij. ethi. de ꝓiectiōe merciū in mari. Nā
talis ꝓiectio vt ē merciū ꝑditio multū diſ⸗
plicet volūtati. ſꝫ inq̄ntū ē ſaluꝫ occaſio ac
ceptatur. Et tūc volūtas nō aſſumit penaꝫ:
imo vellet ab ea liberari. ſꝫ eaꝫ ſupportat: ⁊
ſic dr̄ acceptari. Et hoc mō pena purgato⸗
rij ē volūtaria. qꝛ oīs ſapiēs vult illud ſine
quo nō pōt ꝑuenire ad finē intentū. Sꝫ il⸗
li q̄ ſunt in purgatorio ſciūt ſe nō poſſe per
uenire ad gl'iaꝫ niſi priꝰ puniant̄: iō audiūt
vocē acceptatiōis. Tūc aīa dixit. Sup̄ oēs
docētes me intellexi: qꝛ doctrinā tuā q̄ſiui.

## Quarto audient vocem

liberatōis. Fidelis ⁊ deuota aīa petit a ſctā
mr̄e eccl'ia qualis eſt iſta vox liberationis
Cui ſctā mr̄ eccl'ia r̄ndet dicens. Pena pur
gatorij eſt grauior ꝙ q̄libꝫ pena huiꝰ mūdi
vt iā dixi tibi. Sꝫ p̄ penā ſatiſfactoriā quā
aliq̄s in hac vita ſuſtinet liberatur a debito
pene: iō multo fortiꝰ p̄ penā purgatorij libe⸗
ratur ab oī debito pene. Cū ergo aliq̄s com
pleuerit penā ſuā in purgatorio tunc audit
vocem ſue liberatiōis. Tūc aīa fidelis ait.
Nō bn̄ intelligo hāc liberationē. qꝛ Greg.
dicit. Talis in iudicio q̄ſq̄ꝫ futurꝰ eſt: qualis
de corꝑe exiuit. qm̄ vt dr̄ Eccl'i. x. Lignū vbi
ceciderit ibi erit. Si ergo aliq̄s ex hac vita
exit cū peccato veniali: in iudicio cū venia⸗
li erit. Et ita p̄ purgatoriū nō liberat̄ a cul⸗
pa veniali. etiā qꝛ culpa actualis nō delet̄
niſi p̄ ꝯtritionē. Sed poſt hāc vitā nō pōt
haberi ꝯtritio que eſt actꝰ meritoriꝰ. qꝛ ibi
nec eſt meritū nec demeritū. cū ſm̄ Dama.
hoc ſit hoībꝰ mors qd̄ ē āgelis caſus. Et ſic
nō intelligo qualis eſt iſta vox liberatiōis.
Cui ſctā mr̄ eccl'ia r̄ndet dicēs. Quicūq̄ꝫ ē
debitor alicuiꝰ p̄ hoc a debito abſoluitur ꝙ
debitū ſoluit. Et qꝛ reatꝰ nihil eſt aliud ꝙ̄ꝫ de
bitū pene p̄ hoc aliq̄s a reatu abſoluitur ꝙ
penā ſuſtinet quā debebat. ⁊ ſm̄ hoc pena
purgatorij a reatu liberat. ⁊ hec eſt vox libe
rationis. Similiter culpa venialis in eo q̄
cū gratia decedit. poſt hanc vitā dimittitur
per ignē purgatorij. Quia pena illa aliqua
liter volūtaria vt dixi tibi. virtute gratie ha
bebit vim expiādi omnē culpā que ſimꝰ cū
gratia ſtare poteſt. Remiſſio eñ culpe ve⸗
nialis eſt ex volūtate informata gratia que
erit in aīa ſeparata exiſtēte in purgatorio.

Unde venialis culpa nõ mutat ſtatũ hoĩs:
q2 neqꝫ tollit neqꝫ diminuit charitatem: ſm
quã menſurat̃ quãtitas gratuite bonitatis
aĩe. idõ talis erit in iudicio q̃ ad charitatẽ q̃
lis erat qñ exiuit ab hoc corpe. Similit̃ poſt
hanc vitã nõ põt eſſe meritũ reſpectu pmij
eſſentialis: ſ; reſpectu alicui⁹ pmij acciden-
talis põt eſſe q̃diu manet hõ in ſtatu vie ali
quo modo. Idõ in purgatorio põt eſſe act⁹
meritori⁹ quantũ ad remiſſionẽ culpe venia
lis. Tunc aĩa fidelis ait. liberat̃ ne vn⁹: alio
citius ab illis penis? Sancta mat̃ eccl'ia rñ-
det dicẽs. Quedã venialia ſunt maioris ad
herentie q̃ alia. ſm q̃ affect⁹ magis ad ea
inclinat̃ ⁊ forti⁹ in eis figit̃. Et q2 ea q̃ ſunt
maioris adherẽtie tardi⁹ purgant̃, idõ q̃dã
in purgatorio diuti⁹ q̃ alij torquent̃. ſm q̃
affect⁹ eoꝝ ad venialia fuit magis imerſus
In purgatorio ſunt duo ſcꝫ acerbitas pene
⁊ diuturnitas. Acerbitas pene rñdet q̃tita
ti culpe. Diuturnitas rñdet radicationi cul-
pe in ſubiecto. vñ põt cõtigere q̃ aliquis in
purgatorio diuti⁹ moret̃: q̃ min⁹ affligit̃. et
ecõuerſo. ſcꝫ q2 magis adheſit minori pctõ
veniali: aut q2 maiori min⁹ adheſit. Tũc aĩa
fidelis ⁊ deuota grãs egit ſancte matri eccle
ſie dicẽs. Super ſenes intellexi quia doctri-
nam tuam queſiui.

## Quinto mortui audient

vocẽ ſatiſfactionis. Fidelis ⁊ deuota aĩa pe
tit a ſancta matre eccl'ia. q̃lis ẽ iſta vox ſatiſ-
factiõis. Cui ſancta mat̃ eccl'ia rñdet dicẽs
Omnes fideles p charitatẽ vniti: ſunt vnius
corpis miſtici mẽbra. ſicut apl's. i. Cor. xij.
loquit̃ de miſtico corpe ad ſimilitudinẽ cor-
poris hũani. In corpe ẜo hũano natura p
vnũ mẽbrũ ſupplet indigentiã alteri⁹. Cũ
ergo grã ſit potior q̃ natura grã in corpore
miſtico per vnũ mẽbrũ põt ſupplere alteri⁹
indigentiã. Hinc eſt q̃ ſuffragia mẽbroꝝ ec
cleſie pñt pdeſſe cõmẽbris indigẽtib⁹. quia
vero p mortẽ cõmẽbra eiuſdẽ corpis ee nõ
deſinũt. pñt pdeſſe etiã defunctis. Vñ Aug
dicit. Non eſt negandũ ſpũs defunctoꝝ pie
tate ſuoꝝ viuentiũ poſſe releuari. Sed hãc
releuationẽ ſentiũt ⁊ cognoſcũt aĩe in pur-
gatorio exiſtẽtes. idõ mortui audiẽt vocẽ ſa
tiſfactiõis. Tũc aĩa fidelis ait. Valde dubi-
to quõ viui pñt ſatiſfacere p mortuis. Quia
ad iuſticiã dei ptinet vt vnicuiqꝫ retribuat̃
p merit. pš. Tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opa
ſua. Et in epl'a hodierna dr̃. Opa eñ illoꝝ
ſequunt̃ illos. Sed impoſſibile ẽ iuſticiã dei
deficere. ḡ impoſſibile ẽ q̃ mortui ex opibus
viuoꝝ iuuent̃. ḡ ⁊c. Sancta mat̃ eccl'ia rñ-
det dicens. Act⁹ viuoꝝ pñt valere ad duo.
Primo ad aliquẽ ſtatũ acq̃rendũ: ſicut per
opus meritoriũ hõ acq̃rit ſtatũ beatitudi-
nis. Secũdo ad aliq̃d ɔſequẽs ſtatũ. hõ p
aliquẽ actũ meret̃ aliq̃d pmiũ accidentale.
vel dimiſſionẽ pene. ad vtrũqꝫ iſtoꝝ act⁹ vi-
uentiũ põt valere duplicit̃. Uno modo p
viã meriti. alio mõ p viam orõnis. Iſte due
vie differũt p hoc q2 meritũ innitit̃ iuſticie:
ſ; orãs impetrat petitum ex ſola liberalitate
ei⁹ q̃ orat̃. dico ḡ q̃ op⁹ viuẽtis nullo mõ po
teſt valere defuncto ad ſtatũ ɔſequẽdũ p vi
am meriti. vt ſcilꝫ ex his q̃ viuẽs facit defun-
ctus mereat̃ vitã etnã. Ratio ẽ q2 ſors glo
rie reddit̃ ſm mẽſurã accipientis. Unuſq̃ſqꝫ
aũt ex ſuo actu diſponit̃ ⁊ nõ ex alieno: ⁊ vo
co diſpoſitionẽ dignitatẽ ad pmiũ. Per viã
vero orõnis act⁹ viuẽtis põt valere defũcto
ad ſtatũ ɔſequendũ. ſcꝫ cũ defunct⁹ eſt ĩ pur
gatorio q2 adhuc ẽ in via. Ratio ẽ. q2 impe
tratio orõnis ẽ ſm liberalitatẽ dei q̃ orat̃. idõ
ad oĩa illa impetratio orõnis ſe põt extẽdẽ.
q̃ ptãti diuine ſubſunt ordinate. Secũdo di
co q̃ q̃tũ ad aliq̃d ɔſequẽs vel acceſſoriũ
ad ſtatũ op⁹ viuentis põt valere defuncto nõ
ſolũ p viã orõnis: ſ; etiã p viã meriti ppter
tres rõnes. Prima rõ eſt rõne dilectõis: q2
oẽs q̃ inuicẽ charitate cõnectunt̃ aliq̃d emo
lumentũ ex mutuis opib⁹ reportant: tñ ſm
mẽſurã ſtat⁹ vniuſcuiuſqꝫ: q2 in patria vnuſ
quiſqꝫ beat⁹ de bonis gaudebit alteri⁹. vnde
articul⁹ fidei eſt. ſctõꝝ cõiõnẽ. Secũda rõ ẽ
rõne interiõis. q2 viuẽs aliq̃ opa ſpecialiter
ad h̃ facit vt talib⁹ pſint. vñ iſta opa q̃dam
modo efficiunt̃ eoꝝ p q̃b⁹ fiũt: q̃ſi eis a faci
ente collata. Tertia ẽ rõne ſatiſfactiõis. Nã
op⁹ qd̃ p aliq̃ fit efficit̃ ei⁹ p q̃ fit. Similiter
op⁹ qd̃ eſt ei⁹ q̃ mecũ eſt vnũ: eſt q̃dãmõ et
meũ. vñ nõ eſt ɔtra diuinã iuſticiã ſi vn⁹ pci
pit fructũ de opib⁹ factis ab eo: q̃ eſt vnũ ſe-
cũ in charitate vl' ab opib⁹ p ſe factis. Hoc
etiã ſm hũanã inſtitutionẽ ɔtingit: vt ſatiſ-
factio vni⁹ p alio accipiat̃. ḡ ⁊c. Tũc aĩa de-
uota grãs egit matri ſue dicẽs. Quã dulcia
faucib⁹ meis eloq̃a tua. ſ. m. o. meo ⁊c.

## Sexto mortui audient vo

cem diminutiõis. Aĩa fidelis ⁊ deuota petit
a ſctã mr̃e eccl'ia. q̃lis eſt iſta vox diminuti-
onis. Cui ſctã mat̃ eccl'ia rñdet dicẽs. Pur

gatio aīe ꝑ penas purgatorij nō eſt aliud ꝙ̄
expiatio reat⁹ īpedienꝗ a ꝑceptiōe glīe: ꝛ qꝛ
ꝑ penā quā viuēs ſuſtinet ꝓ defuncto pōt re
at⁹ defūcti expiari. iō ꝑ viuenꝗ ſatiſfactionē
diminuit pena ī purgatorio. qꝛ ꝟo defunct⁹
ſentit hanc reuelationē a penis ꝓpt̄ea audit
vocē diminutiōis. Tūc aīa deuota ait. ex di-
cto tuo videt̄ ſeq̄ ꝙ nulla ſit pena purgato-
rij: qꝛ pena purgatorij ē finita: ſm ea q̄ iaȝ di-
xiſti. Si ḡ ꝑ ſuffragia viuētiū aliq̄d de pena
diminuit̄: tm̄ poterūt ſuffragia multiplicari:
ꝙ tota pena tollet̄: ꝛ ita peccm̄ remanebit ex
toto impunitū: ꝛ nulla erit pena purgatorij:
qd̄ videt̄ diuine iuſticie repugnare. Sancta
mater eccl'ia r̄ndet dicēs. Quāuis aīe poſt
mortē nō ſint ſimpl'r in ſtatu vie ſic erāt añ
tm̄ q̄ntū ad aliq̄d adhuc ſunt in via. ſ. inq̄ntū
eoꝝ ꝓgreſſus adhuc retardat̄ ab vltima re
tributōe. iō ſm h̄ earū via ē circūſepta vt nō
poſſint vlteri⁹ ꝑ aliq̄ opa trāſmutari ſm ſta
tū felicitaꝗ ꝛ miſerie. iux̄ illō Job. xix. Semi
tā meā circūſepſit ꝛ tranſire nō poſſuȝ. Sed
q̄ntū ad h̄ nō ē circūſepta qn̄ q̄ ad h̄ ꝙ deti-
nent̄ ab vltima retributiōe: poſſint ab alijs
iuuari: qꝛ ſm h̄ adhuc ſunt in via. Hō pȝ ra
tione ꝛ auctē. Ratio ē iſta: qꝛ charitas q̄ ē
vīculū vniēs mēbra eccl'ie: nō ſolū ad viuoſ
ſe extēdit: ſ; ēt ad mortuos q̄ in charitate de
cedunt. Charitas eñ nō finit̄ ꝑ vitā corpis
i. Coꝛ. xiij. Charitas nūq̄ excidit. Sil'r etiā
mortui ī memorijs hoīm viuūt. iō viuētes
p̄nt dirigere intentionē ſuā ad eos. ꝛ ſic ſuf
fragia viuoꝝ p̄nt valere defunctꝭ dupl'r ſic ꝛ
viuis. Pr̄io ꝓpt̄ charitaꝗ vnionē. Secūdo
ꝓpt̄ intētionē ad eos directā. Tamē iſta ſuf
fragia nō ſic eis valēt vt ſtat⁹ eoꝝ mutet̄ de
miſeria ad felicitatē: ſ; valēt ad diminutiōeȝ
pene. Exēplū. ſi hō portaret graue on⁹: ꝛ ali⁹
ſubmitteret humeros ſuos oneri. ꝑm⁹ leui⁹
portaret: ꝛ tot hoīes poſſent eū iuuare ꝙ ex
toto diminueret̄ ei⁹ pena. Vñ nō ē incōue-
niēs ſi multiplicatꝭ ſuffragijs pena in purga
torio exiſtētium adnihilet̄. Nō eñ ſequit̄ ꝙ
pctā remaneāt īpunita: qꝛ pena vni⁹ ꝓ alte-
ro ſuſcepta alteri cōputat̄. Auctoritas eſt
Aug. li. de cura ꝓ mortuis agēda dic̄ ſic. Nō
parua ē vniūſe eccl'ie q̄ in hac ꝯſuetudie cla
ret auctas: vt ī p̄cib⁹ ſacerdotꝭ q̄ dño deo of
ferunt̄ ad ei⁹ altare locū ſuū h̄eat ēt cōmen
datio mortuoꝝ. h̄ ille. Iſta ꝯſuetudo ab ip̄is
ap̄lis inchoauit. vt dic̄ Damaſ. ī q̄dā ſmōe
de ſuffragijs mortuoꝝ ſic. Miſterioꝝ cōſcij
diſcipl'i ſaluatoris ꝛ ſacri ap̄li in tremēdis
ꝛ viuificis miſterijs memoriā fieri eoꝝ q̄ fi-
delit̄ dormiert: ſanxerūt. Hoc idē pȝ ꝑ Dio
ny. vlt̄. c. eccl'iaſtice ierarchie. vbi ritū cōme
morat q̄ in p̄mitiua eccl'ia ꝓ mortuis oraba
tur. vbi etiā Diony. aſſerit ſuffragia viuorū
mortuis ꝓdeſſe ad diminutionē pene. ḡ ꝛc.
Tūc aīa fidel' ait. Grās tibi ago mr̄ īmacu
lata: qm̄ lucerna pedib⁹ me. ꝟbū tuū ꝛ. l. ſ. m.

## Septimo mortui audient

vocē intētōis. Aīa fidel' ꝛ deuota ꝯuerſa ad
matrē ſuā ſctām eccl'iaȝ ait. Qualis eſt iſta
vox intētōis. Cui ſctā mr̄ eccl'ia r̄ndet dicēs
Juſticia hūana exēplat̄ a iuſticia diuina. ſ;
in iuſticia hūana ſi aliq̄s ꝓ aliq̄ debitū ſoluit
eū ſolū abſoluit. cū ḡ viuēs ꝓ aliq̄ defuncto
ſuffragia facit q̄dāmō ſoluit debitū ei⁹ ꝓ q̄
facit. videt̄ ꝙ illi ſoli ꝓſint rōne intētōis ad
defunctū directe: cū autē ſolutū fuerit ꝓ debi
to ei⁹: ſentiet ſe reuelari a penis: ꝛ iſta ē vox
intētōnis. Tūc aīa deuota. Miror valde de
iſta p̄ticularitate: qꝛ lumē ſpūale ē magꝭ cōi-
cabile ꝙ̄ lumē corpale. Sȝ lumē corpale. ſ.
cādele: q̄uis accēdat̄ ꝓ vno: tm̄ eq̄lit̄ oib⁹ ꝓ-
deſt q̄ ſimul cōmorant̄: q̄uis ꝓ eis cādela
nō accēdat̄. ḡ cū ſuffragia ſint q̄dā ſpūalia
lumina: q̄uis ꝓ vno ſpecialit̄ fiāt: nō magis
valēt ei ꝙ̄ alijs ī purgatorio exiſtētib⁹. etiā
ſequit̄ ꝙ paupes eſſent deterioris ꝯditōnis
ꝙ̄ diuites: qꝛ ꝓ paupib⁹ ñ tot fiūt ſuffragia
q̄t ꝓ diuitib⁹. Sctā mat̄ eccl'ia r̄ndet dicēs.
Valor ſuffragioꝝ pōt pēſari ex duob⁹. Pri-
mo ex ꝟtute charitatꝭ: q̄ facit oīa bona cōia
ꝛ ſic ſuffragia magꝭ valent ei q̄ eſt charitate
plen⁹: q̄uis ꝓ eo ſpecialit̄ nō fiant. Et h̄ mō
ſuffragia ꝯſiderant̄ ſm qd̄ afferūt quādam
interiorē ꝯſolationē: put vn⁹ ī charitate exi
ſtens delectat̄ de bonis alteri⁹ poſt mortem
q̄ntum ad diminutionē pene. Secūdo valēt
ſuffragia ex h̄ ꝙ ꝑ intētionē viuenꝭ applicā
tur defuncto. ꝛ ſic ſatiſfactio viuētis defūcto
cōputat̄. ꝛ ſic nō eſt dubiū ꝙ magꝭ valēt ei ꝓ
q̄ ſpecialit̄ fiūt: imo ſic ſoli ſibi valet: qꝛ ſatiſ-
factio ꝓp̄e ad dimiſſionē pene ordinat̄. Vñ
q̄ntū ad dimiſſionē pene p̄cipue valet ſuffra
giū ei ꝓ q̄ fit. Inq̄ntū ḡ ſuffragia ſunt q̄dam
ſatiſfactōes ꝑ intētionē facienꝭ in alterum
trāſlate: nō ſunt ſimilia lumini ſ; magꝭ ſolu-
tioni cuiuſdaȝ debiti. Nō eſt aūt neceſſe vt ſi
debitū ꝓ vno ſoluat̄ ꝙ ex h̄ alioꝝ debitū ſol-
uatur. etiā nihil ꝓbibȝ diuites q̄ntū ad expi-
ationē pene melioris fore cōditōnis ꝙ̄ pau-
peres. Tūc aīa deuota ait. Quid ḡ fiet de il-

lis ſuffragijs ſpecialibꝰ que ſupꝑſunt his pro
quibꝰ fiūt. Sancta maṫ ecclia rn̄det dicens
Si aliq̄d de ſpecialibꝰ ſuffragijs ſupꝑſit his ꝑ
quibꝰ fiūt. ſ. vt eis nō indigeāt ꝑ diuinā mi⸗
ſericordiā alijs diſpenſaṫ ꝑ quibꝰ nō fiūt: ſi
eis indigeāt. vt pꝫ ꝑ Damaſ. in ſmōe de dor
mientibꝰ ſic dicētē. Deꝰ tanꝙ iuſtꝰ cōmetieṫ
impotēti poſſibilitatē: tanꝙ ſuſcipiēs vere de
fectuū cōmutationē negociabit. q̄ quidē ne⸗
gociatio attendiṫ penes h̄ ꝙ id qd̄ deeſt vni
alteri ſupplet. Et veriſimile ē ꝙ iſta cōmuta
tio fiet ꝓ paupꝑibꝰ q̄ orauerūt ꝑ illis in hoc
ſeculo ꝑ quibꝰ ſpecialiṫ fiūt. Tūc aīa deuota
grās agēs dixit. Viuificaſti me ſm̄ vbū tuū

Octauo mortui audient voce viuificatōis. Aīa fidelꝭ ⁊ deuota petit a
ſancta mr̄e eccl'ia. Qualis ē vox viuificatio
nis. Cui ſctā mr̄ eccl'ia rn̄det dicēs. Suffra⸗
gia eccl'ie ꝓ defunctis ſūt q̄ſi q̄dā ſatiſfactōes
viuentiū vice mortuoꝝ. ⁊ ſm̄ h̄ mortuos a
pena abſoluūt quā nō ſoluerūt: q̄ ſoluta libe
ri ⁊ purgati aſcēdūt in celū vocati a xp̄o vbi
ſūma felicitate gaudēt ⁊ btifice viuificanṫ.
ideo mortui audiūt vocē viuificatiōis. Tunc
aīa deuota ait. Si iſta ſuffragia exiſtētibꝰ in
purgatorio valerēt vt tu dicis: maxime ea vi
derenṫ valere q̄ ſūt ad eoꝝ imperiū facta. ſꝫ
hec nō ſemꝑ valēt. ſic ſi aliq̄s moriēs diſpo
nit tot ſuffragia ꝑ ſe fieri: q̄ ſi facta eēnt ſuf⸗
ficerēt ad totā penā abolendā. Poſito ḡ ꝙ
hmōi ſuffragia differāṫ q̄uſqꝫ penā euaſerit
tūc iſta ſuffragia nihil ei ꝓderūt. q̄ꝛ nō pōt
dici ꝙ ei ꝓſint anteꝙ fiant. poſtꝙ aūt fiunt
eis nō indiget: q̄ꝛ iam penas euaſit. ḡ ſuffra
gia exiſtētibꝰ in purgatorio nō valēt. Sctā
maṫ eccl'ia rn̄det dicēs. Suffragia valēt ex
duobꝰ. ſ. ex ope opante: ⁊ ex ope opato. Et
voco opꝰ opatū nō ſolū eccl'ie ſacrm̄: ſꝫ effe⸗
ctū accidētē ex opatōe. Exēplū ex collatiōe
elemoſynarū ꝯſequiṫ pauperū releuatio: et
eoꝝ orō ꝓ defuncto ad deū. Similiṫ opꝰ ope
rans pōt accipi vel ex parte p̄ncipalis agen
tis: vl' ex parte exequentis. Dico ḡ ꝙ q̄cito
moriēs diſpōit aliq̄ ſuffragia ſibi fieri p̄miū
ſuffragioꝝ plene ꝯſeq̄ṫ: etiā anteꝙ fiāt: q̄tū
ad efficaciā ſuffragij q̄ erat ex ope operante
p̄ncipalꝭ agētis. ſꝫ q̄tū ad efficaciā ſuffragioꝝ
q̄ eſt ex ope opato vl' ex ope opante exequē
tis: nō ꝯſequiṫ fructū anteꝙ ſuffragia fiāt.
Tunc aīa deuota ait. Credo firmiṫ eſſe verū
qd̄ dicis: ſꝫ nō plene intelligo. Sancta maṫ
eccl'ia rn̄det dicēs. Opus ſuffragij qd̄ ꝓ al⸗
tero fit pōt cōſiderari dupliciṫ. Uno modo
ſm̄ qd̄ eſt meritoriū vite eterne: qd̄ habꝫ in⸗
q̄ntū ꝓcedit ex radice charitatis. ⁊ ſic q̄ꝛ iſtē
h̄ modo diſponēs ſuffragia ē in charitate. iō
iſta opa ſūt meritoria vite etn̄e: nō reſpectu
p̄mij eſſentialꝭ: q̄ꝛ h̄ ſibi debeṫ rōne charitatis:
ſꝫ reſpectu p̄mij accidentalis ad qd̄ ordinaṫ
q̄uis iſta opa nūꝙ fierēt: ſꝫ tn̄ iſte ſic diſpo
nēs habebit illō p̄miū accidētale. Alio mō
pōt ꝯſiderari opꝰ ſuffragij: ſm̄ qd̄ eſt ſatiſfa
ctoriū: qd̄ hꝫ inq̄tū eſt expiatiuū pene per
modū cuiuſdā recōpēſatōis q̄ in ſatiſfactio
ne attendiṫ. ⁊ ſic tale opꝰ abſoluit eū a debi⸗
to pene: q̄ꝛ in tali recōpēſatōe attendiṫ eq̄li
tas iuſticie. Et ſi p̄us cōtingat ipm̄ a pena
purgari: quo ad hoc fraudabiṫ fructu ſuffra
giorum: q̄ꝛ nō abſoluent eū ab illa pena. nec
erunt ſatiſfactoria: ſed ſolū meritoria vt dixi
Tunc anima deuota ait. Quare iſte patitur
in purgatorio ſi adhibuit diligentiā vt ſol⸗
uerentur iſta ſuffragia: q̄uis executores ne
glexerint ⁊ tardauerint ſolutionē eoꝝ. San
cta maṫ eccl'ia rn̄det dicēs. Non eſt incōue⸗
niens ꝙ aliq̄s defraudeṫ in tēporalibꝰ ꝑ cul
pam alteriꝰ. pena aūt purgatorij eſt tempo
ralis: iō nō valēt ſibi ad diminutionē pene ī
purgatorio: ex quo nō ſoluunṫ. Sꝫ q̄tū ad
etnā retributōnē nullꝰ defraudari pōt: niſi ꝑ
ꝓpriā culpā: ⁊ q̄ꝛ iſte eā nō cōmiſit. iō pro
illis remunerabiṫ in celo. ita ꝙ ſi cito fuiſſēt
ſoluta iſta ſuffragia: fuiſſent ſatiſfactoria: et
q̄ꝛ tardata eſt ſolutio eoꝝ iam fiunt merito
ria. Aduerte filia mea: q̄ꝛ negligentia ſoluti
onis ſuffragioꝝ redūdabit in illos executo⸗
res quoꝝ culpa iſte ſic diſponēs defraudaṫ.
Exemplū. Miles q̄dā in bello Karoli ma⸗
gni cū mauris pugnaturꝰ rogauit cognatū
ſuū vt ſi in bello morereṫ: equū ſuū vende
ret ⁊ preciū pauperibus erogaret. Quo mor
tuo cū equus nimis placeret ſibi: cū ſibi reti
nuit. Poſt modicū tempis defunctꝰ ei tanꝙ
ſol fulgēs apparuit dicēs. Cognate bene ꝑ
octo dies me feciſti pati penas in purgato⸗
rio: ꝓpṫ equū cuiꝰ preciū vt dixerā paupꝑibꝰ
nō dediſti. ſꝫ īpune nō feres. Hodie em̄ dia
boli ferēt aīam tuā ī infernū: ⁊ ego purgatꝰ
vado in regnū dei. ⁊ ecce ſubito in aere audi
tus eſt clamor leonū: vrſoꝝ: ⁊ lupoꝝ: ⁊ ipm̄
de medio abſtulerūt. Tu ḡ filia mea noli tar
dare in ſolutōe ſuffragioꝝ: maxime iſta die
ꝓ aīabus exiſtētibꝰ in purgatorio: ne deteri
us tibi contingat. Statim aīa deuota reuerē
ter inclinās: grās agens ſancte mr̄i eccl'ie di

xit illud pſ. Inclinaui cor meū ad faciēdas
iuſtificationes tuas in eternū: quo ad ſuble
uationē aīarū in purgatorio exiſtentiū ppt
retributionē. ſcʒ earū. Cūqʒ ſacerdos in fine
miſſe alte dixiſſet. Requieſcāt in pace. aīa de-
uota in ſpū vidit infinitā multitudinē aīarū
de purgatorio exeuntiū q̄s comitabant an-
geli vſqʒ in celū: ⁊ ait vere nūc ſocio: q̄r mor
tui audiēt vocē filij dei. hic p grām: tandem
per gloriam. Amen.

## In feſto glorioſiſſimi confeſſoris ſancti Leonardi Sermo. lxij.

Nardus mea dedit
odorē ſuū. Cañ. i. Beatꝰ Ber
nardus ſup iſto v̄bo. ſmone
xlv. ſu p Cañ. dicit ſic. Bonꝰ hūilitatꝭ odor q̄
de hac valle ploratiōis aſcēdēs: pfuſis circū
quaqʒ vicinis regionibꝰ: ipm q̄qʒ regū accu
bitū grata ſuauitate reſpergat. Eſt q̄ppe nar
dus hūilis herba quā calide ferūt eſſe natu
re hij q̄ herbarū vires curioſius explorauerūt
Et ido p hāc videor mihi nō incōuenienter
hoc loco v̄tutē hūilitatꝭ accipe: ſʒ q̄ ſcti amo
ris vaporibꝰ flagrat. Odor deuotio eſt: odor
bona opinio q̄ ad oēs puenit: vt ſis bonus
odor xpi: in oī loco ſpectabilis in oībꝰ: ama-
bilis in oībꝰ: cuiꝰ hūilitas tanq̄ nardꝰ ſpar-
git odorē ſuū: amore calēs: deuotōne vigēs:
opinione redolēs. hec ille. Sup quo talem
moueo q̄ſtionē. Utrū beatꝰ leonardꝰ pfecti
or fuerit ſoliditariā vitā eligēs: q̄ ſocialē in
cōi degens. Ad iſtā q̄ſtionē rn̄dent tres do
ctores noui teſtamēti. Primꝰ eſt Iſido. li.
iij. de ſūmo bono dicēs ſic. Sancti viri fundi
tus ſeculo renūciantes: ita huic ſeculo mori
untur vt ſoli deo viuere delectent: quantoqʒ
ab huiꝰ ſeculi cōuerſatōe ſe ſubtrahūt: tanto
interne mētis acie p̄ſentiā dei ⁊ angelice ſo
cietatꝭ frequentiā ɔtēplant. Quidā etiā cor-
poralit ſeparari deſiderāt ab iniq̄s vt eoruʒ
nō inuoluāt delictis. Nōnulli ⁊ ſi nō corpali
diſceſſu: ſpūali tn̄ ab eis intētōne recedūt: q̄
⁊ ſi cōes ſint ɔuerſatōe: diſcreti tn̄ ſūt corde
vel ope. Et lʒ ſepe in medio carnaliū vitam
deꝰ ptegat electoꝝ tn̄ ſatis rarū ē: vt q̄s int
ſeculi voluptates poſitꝰ a vicijs maneat illi-
batꝰ: in q̄bꝰ ⁊ ſi nō cito implicet: aliq̄n tn̄ at
trahit. Neqʒ eñ diu tutꝰ eſſe pōt q̄ piculo p
ximꝰ ē. Bonū ē corpalit remotū eē a mūdo
ſʒ multo ē meliꝰ volūtate: vtrūqʒ v̄o pfecte.
Ille igit pfectꝰ ē q̄ huic ſeculo ⁊ corpe ⁊ cor
de pfectꝰ ē atqʒ diſcretꝰ. Onager vt ait Job
cōtemnit ciuitatē: ⁊ monachi cōmunē ſecu-
lariū ciuiū cōuerſatōnē. hec ille. Secūdus
eſt beatꝰ Bern̄. ſup Cañ. dicens ſic. O ſctā
aīa ſola eſto vt ſoli vni ſerues teipam queʒ
tibi ex omibꝰ elegiſti. Fuge publica fuge ⁊
ipos domeſticos: ſecede ab amicꝭ ⁊ intimis
etiā ab illo q̄ tibi miſtrat. nihil tibi ⁊ turbis.
ſecede ḡ mente: nō corpe. Deꝰ eñ ſpūs non
corpis req̄rit ſolitudinē q̄q̄ ⁊ corpe nō oci
oſe te ſeparas: cū oportune potes p̄ſerti tpe
orōnis de cetero tibi indicit ſola mētis ſoli-
tudo ⁊ ſpūs. an neſcis te verecūdū hr̄e ſpō-
ſum q̄ nequaq̄ ſuā velit tibi indulgere pre-
ſentiā p̄ſentibus ceteris: Sola es in quāta
cūqʒ hoim v̄ſeris frequentia. Tātū caueas
aliene ɔuerſatōis eē aut curioſꝰ explorator
aut temerariꝰ iudex. hec ille. Tertiꝰ eſt ſan
ctus Tho. ſcda ſcđe. q. clxxxviij. arti. viij. in
rn̄ſione pncipali dicēs ſic. Illud q̄d eſt ſoli-
tariū ē p ſe ſufficiēs ſibi. hoc aūt ē cui nihil
deeſt q̄d ptinet ad rōnē pfecti. ⁊ iō ſolitudo
cōpetit cōtēplanti q̄ iam ad pfectū puenit.
Q̄d q̄dē cōtingit dupliciť. Uno mō ex ſolo
diuino munere. Sic pʒ de Johe bapti. q̄ fuit
repletꝰ ſpūſctō adhuc ex vtero mr̄is ſue. vn̄
cū adhuc puer eſſʒ erat in deſertꝭ. vt dr̄ Luc.
i. Alio mō p exercitiū v̄tuoſi actꝰ. ſm illud
Heb. v. Perfectoꝝ ē ſolidꝰ cibꝰ. ſ. coꝝ q̄ p cō
ſuetudine exercitatos hn̄t ſenſus ad diſcre-
tionē boni ⁊ mali. Ad exercitiū autē huiꝰ iu
uatur hō ex alioꝝ ſocietate dupliciter. Uno
mō q̄tū ad intellectū vt inſtruat in his que
ſunt cōtēplanda. Un̄ Hiero. dic̄ ad ruſticū
monachū: mihi placet habeas ſacrū contu-
berniū: nec teipe doceas. Alio mō q̄tuʒ ad
affectū. ſ. vt noxie affectōes hoīs repmant
exēplo ⁊ correptiōe alioꝝ. q̄r vt Greg. dicit
li. xxxi. moral. ſup illō Job. Cui dedi in ſoli-
tudine domū. Quid pdeſt corpis ſolitudo:
ſi ſolitudo defuerit cordis: Et iō vita ſocialis
neceſſaria ē ad exercitiū pfectionis. Solitu
do aūt cōpetit iam pfectis. Un̄ Hiero. dicit
ad ruſticū monachū. Solitariā vitā minime
rephendimꝰ: quā ſemp laudamꝰ ſʒ de mona
ſterijs hmōi: volumꝰ egredi milites q̄s here
mi dura rudimēta n̄ terreāt: q̄ ſpēm ſue cōuer
ſatiōis mlto tpe didicerint q̄ oīm fuerūt mi
nimi vt pmi oīm fierent q̄s nec eſuries nec
ſatietas aliq̄n ſupauit: q̄ paupertate letet: q̄ꝝ
habitꝰ ſermo vl inceſſus: doctrina v̄tutū eſt
hec ille. Sicut ergo id q̄d iam pfectū eſt: p̄-
eminet ei q̄d ad pfectōnē exercet: ita vita ſo
litarioꝝ ſi debite aſſumat: preeminet vite ſo-

ciali. hec thomas. Sciendū ꝙ vita ſolitaria
q̄druplicit̄ aſſumit̄. Prīo ꝑpt̄ animi ſeui-
ciā q̄ſi ſocietatē hūanā nō ferēdo: ⁊ hoc ē be
ſtiale: q2 hō naturalit̄ eſt aīal ſociale. vt dr̄. i.
pollit̄. ⁊ Sen̄. ep̄la. lvi. dic̄ ſic. Qui res ⁊ ho
mines fugit eſt ille. ſ. quē cupiditatū ſuarū
infelicitas religauit q̄ alios feliciores videre
nō potuit q̄ ſe velut timiduz atq3 iners aīal
oblicuit metu. Ille ſibi nō viuit ſ3 qđ eſt tur-
piſſimū vētri: ſomno libidini. Nō ſibi viuit q̄
nemini. h̄ ille. Secūdo ꝑpt̄ audaciā. ſ. ab ſq3
ꝑcedēti v̄tutū exercitio: ⁊ talis vita ē ꝑicu-
loſiſſima: niſi ꝑ diuinā grām ſuppleat̄: qđ i
alijs ꝑ exercitiū acq̄rit̄. ſic p3 de btīs antho-
nio ⁊ bn̄dicto. Vn̄ Greg. li. xxviij. moral. di
cit ſic. In ꝑcipiti pedē porrigit: q̄ ꝑmēſurarū
ſuarū limitē nō attēdit: ⁊ plerūq3 amittit qđ
petit. q̄ audacit̄ ea ad q̄ ꝑtingē nō valet: arri
pere feſtinat. hec ille. Tertio ꝑpt̄ inobedien
tiā. ſ. diſciplinā alioꝝ fugiēdo. Nā actu obe-
dire alijs ē his q̄ exercitati nō ſunt in v̄tuti-
bus neceſſariū: q2 indigēt alioꝝ directōe ad
ꝑfectionē capiēdā. Vn̄ Hiero. ad ruſticum
monachū dicit. Nō facias qđ vis: comedas
qđ iuberis: habeas q̄ꝫ accepis: ſubijciaris
cui nō vis ſeruias fratrib᷒: prepoſitū mona
ſterij timeas vt dn̄m: diligas vt parentem.
Quarto ꝑpter ſapientiam. ſc3 totaliter di-
uinis rebus inherendo. Ideo dicit Augu.
lib. xix. de ciuita. dei. A ſtudio cognoſcende
veritatis nemo ꝓhibetur: qđ ad laudabile
pertinet ocium. Contemplande igitur veri-
tati vacāduz ē ad quāplurimū valet ſolitu-
do. Unde q̄ ſolitariam vitam agunt multū
vtiles ſunt generi humano. vt dicit Augu.
lib. de morib᷒ eccl'ie. de his loquens q̄ pane
ſolo q̄ eis per certa interualla tempoꝝ affer
tur: ⁊ aqua contēti: deſertiſſimas terras in-
colunt: perfruentes colloquio dei cui puris
mentibus inheſerunt. videnť autē nōnullis
res humanas pluſq̄ꝫ oportet deſeruiſſe: nō
intelligentib᷒ ꝙ nobis coꝝ anim᷒ in orōni-
bus proſit: ⁊ vita ad exemplū quoꝝ corpora
videre nō ſinimur. Quia v̄o beat᷒ leonar-
dus hoc modo vitā inſtituit: vt animū ſuū
transferret ad ſapientiā dei poti᷒ contēplan-
dam ſpūſctō in heremū duct᷒ vitā ſuā cum
magna ſanctitate ⁊ plebis attractione per-
egit. vt vere dicere poſſit. Nardus mea. i. cō-
uerſatio mea humilis ⁊ feruens: dedit po-
pulis odorē ſuauiſſime deuotionis per con
uerſionem multoꝝ ad ieſum xp̄m.
Nardus mea dedit odorem

Letificationis ſpiritalis.
Educatōis patriarchalis.
Orationis prophetalis.
Narrationis doctrinalis.
Animationis virtualis.
Regulatiōis ſapiētialis.
Delectationis virginalis.
Vocationis eternalis.
Sanctificatiōis diuinalis.

Primo beatus Leonar-
dus dedit odorē letificatōnis ſpiritalis: qm̄
ex odore ſue ſanctiſſime cōuerſationis letifi
cauit angelos coꝝ officia in ſe aſſumens. ⁊
hoc q̄duplicit̄. Primo em̄ angeli ſunt ima
teriales: q2 ſpūs carnē ⁊ oſſa nō habentes.
Sic beat᷒ leonard᷒ in iuuētute ſua fuit ima
terialis ꝑ ꝯtinentiā: carnis paſſiones ⁊ con
cupiſcentias nō ſequēs: ſ3 bonos mores ap
prehendēs. Antiqui em̄ gētiles ſuos filios
in iuuētute bonis morib᷒ informabāt. Tū3
ſcripturis libroꝝ. tū picturis geſtoꝝ. tū figu
ris ſignoꝝ. Nā pueros ſuos tam litteris q̄ꝫ
morib᷒ informādos tradebāt meliorib᷒ ꝑhi
loſophis. vn̄ Traian᷒ Plutarcū Nero Se-
necā: Alexander Ariſtotelē: magſos habu
erunt. Etiā vt dr̄ ſuꝑ Iuuenalē lib. i. Nobi-
les romani ſic diſpoſuerāt oī die ſuas occu
pationes: ꝙ ſūmo mane oēs ſimul adibant
archus triūphales: in q̄b᷒ anteceſſores ſui
pingebanť cū armis ⁊ ꝓbitatib᷒ quib᷒ deui
cerant hoſtes: vt iuuenes illis viſis accēde-
renť ad v̄tutes ex his picturis. deinde ibāt
ad templū apollinis vbi erat dom᷒ ſapien-
tie. poſtea iudices deſcendebant ad forū vt
audirēt cauſas: ⁊ ſenatores ad capitoliū vt
de cōi vtilitate reipublice tractarēt: ⁊ ſic tp̄s
ſuū vſq3 ad nonā expendebāt. Vn̄ vſq3 ad
hanc horā meretrices proſtibula ſua egredi
nō audebāt: ne forte delectationib᷒ libidino
ſis tam iuuenes q̄ꝫ ſenes turbarenť. ꝑpt̄ea
meretrices apud eos dicebanť nonarie. vt
refert Aug. Itē3 Macrobi᷒ li. i. ſaturnaliū
dicit ꝙ apud romanos pueri nobiliū q̄da3
vtebanť veſte q̄ dr̄ pretexta ⁊ inde vocabā-
tur p̄textati: ⁊ habebāt in pectore ſuo quan-
dam bullā aureā habentē figurā cordis hu-
mani q̄ bulla erat ſemirotūde figure. prete-
xta erat de purpura q̄ eſt rubei coloris: vt pu
dore ſue nobilitať a vicijs ſe ſubtraherēt: ⁊
cordis imaginē ante pect᷒ portabāt: vt ſein-
uicē intuētes: ſe fore hoīes cogitarēt ſi cor-
de ꝑſtarēt. His modis beat᷒ leonard᷒ ſua3

iuuentutē bonis morib⁹ informauit. Nam
poſtq̄ eua ſic incremēta puerilia adoleſcens
fact⁹ iuxta ꝯſuetudinē parētele regali nolu-
it implicari militia. ſꝫ ſpū diuino tact⁹ potius
voluit ſeq̄ archiepi Remigij veſtigia. cuius
ſalutaria monita nō vt ſurdus auditor intē
debat: verū vt prudēs futur⁹ ſeminator i ſe
cretariū cordis reponebat. iux̄ illō Ecc̄. xij.
Memēto creatoris tui in dieb⁹ iuuētut̄ tue
Secūdo angeli ſunt intellectuales pleni ſci
entia ⁊ ꝟitate q̄ hoīes illuminant ad bn̄ vi
uendū. Act. xij. Angel⁹ dn̄i aſtitit ⁊ lumen
refulſit in habitaculo carceris: ꝑcuſſoq̄ꝫ late
re petri excitauit eū dicēs. Surge velocit̄ ⁊c̄
Petr⁹ dormiēs in carcere ē pctō: irretitus
mala ꝯſuetudine. Jacet int̄ duos milites q̄
ſunt mors ⁊ demon. mors inſidiat̄ corpori ⁊
demon aīe. Vinct⁹ cathenis duabus q̄ ſunt
amor delitiandi ⁊ pudor reuelādi. ⁊ duo cu-
ſtodes ante oſtiū cuſtodiebant carcerē: qui
ſunt p̄ſumptio venie: ⁊ ꝓlixe vite cōfidētia
ne hō p ꝯfeſſionis oſtiū exeat. Jdō iuuent⁹
q̄ plurimū ſic vincit̄ eſt arti⁹ caſtigāda. Ecc̄
xxx. Curua ceruicē ei⁹ dū iuuenis ē. Qui em̄
parcit ꝟge odit filiū. Prouer. xij. Sed beat⁹
leonard⁹ iuuētutē ſuā domabat abſtinentia
eſce ⁊ pot⁹: vigilijs: diſciplinis. dicēs illud i.
Cor. xix. Caſtigo corp⁹ meū ⁊ in ſeruitutē
redigo ⁊c̄. Tertio angelus ē motor orbis a
q̄ cauſat̄ ⁊ ꝓducit̄ q̄cq̄d p generationē ꝓce
dit ad eſſe. pꝫ de angelo q̄ deſcēdebat ſm̄ tē-
pus in piſcinā ⁊ mouebat̄ aqua: poſt cuius
motōnē q̄ p̄m⁹ in piſcinā deſcēdiſſet ſanaba
tur. vt dr̄ Joh. v. Juuēt⁹ em̄ fluit vndiq̄ꝫ per
concupiſcētias velut aq̄. ⁊ in diuerſas infir
mitates pctōꝝ corruit: niſi angel⁹ diuine grē
moueat eaꝫ parci⁹ ſubſtētādo: aſſuefaciēdo
eā ſobrietati. ſm̄ illō i. Thim. ij. Juuenes ſi-
milit̄ hortare vt ſobrij ſint. Vn̄ Aug. li. ix.
ꝯfeſſionū narrat de q̄dā matrona cui cura q̄
rundā iuuencularū nobiliū cōmiſſa fuerat.
eratq̄ꝫ illi in eis cohercēdis ſctā ſeueritas: ⁊
in docēdis ſobria prudentia q̄s adeo mode
rate alebat: vt ſi extra mēſam exardeſcerēt
ſiti: nec aquā bibere ſinebat: p̄cauēs malam
cōſuetudinē dicēs. Modo aquā bibit̄: q̄r in
ptāte vinū nō habet̄: cum ad maritū veneri
tis facte dn̄e cellarioꝝ aq̄ ſordebit: ſed mos
potādi ꝑmanebit. Sꝫ beat⁹ leonard⁹ q̄uis
claris parētib⁹ fuerit ort⁹ vtpote q̄ collatera
les Clodouei reḡ frācie p̄matū militie i pa-
latio regio obtinebāt: quē rex leuās de ſacro
fonte alēduꝫ ſuſcepit. ꝓpoſuit i corde ſuo ne
polluereī de menſa reḡ: neq̄ꝫ de vino pot⁹ ei⁹
ꝯtaminaret̄: ſꝫ legumīa ad veſcēdū: ⁊ aquā
ad potādū elegit. Cui dedit de⁹ ſciaꝫ ⁊ diſcipli
nā ⁊ ſapiam i om̄i ꝟbo qō ſciſcitaret̄ ab eo
Vn̄ poterat dicē illō angeli. Thob. xij. Cuꝫ
eſſem vobiſcū videbar q̄dē vobiſcū mādu-
care ⁊ bibere: ſꝫ ego cibo ⁊ potu inuiſibili vtor
Quarto angeli ſūt cuſtodes hoīm. vn̄ Ori
geū. ſup lib. nu. omel. lxvi. dic̄ ſic. Adeſt vni-
cuiq̄ꝫ nr̄m ēt minimis q̄ ſūt i eccl̄ia dei. angel⁹
bon⁹ angel⁹ dn̄i: q̄ regat: q̄ moueat: q̄ guber
net: q̄ ꝓ actib⁹ nr̄is corrigēdis: ⁊ miſatōib⁹
expoſcēdis q̄tidie videat faciē pr̄is q̄ in cel̄
eſt. hec ille. Vn̄ iuuēt⁹ ē miti⁹ iudicāda: ſi ali
quādo labit̄ in pctm̄: etiā ſi frequent̄ pecca
uerit nō ē deſperādū. vt pꝫ de Paulo q̄ dicit
Act. xxvi. Et q̄dē vitā meā nouerūt a iuuē-
tute q̄ ab initio fuit in gētē meā i hieroſoly-
mis. nouerūt iudei p̄ſciētes me ab initio ⁊c̄.
Sꝫ beat⁹ leonard⁹ ſciēs q̄r angel̄ ſuis man
dauit de ipo: vt ipm cuſtodirēt i oīb⁹ vijs ſu
is cautiſſime ābulauit: fugiēdo ꝯſolatōes ſe
culi: ⁊ tēptatōib⁹ reſiſtēdo diaboli. Vtq̄ꝫ an
gelos letificaret: cauit eoꝝ offēſaꝫ i his ma-
xime ſe exercēdo q̄b⁹ eos nouerat delectari
Hec aūt placēt eis q̄ in eo iuenerūt. vt eſt ſo
brietas: caſtitas: pauptas voluītaria: creber
in celum gemit⁹: ⁊ ſup hec om̄ia charitas ⁊
pax quā ab eo exigebant.

Secūdo beatus Leonar-
dus dedit odorē educatōis patriarchal̄: q̄m
ꝯuerſatio ei⁹ fuit ſilis ꝯuerſatōi patriarcha
rū. Prim⁹ em̄ patriarcha fuit Adā cui cō-
tulit de⁹ innocētiā quā dū ſuauit nihil ei no
cuit. Nihil etiā hodie nocet illis q̄ innocētiā
ſeruāt. Ecc̄. viij. Qui cuſtodit p̄ceptū nō ex-
pict̄ q̄cq̄ mali. Aug. Quid times hoiem: o
hō in ſinu poſit⁹: Tu de ſinu illi⁹ noli cadere
q̄cq̄d ibi patiaris ad ſalutē tibi valebit n̄ ad
pniciē. Nā inocētia ē armatura dī: quā ſi ha
bueriſ tu cū tuis i ſaluo eris. Job. xxij. Inno
cens ſaluabit̄. Eiuſdē. iiij. Quis vnq̄ inocēſ
perijt: Innocētia em̄ ē veſtis ſine q̄ nemo i-
trat celū. pſ. Quis aſcēdit in mōteꝫ dn̄i: aut
q̄s ſtabit in loco ſctō ei⁹. ⁊ r̄ndet. Innocens
manib⁹ ⁊ mūdo corde. Beat⁹ leonard⁹ hāc
innocētiā. ſ. baptiſmalē diligētiſſime ꝯſerua
uit: q̄ ad q̄ttuor. Prio q̄ ad deū dei gl̄iaꝫ non
offēdēdo nec diminuēdo p alicui⁹ pcti mor
talis ꝯſenſuꝫ: nec dei gl̄iaꝫ p ambitionē ſibi
vſurpādo: ſꝫ hūilitatē ſectādo. Secūdo q̄ ad
ſeipꝫ ꝯſciam ſuā mūdā ſuādo. Tertio q̄ ad

Primū: ne exēplo ſuo malo corrūperet pxi⸗
mū: ſ bonā famā ſic pupillā oculi ſui cuſto⸗
diēdo. Quarto q̊ ad bōa tpalia: ipa a ſe vo
lūtarie abdicādo. Secūd⁹ patriarcha fuit
noe: cui ꝯtulit de⁹ ſapiam ꝯſeruādi gen⁹ hu
manū. Sap. x. Cum aq̄ deleret terrā ſanauit
ſapia p ꝯteptibile lignū iuſtū gubernāſ. Be
at⁹ leonard⁹ mult̄ egrotātib⁹ p totā galliaꝫ
ad eū cōfluentib⁹ grā recupande ſanitat̄ in
noīe dn̄i p ſignū cruc̄ ſalutē reddebat inſup
eis eſcā ſpūalē ⁊ corpalē tribuebat. Terti⁹
patriarcha fuit Abrahā: cui ꝯtulit de⁹ fideli
tatē religionis i pegrinatōe. vt pꝫ Gen̄. xij.
Egredere de terra ⁊ de cognatiōe tua: ⁊ veni
in terrā quā mōſtrauero tibi. Beat⁹ leonar
dus recedēs a frācia ſeminādo vbū dei pue
nit aurelianū: extra quā ciuitatē iuenit vene
rabilē virū noīe Maximinū: cui aliquāto tē
pore adheſit in q̄dā cenobio ſolitariā vitam
agens vbi plurimū pfecit. Quart⁹ patriar
cha fuit Joſeph: cui ꝯtulit de⁹ libertatē capti
uorū i dura detētōne. vt pꝫ Gen̄. xiiij. Qui cū
miſſus eēt ī carcerē de⁹ tantā grām donauit
Joſeph ī ꝯſpectu dn̄i carceris ꝙ tā carcerē ꝙ
incluſos ei⁹ cuſtodie deputauit vn̄ pincernā
liberauit. Sap. x. In vincul̄ nō dereliq̄t illū:
donec afferret illi ſceptrū regni. Beat⁹ leo⸗
nard⁹ ſ ipm a rege frācie obtinuit vt oēs q̄
in carcerib⁹ detinebant̄ ſi eos viſitare voluiſ
ſet oīno ſoluerent̄. Sciebat eīn ſcptuꝫ iſtud
vbū euāgelicū. In carcere erā ⁊ veniſtis ad
me: ⁊ q̄d vni ex minimis meis feciſtis m̄ feci⸗
ſtis. Intātū eīn de⁹ eū magnificauit ꝙ ſi q̄s
in carcere poſit⁹ inuocaſſet nomē ei⁹ rupt̄ ca
thenis liber fiebat: nec q̄ſpiā eū ipedire vale
bat. mlti ēt de longinq̄s regionib⁹ ex carceri⸗
b⁹ ſeu vincul̄ p ipꝫ liberati eū req̄rebāt. ſ. vbi
haberet hoſpitiuꝫ: cui cōpedes cathenarūq̄ꝫ
pondera afferebāt: ⁊ ad pedes ei⁹ pcidētes
deo immenſas grās referebant.

## Tertio beatus Leonar⸗

dus dedit odorē orōnis pphetal̄. Ei⁹ eīn cō
uerſatio fuit ſilis ꝯuerſatōi pphetarū. vt pꝫ
in q̄ttuor pphet̄. Prim⁹ fuit moyſes: cui cō
tulit de⁹ grāꝫ hūilitat̄. Heb. xi. Fide moyſes
grādis effect⁹ negauit ſe eē filiū filie phara⸗
onis: magis eligēs affligi cū pplo dei ꝙ tpalis
peccati hr̄e iocūditatē: maiores diuitias eſti
mans theſauro egyptiorꝫ iproperiū xpi. Be
at⁹ leonard⁹ dedit odorē hūilitat̄. de q̊ Greḡ
ſup Ezech. dicit ſic. Ecce odor filij mei ſicut
odor agri pleni. Flos viole redolet: q: vtus
humiliū q̄ vltima loca tenētes: p hūilitatē ſe
a terra i altū nō ſubleuāt celeſt̄ regni purpu
rā in mēte ſeruāt. ſ ille. Cū eīn vir dei puigil
meditaret̄ i lege dn̄i die ac nocte: diuulgaba
tur opinio ei⁹ apō vniūſos mltiplici ſmōe.
Quapropt̄ rex frācie ipm ad ſe accerſiri per
honoratos legatos iuſſit. Cui ⁊ dixit. Leo⸗
nard⁹ hō dei depcor te vt nuſq̄ diſcedēs in
palatio meo mecū maneas: q̄uſq̄ꝫ infulā pō
tificalē put dign⁹ es ſuſcipias. Erat eīn iam
cleric⁹ hūilis ⁊ māſuet⁹. Cui ſctūs leonard⁹
rn̄dit. Si ſm iura parētū meoꝝ regib⁹ fran
cie militare voluiſſem: ī tua aula nō medio⸗
cris fuiſſem. Verū q: magis elegi abiect⁹ ſui
re deo meo ꝙ ī ſublimitate poſit⁹ regi obtēpe
rare treno. iſta largire eis q̄ cupiūt in ſat̄ fu⸗
erit: ſolitarie laudare nomē dn̄i. Reliq̄ eīn
terrene dignitat̄ faſtigia: ⁊ ſic aufugit. Se
cund⁹ ppha fuit Helyas q̄ vitā ſolitariā eli
gens venit ad mōtē dei Oreb ⁊ māſit in ſpe
lūca. iij. Reg. xix. Qui erat vir piloſus ⁊ zo
na pellicea accinct⁹ renibus. iiij. Reg. i. Cui
ꝯtulit de⁹ grām auſteritat̄. ſ. in mortificatiōe
carnis. Beat⁹ leonard⁹ galea ſalut̄ ⁊ ſcuto fi
dei decent̄ armat⁹ vſ⁹ eq̄taniā pſeq̄bat̄ iter
initū: tādēq̄ꝫ intrauit quādā ſiluā cui nomē
eſt pauū: q̄ ſat̄ erat abūdās ⁊ plena ferarū.
ibiq̄ꝫ ꝯſtruxit oratoriū ī noīe ſctē dei genitri
cis marie: vbi pmāſit mlto tpe vitā ſolitari
am agēs: coartās ſeipꝫ ſtrictiſſimo cibo ma
cerās corp⁹ ieiunijs: orōnib⁹ ⁊ vigilijs. Ter
ti⁹ ppha fuit Helyſe⁹: cui ꝯtulit de⁹ grām po
teſtat̄. ſ. miracula faciēdi. Nā ſanauit fontē
aquarū Jerico: ita vt ī eis nō eēt vltra morſ
neq̄ꝫ ſterilitas. vt dr̄. iiij. Reg. ij. Beat⁹ leo
nard⁹ i ſilua ī q̄ morabat̄ pcepit ſiccā ſcro⸗
bem fieri ī modū putei ⁊ ſtās ſup īuocauit
nomē dn̄i. ad cui⁹ pces cōfeſti pute⁹ recepit
aquā indeficiētē q̄ incolis potū pſtat vſq̄ꝫ ī
pſentē dieꝫ: cū tn̄ pri⁹ nō haberēt aquā: niſi
fluuium vizzennā: q̄ diſtat vno miliario ab
oratorio pdicto q̄d ſitū ē in mōticuli vtice.
Quart⁹ ppha fuit Daniel: cui ꝯtulit deus
gratiā benignitat̄. Naꝫ cū miſſus eſſet a ba⸗
bylonijs in lacū leonū nihil ei nocuerūt: ſed
feritatē eoꝝ in benignitatē conuertit. vt pꝫ
Daniel. xiiij. ⁊ per pphetā Abacuch mira⸗
culoſe illi puiſum eſt. vt dicit̄ ibidē. Beat⁹
leonard⁹ in ſilua nemoroſa habitans: nihil
mali a feris paſſus eſt: ſ māſueſcētes beni⸗
gne ipm viſitabant ⁊ ei alludebāt donec ab
eo licentiarent̄. cui de⁹ multo tempe per an
gelū ſuū alimēta ſemel in die miniſtrauit.

¶ Quarto beatus leonar
dus dedit odorē narratiōis doctrinalis.i.p̄
dicatiōis apl'oꝝ:qꝛ in oēm terrā exiuit ſon⁹
coꝝ ⁊ in fines orbis terre v̄ba eoꝝ.Sciēdū
ꝙ apl'i habuerūt q̄ttuor p̄rogatiuas. Pria
fuit p̄eminentia dignitatꝭ qꝛ fuerūt p̄ncipes
eccl'ie militantꝭ aſſeſſores et'ni iudicꝭ:paſto
res dn̄ici gregis.Vn̄ Bern̄.Tales decebat
hūani gn̄is paſtores:⁊ doctores conſtitui q̄
⁊ dulces eſſent ⁊ potētes ⁊ ſapiētes.dulces
vt me blāde ⁊ mi̾icordit' ſuſciperēt:potētes
vt fortit' p̄tegerēt:ſapiētes vt ad viā ⁊ p vi
am q̄ ducit ad ciuitatē p̄ducerēt.Sanct⁹ leo
nardus maximā fideliū multitudinē ex fini
timis ⁊ longinq̄s p̄uincijs ſua p̄dicatiōe.⁊
vite ſctītate ad ſe attraxit:quā pietate ama
bilis:charitate laudabilis:amplectēs foue
bat velut gallīa pullos ſuos ſub alis q̄s ad
monebat dicēs.Laborate p̄prijs manib⁹ ſic
fecerūt apl'i ſcī:vt hēatꝭ qd' paupib⁹ largiri poſ
ſitꝭ p noīe xp̄i. Secūda fuit p̄eminētia ſcti
tatis:vn̄ p̄pt' eoꝝ maximā ſctītatē ⁊ gr̄arū
plenitudinē vita ⁊ ꝯuerſatio xp̄i in eis tāꝙ̄
in ſpeculo relucebat.Chryſ.ſup Math.dic̄
Miſit xp̄us aplos q̄ſi ſol radios ſuos:q̄ſi
roſa odorē ſuauitatꝭ ſue.q̄ſi ignis ſcintillas
ſuas diſp̄ſit:vt ſic ſol in radijs ſuis apparet
ſicut roſa in odorib⁹ ſuis ſentit'.ſic ignis in
ſcintillis ſuis aſpicit'.ſic in illoꝝ v̄tutib⁹ xp̄i
potētia cognoſcat'.Beat⁹ leonard⁹ alacris
erat in exhortatōe:dulcꝭ ⁊ hūilis in ſmone.
ſimplex ⁊ pudic⁹ in orōne:veridic⁹ in p̄miſſi
one munific⁹ ⁊ hylaris in elemoſynarū lar
gitiōe:modeſt⁹ in reddēda rōne. Tertia fu
it p̄eminētia p̄tātis.Aug.aplis dedit de⁹ po
teſtatē ſup naturā vt eā curarēt ſup demo
nes vt eos fugarēt:ſup elemēta vt ea muta
rent:ſup aīas vt ip̄as a pctīs ſoluerēt:ſuper
mortē vt ip̄am ꝯtēnerēt:ſup angelos vt cor
pus dn̄icū ꝯſecrarēt.Sanct⁹ leonard⁹ v̄bis
⁊ operib⁹ ꝙ̄tū poterat xp̄i nomē exaltabat:
demonia fugabat:cecis viſuꝫ:ſurdis auditū
claudis greſſum reddebat:infirmantib⁹ q̄cꝫ
vniūſis ad ſe veniētib⁹ remedia ſalutꝭ p̄ſta
bat ēt dū ī hac mortali vita degebat. Quar
ta fuit p̄eminētia vtilitatꝭ.Aug.ex abiectiſ
ſimis ex īpitiſſimiſ.ex paucīſſimis:notabili
tāt':illuminā̄t':m'tiplicā̄t'.Cultiſſima eloq̄
p̄clariſſima ingenia:copioſiſſima agmina:
acutoꝝ:facundoꝝ:atꝗꝫ doctoꝝ ſubiugant'.
Sanct⁹ leonard⁹ ꝙ̄uis multitudinē populi
aufugerit ⁊ ſolitariā vitā adamauerit:diui
no tn̄ inſtinctu ꝯueniebāt ad eū infinita de
biliū agmina:p quē curabant' ⁊ extēdebat' no
mē ſctitatꝭ ei⁹ p totā eq̄taniā:p oēꝫ britaniā
p vniūſam germaniā:ꝙ̄plures cū ip̄o rema
nebāt vt ſoli deo ſuirēt q̄s īſtruebat viuere
ex agricultura:potius ꝙ̄ ſecularib⁹ rapinis ⁊
fraudib⁹ irretiarēt' vn̄ doctrīa ei⁹ fuit aplica

¶ Quinto beatus Leonar
dus dedit odorē aīatōis v̄tual'.i.ſctōꝝ mar
tyrū.Sciēdū ꝙ ſctī martyres fidē p.q̄ aīoſe
pugnauerūt q̄druplr' ornauerūt.Prio charita
te informādo.i.Cor.xiij.Si habuero oēꝫ fi
dē ita vt mōtes trāſferā:charitatē aūt n̄ ha
beā nihil m̄ p̄deſt.Charitas eīn ē forma fi
dei.Secūdo ſacr̄is manifeſtādo q̄ robur ha
bēt ex paſſiōe xp̄i.Joh.iij.Niſi q̄s renat⁹ fue
rit ex aq̄ ⁊ ſpū n̄ pōt itroire ī regnū dei.Ter
tio opib⁹ viuificādo.Jac.ij.Fides ſine opi
bus mortua eſt.Quarto feruent' p̄dicādo.
Mar.vl.Eūtes in mūdū vniūſum p̄dicate
euāgeliū oī creature.q̄dā eīn mortui ſunt p
xp̄o p̄pt' fidē quā ſuſceperūt.q̄dā p̄pt' fidē
quā p̄dicauerūt.q̄dā p̄pt' fidē quā nō negaue
rūt.q̄dā p̄pt' corruptores fidei q̄s arguerūt.q̄
dā qꝛ corruptorib⁹ fidei nō ꝯſenſerūt.q̄dā qꝛ
fidē defenderūt.Sanct⁹ leonard⁹ v̄ſus eq̄ta
niā dirigēs iter ſuū trāſiuit p bituricā:nulla
ten⁹ timore paſſiōis ſe occultās:ſ; tanꝙ̄ mi
les egregi⁹ armis fidei accinct⁹ nomē dn̄i vi
rilit' p̄dicabat.Erat eīn ī his p̄tib⁹ adhuc ſa
tis nouella xp̄ianitas:qꝛ nōdū penit⁹ extin
cta erat p baptiſmū ſeua gētilitas.vn̄ lꝫ nō
fuerit mortu⁹ p fide xp̄i:tn̄ palmā martyrij
nō p̄didit.Greg.omel.xxxv.dic̄ ſic.Si ad
iuuāte nos dn̄o v̄tutē patiētie ſuare ꝯtēdi
m⁹ ⁊ ī pace eccl'ie viuim⁹:martyrij palmā te
nem⁹.h̄ ille.Tota eīn vita bt̄i leonardi fuit
martyriū p noīe xp̄i.Queādmodū Bern̄.ī
q̄dā ſmone dic̄.Qd' martyriū grauī⁹ eſt ꝙ̄
inter epulas eſurire:inter veſtes multas et
p̄cioſas algere:pauptate premi inter diuiti
as quas offert mundus quas oſtentat ma
lignus q̄s deſiderat n̄r appetit⁹:p̄ptea pau
perib⁹ pariter ⁊ martyrib⁹ regnū celoꝝ pro
mittit':qꝛ pauptate quidē emit':ſ; in paſſio
ne pro chriſto abſꝗꝫ dilatione percipitur.
hec ille.

¶ Sexto beatus Leonar
dus dedit odorē regulatōis ſapiētialis.i.cō
feſſoꝝ ⁊ doctorum.Sciendū ꝙ homo tene
tur ad confitendū veritatē fidei q̄druplicit'.

Primo dū de⁹ vilipēdit. nā ꝯfiteri fidē nō
ſemꝑ nec in oī loco eſt de neceſſitate ſalut:
ſ; certo loco ⁊ tp̄e qn̄.ſ.ꝑ omiſſionē hui⁹ cō
feſſiōis retraheret honor debit⁹ deo ⁊ vtili-
tas ꝓximis impendēda. Exēplū. ſi q̄s inter
rogatus de fide taceret: ⁊ ex hoc crederetur
vel ꝙ nō hr̄et fidē vel ꝙ fides nō eſſet vera
vel ꝙ alij ꝑ ei⁹ taciturnitatē a fide retrahe-
rent. in hijs caſib⁹ ꝯfeſſio fidei ē de neceſſita
te ſalut. Rom̄.x. Corde credit ad iuſticiā
ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutē. Scd̄o dū fides
ꝯtemnit. Nā finis fidei ſicut ⁊ aliarū virtu
tū referri dz ad finē charitatis: q̄ eſt amor
dei ⁊ ꝓximi. ⁊ iō qn̄ honor dei vel vtilitas ꝓ
ximi hoc expoſcit vt fides ꝯfiteat: nō dz hō
ꝯtent⁹ eſſe vt ꝑ fidē ſuā veritati diuine ꝯiū
gatur: ſ; dz exteri⁹ ꝯfiteri. Tertio dū fidelis
ꝑuertit. Nā in caſu neceſſitat vbi fides pi-
clitat q̄libet tenet fidē ſuā alijs ꝓpalare. vl'
ad inſtructionē alioꝝ fideliū ſiue ꝯfirmati
onē vel ad reprimēdū fideliū inſultationē.
Quarto dū infidelis cōuertit. Nā ſi turba
tio infideliū oriat ex ꝯfeſſiōe fidei manife-
ſta abſq; vtilitate fidei vel fideliū: nō ē lau
dabile in tali caſu fidē publice cōfiteri. Vn̄
dn̄s dicit Math.vij. Nolite ſctm̄ dare cani
bus: neq; mittat margaritas vr̄as an̄ por-
cos: ne forte ꝯculcēt eas pedib⁹ ſuis: ⁊ con
uerſi diſrūpāt vos. Ex quo ſequit ꝙ p̄dicā
tes q̄ cogūt iudeos ire ad p̄dicatōes ſuas
ex q̄b⁹ nulla ſequit ꝯuerſio ſ; poti⁹ ſcandalū
grauit peccāt. Sz ſi vtilitas aliq̄ ſparet cir
ca fidē aut neceſſitas cogeret: tūc ꝯtempta
turbatiōe infideliū dz hō fidē publice cōfi-
teri. Vn̄ Math.xv. dr̄ ꝙ pharifei audito h
v̄bo ſcandalizati ſunt. Rn̄dit dn̄s. Sinite
illos.ſ. turbari. Ceci ſunt ⁊ duces cecorum.
Sctūs Leonard⁹ vt fidē xp̄i ꝯfirmaret re-
ginā a ꝑiculo part⁹ liberauit p̄cib⁹ reḡ fran
cie q̄ ad nem⁹ nobiliacū ſeu pauū diſtās ci
uitate Lemonica decē miliarib⁹ venādi cā
deſcenderāt. Cūq; rex ⁊ regina ciphos au-
reos pateraſq; argēteas: veſtes purpure-
as auro textas: aliaq; ornamenta q̄ꝑpluri-
ma eidē ꝓ munere p̄ſentaſſent: vir dei oīa
reſpuēs ait. Audi me rex. donū dei nullate-
nus pecunia cōpat: ſ; p̄cio fidei fidelib⁹ ad-
miſtrat. admonuitq; regē vt hec cūcta pau
ꝑib⁹ erogaret. Tūc rex volens illud nem⁹
eidē donare nō acq̄euit vir dei: ſ; tantū expe
tijt quātū vna nocte cū aſello ſuo circuiret.
cui rex libentiſſime annuit. vbi monaſteriū
quoddam conſtruxit ⁊c.

## Septimo btūs Leonar-

dus dedit odorē delectatiōis virgīalis. i. vir
ginitatis. Sciendū ꝙ v̄gītas hz q̄ttuor ex
cellētias. Prio eſt ſpōſa reḡ eterni. Amb.
Pulchritudinē q̄s pōt maiorē eſtimare de
core ei⁹ q̄ amat a rege: ꝓbat a iudice: dedi
catur deo: ſemꝑ ſpōſa: ſemꝑ innupta. Scd̄o
aſſimilat angelis. Amb. Virgītas ꝯditio-
nē hūane nature ſupgredit per quā hoīes
angelis ſociant. Maior tn̄ eſt victoria vir
ginū q̄ angeloꝝ. Angeli em̄ ſine carne vi-
uunt: v̄gines vero in carne triūphant. Ter
tio eſt illuſtrior in vniūſis fidelib⁹. Cypri.
Virgītas eſt flos eccl̄iaſtici germis: decus
atq; ornamētum gr̄e ſpūalis: leta indoles
laudis atq; honoris: opus integrū atq; in
corruptū: dei ymago: rurſus ad ſctīmoniaz
dei illuſtrior portio gregis xp̄i. Quarto eſt
excellentior mr̄imonio. Aug. Bn̄o ſius eli
git in carne vitā iā imitari āgeloꝝ q̄ ex car
ne numerū augere mortaliū. Eſt em̄ vberi-
or feliciorq; fecūditas nō vētre graueſcere
ſ; mēte grandeſcere. Ille ꝑturit filios dolo
ris: iſta filios gaudij ⁊ exultatiōis. hec ille.
Sctūs Leonard⁹ attēdens q̄m nuptie ter
rā implēt: v̄gītas padiſuz: v̄gitatē ſuā deo
deuouit in manibus ſcti Remigij archiep̄i
Remenſis: cuius diſcipulus a puericia ex-
titit. Quam vt illibatam conſeruaret: vitaz
ſolitariaz ſemper amauit ne forte in ſeculo
manens caſtitatem ſuam macularet.

## ¶ Octauo btūs Leonar-

dus dedit odorē vocationis eternalis. qua
ſcz eternalr̄ p̄deſtinat⁹ erat a deo in ſortez
electoꝝ dignā vocationē ſuā faciens. Sciē
dū ꝙ oē bonū a deo hoīb⁹ collatū poſt pctm̄
ade cadit ſub merito xp̄i nō ſolū em̄ ꝓ deli-
cto ade ſatiſfecit: ſ; etiā totū p̄deſtinatiōis
effectū in vno quoq; hoīe ꝓmeruit. Rom̄.
v. Nō ſic delictū ita ⁊ donū. Si em̄ vni⁹ ho-
minis delicto multi mortui ſunt.ſ. pctō ori-
ginali: multomagis gr̄a dei. ⁊ donū in gr̄a
vni⁹ hoīs ieſu xp̄i in plr̄es abundauit. Ecce
dicit multomag̃. q2 in plr̄es effect⁹ ⁊ mag̃
ꝯdigne q̄ fuerit pena ꝓ culpa. Et dicit. Nō
ſicut pctm̄ ꝑ vnū ita ⁊ donū.ſ. in vnū effe-
ctū ꝯ illud pctm̄. Nā iudiciū quidez ex vno
in ꝯdēnationē: gr̄a aūt ex multis in iuſtifi-
cationē.ſ. delictis actualib⁹: vel in non elect̄
Si em̄ vni⁹ delicto mors regnauit ꝑ vnum
multomagis abūdantiaz gr̄e et donatiōis
⁊ iuſticie accipiētes in vita regnabūt ꝑ vnū

ſeſum xp̄m. vbi apl'us noīat q̄ttuor p̄deſti-
natiōis effectꝰ. ſ. abūdantiā grē: donatōis:
iuſticie: ⁊ vite. ſ. eterne. q̄ referunt̄ p̄mo ad
grām baptiſmalē. ſcd̄o ad iuſtificatiōez ab
actualibus. tertio ad pſeuerātiā. q̄rto ad fi
nale p̄miū beatificū. Sil'r Roma. viij. Cir
ca finē deducit quō ꝑ xp̄m electi cōſequent̄
oēs p̄deſtinatiōis effectꝰ q̄ ſunt ſepte. Pri
mus eſt remiſſio pcti originalis ꝑ grām ba-
ptiſmalē. Jō dicit. Quos p̄deſtinauit hos
⁊ vocauit. Scd̄s eſt iuſtificatio ꝑ fidē ieſu
xp̄i. ſiue vēturi ſiue q̄ iā venit. vbi nō eſt ba
ptiſmꝰ in adult. Jō dicit. quos vocauit: hos
⁊ iuſtificauit. Rom̄. iij. Juſtificati gratis ꝑ
grām ip̄ius: ꝑ redēptionē q̄ eſt in xp̄o ieſu
quē ꝓpoſuit deꝰ ꝓpiciatorē ꝑ fidē in ſangui
ne ip̄ius, i. ꝑ fidē de paſſiōe eiꝰ ad oñſionez
iuſticie ſue. ſ. qua recompenſationē exegit ꝓ
culpa ꝓpter remiſſionē p̄cedentiū delictoꝝ
vt ſit ipe iuſtificās eū q̄ ex fide eſt ieſu xp̄i.
Tertiꝰ eſt augmētū grē in ſacramētis. ſ. cō-
firmatiōis: euchariſtie: ordis: extreme vn-
ctionis. in quoꝝ exercitio ꝯfert̄ grā ⁊ auge
tur iuſticia ex merito xp̄i a quo tā efficaciā
ꝙ inſtitutionē hn̄t. Jō dicit. quos iuſtifica
uit: hos ⁊ magnificauit. Quartꝰ eſt collatio
prime grē in ꝯuerſiōe ⁊ ꝯtritiōis meritorie
ꝙ reſurgat ad maiorē grām ꝙ penalis in
ꝯtritiōe ſit ſimul ſatiſfactoriꝰ ⁊ meritorius.
Jdeo dicit. Si deꝰ ꝓ nobis: q̄s contra nos?
Quintꝰ eſt p̄ſeruatio a pctō. victoria in tē-
ptatiōe: finalis pſeuerātia ⁊ omis exceſſus
ſuperogatiōis. Jō dic̄. Quō nō etiā cū illo
oīa nob̄ donauit. ps̄. Dedit dona hoībꝰ. i.
nō ſolū grām: ſ etiā ſpūſcti dona. Sextus
eſt acceptatio q̄ in fine nō imputat̄ ad mi-
ſeriā deficiētia illa q̄ oēs q̄ſi deficiūt a perfe
ctione iuſticie ad quā in pūcto mortꝭ deue-
niſſe tenent̄. Jō dic̄. Quis accuſabit aduer
ſus electos dei? Deꝰ q̄ iuſtificat q̄s eſt q̄ cō
demnet? Septimꝰ eſt apertio ianue celeſtis
morte quippe ſua vno veriſſimo ſacrificio
q̄cq̄d culpaꝝ erat abſtulit. Jō dic̄. Xp̄s ie
ſus q̄ mortuꝰ eſt. imo q̄ ⁊ reſurrexit q̄ ē ad
dexterā dei. q̄ etiā interpellat ꝓ nob̄. Sāguis
eñ ieſu xp̄i fiduciā nob̄ p̄ſtat eterne ſalutꝭ.
Heb. x. Hn̄tes fiduciā in introitu ſctōꝝ in
ſanguīe xp̄i. Sctūs Leonardꝰ hos p̄deſti-
natiōis effectꝰ pleniſſime in ſe hūit. Bapti
zatus eñ fuit a beato Remigio archiepo
Remenſi. ⁊ a Clodoueo rege francie de ſa
cro fonte ſuſceptꝰ. ab eodē archiep̄o erudi
tus in fide ꝯfirmatꝰ. clericꝰ etiā ordinatꝰ eſt
q̄ tanq̄ȝ fidelis agricola vbiq̄ȝ ſemīabat ver
bū dei. tandē ſpūſctō ſuggerēte ſolitariā vi-
tā aſſumpſit, ꝓut fratri ſuo ſctō Liſardo re
tulit. Cūq̄ȝ ī nemore qd̄ a rege ip̄etrauerat
cū duobꝰ monachis hoſpitaret̄: mlti ex eiꝰ
genealogia. īmo ſeptem familie ex ſuis ad
ip̄m venerunt cum vxoribus ſuis venditis
poſſeſſionibus ⁊ prediis eorum vt chriſto
famularentur: quos acceptauit.

Nono btūs Leonardus
dedit odorem ſctificatiōis dīnalis. i. glioſe
btitudis in celo. Sciēdū ꝙ btitudo dr̄ qua
druplr. Primo eēntiale p̄miū qd̄ ꝯſiſtit in
fruitiōe diuine eſſentie clare viſe. ⁊ tale pre
miū vocat̄ aurea. q̄ꝛ p̄ncipalr reſpicit cha-
ritatē q̄ ꝑ aurū ſignat̄. ps̄. Aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato. ⁊ Eccl. xlv.
Corona aurea ſuꝑ caput eiꝰ. Scd̄o p̄miuȝ
accidētale. i. gaudiū qd̄ nō eſt de deo clare vi
ſo: ſ de creatura relucēte in dīna eſſentia. q̄ꝛ
perfectioꝛ btūs pl'a videt. ſm̄ illud. i. Coꝝ.
xv. Stella differt a ſtella in claritate. Nā in
tellectꝰ plus ꝑticipās de lumīe glie pfectiꝰ
videbit deū. plus aūt ꝑticipat de lumīe glo-
rie qui plus hȝ de charitate. q̄ꝛ vbi eſt maioꝛ
charitas: ibi eſt maius deſideriū. qd̄ facit de
ſiderantē aptū ⁊ paratū ad ſuſceptionem
deſiderati. vñ q̄ plus hȝ de charitate: pfectiꝰ
eū ⁊ plura in eo videbit. Tertio gaudiū de
aliquo actu aīe importāte excellētē victoriā
habitā meritorie in p̄ñti. ⁊ hoc vocat̄ aureo
la. q̄ lȝ ſit actꝰ aīe: tñ in corpꝰ ꝑ aliqd̄ ſignuȝ
euidēs illi corrn̄dens redundabit. Quarto
actus excellētis victorie in p̄ñti pōt eſſe in
materia triplici ſm̄ triplicē pugnā quā ha-
bemus. ſ. ꝯ carnē mūdū ⁊ dyabolū. Cōtra
carnē excellētis victorie eſt v̄gitas q̄ v̄tuo
ſe reſpuit oēs venereas delectatiōes tā lici-
tas q̄ȝ illicitas. Cōtra mūduȝ eſt excellens
victoria ꝑ martyriū ꝯ malos hoīes mūda
nos q̄ bonos pſequunt̄ ⁊ ꝯtēnūt. Contra
dyabolū q̄ falſis ſuggeſtionibꝰ nos conat̄
ſeducere. pfectiſſima victoria ē p̄dicatio ſā-
ne doctrina q̄ hō non ſolū ſemetip̄m bñ re
git: ſ alios corrigit ⁊ inſtruit. vñ his tribꝰ
generibꝰ hoīm. ſ. v̄gibꝰ martyribꝰ ⁊ docto-
ribus: tres aureole deputant̄ ꝓpt̄ tres actꝰ
excellentis victorie. Sctūs Leonardꝰ hos
q̄ttuoꝛ gradꝰ btitudis hȝ in celo. Prīo viſio
nē dīne eēntie. q̄ꝛ vixit oībꝰ diebꝰ vite ſue in
timore dei cū v̄tutū reuerētia huiꝰ ꝯdito-
ri ſuo ſine q̄rela, dicēs illō. i. Thim. iiij. Bo-

